



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

939,390





~~805~~
805-

L53



LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ERSTER BAND

Erstes Heft.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL.
1875.



0 2 2 1 4 1 3 . 0 0 .

DE
M. MANILII EMENDANDI RATIONE

SCRIPSIT

MALVINUS BECHERT



I

Instituenti mihi proximo anno in M. Manilii poetae usum atque elocutionem accuratius, quam adhuc factum esse videbam, inquirere statim apparuit, eis quidem auxiliis, quae nunc praesto sunt, nullo pacto ad certum finem perveniri posse, cum neque ex verbis poetae sicut hodie leguntur, quaenam in singulis loquendi generibus consuetudo Maniliana fuerit, ubique liqueat, neque ex apparatu quem dicunt critico Iacobiano ¹⁾ singulorum codicum scripturas omnes, nedum rationem condicionemque quae inter Manilianos libros manu scriptos intercedat cognoscamus. Itaque neque inane neque frugis expers quidquam me esse suscepturum existimavi, si omnes, qui quidem in usum vocandi sunt, codices denno inspicerem omnesque vel pusillas scripturarum discrepantias diligenter enotarem, tandem ut certa solidaque Manilianae criseos fundamenta, qualia desideravit Godofredus Bernhardy ²⁾, iaci possent. Hoc autem omnino quod instituere potui, *Ludolfi Krehlii* huius academicae bibliothecae praefecti benevolentiae atque liberalitati debeo, quo viro humanissimo intercedente factum est, ut et codicibus Manilii duobus, qui in bibliotheca Batavorum Lugdunensi servantur, et Bruxellensi libro manu scripto altero per tres fere menses uti mihi liceret; ei igitur inprimis et ceteris, qui me adiu-

1) M. Manilii Astronomicon libri V recensuit Fridericus Iacobus. Berol. 1846.

2) Bernhardy, Grundr. der röm. Litt. Gesch. p. 556 adnot. 421: „Noch ist aber unser Apparat weder vollständig noch richtig gegliedert; die von Iacob zersplitterten Gruppen gestatten kaum einen Ueberblick, und wir müssen eine methodische nicht ängstlich am Buchstaben haftende Kritik noch immer erwarten.“



I

Instituenti mihi proximo anno in M. Manilii poetae usum atque elocutionem accuratius, quam adhuc factum esse videbam, inquirere statim apparuit, eis quidem auxiliis, quae nunc praesto sunt, nullo pacto ad certum finem perveniri posse, cum neque ex verbis poetae sicut hodie leguntur, quaenam in singulis loquendi generibus consuetudo Maniliana fuerit, ubique liqueat, neque ex apparatu quem dicunt critico Iacobiano ¹⁾ singulorum codicum scripturas omnes, nedum rationem condicionemque quae inter Manilianos libros manu scriptos intercedat cognoscamus. Itaque neque inane neque frugis expers quidquam me esse suscepturum existimavi, si omnes, qui quidem in usum vocandi sunt, codices denno inspicerem omnesque vel pusillas scripturarum discrepantias diligenter enotarem, tandem ut certa solidaque Manilianae criseos fundamenta, qualia desideravit Godofredus Bernhardy ²⁾, iaci possent. Hoc autem omnino quod instituere potui, *Ludolfi Krehlii* huius academicae bibliothecae praefecti benevolentiae atque liberalitati debeo, quo viro humanissimo intercedente factum est, ut et codicibus Manilii duobus, qui in bibliotheca Batavorum Lugdunensi servantur, et Bruxellensi libro manu scripto altero per tres fere menses uti mihi liceret; ei igitur inprimis et ceteris, qui me adiu-

1) M. Manilii Astronomicon libri V recensuit Fridericus Iacobus. Berol. 1846.

2) Bernhardy, Grundr. der röm. Litt. Gesch. p. 556 adnot. 421: „Noch ist aber unser Apparat weder vollständig noch richtig gegliedert; die von Iacob zersplitterten Gruppen gestatten kaum einen Ueberblick, und wir müssen eine methodische nicht ängstlich am Buchstaben haftende Kritik noch immer erwarten.“

verunt viris benevolentissimis summam semper habebō gratiam. Quibus e studiis num quid emolumenti ad latinas litteras redundarit, alii iudicent: ego autem peto, ne nimis severum iudicium de hac iuvenili dissertatione faciant, quam scripsi non tam ut alios docerem, quam ut docerer ab aliis.

Libri autem manu scripti, quibus M. Manilii astronomicon libri V continentur, sunt hi:

I. cod. Bruxellensis membranaceus saeculi vel X exeuntis vel XI ineuntis, forma octonaria foliorum 125 in quaternionum modum complicatorum, quorum folia 1 ad 100³⁾ carmen Manilii, reliqua Prisciani Grammatici Periegesin exhibent⁴⁾; quem codicem olim inter libros bibliothecae Gemblacensis monasterii servatum fuisse haec in fine Maniliani poematis inscriptio rubris litteris appicta testatum facit: 'Liber iste pertinet monasterio Gemblacensi', itemque Prisciani carmini subscripta sunt haec: 'Lib. S. ptnt Gemblacens', unde tamen hunc librum inter seditiones turbasque belli civilis, quo proximo saeculo Gallia exarsit, Lutetiam Parisiorum delatum esse, ex sigillis duobus rubris patet, quorum alterum in prima, alterum in ultima codicis pagina exstat, his inscriptis litteris: BIBLIOTHEQVE · NATIONALE atque in medio sigillo lictorum fasces conspicui sunt, super quibus tegimen capitis fratrum ordinis quem ferunt Iacobinorum cernitur; postea Bruxellas migravit, ubi etiamnunc in bibliotheca publica numero 10012 notatus servatur. Inscriptio carminis genuina, quae quondam spatium duorum versuum explevit, erasa est, manu autem

3) Falso Herm. Breiter, qui libellum scholasticum 'de emendatione Manilii' Hauniae 1554 scripsit, unde tamen fere nihil bonae frugis petere potui, pagina 5 ponit haec: 'carmina Manilii IC schedis perscripta sunt'; fugit enim eum, 75 numerum ab eo qui singulis paginis numeros adscripsit, his esse positum.

4) Huius carminis inscriptio haec est 'Descriptio orbis incipit periegesis prisciani grammatici', deinde praemissis capitulis singulis hic sequitur versus 'Naturae genitor quae mundum continet omnem', ultimus est 'Omnipotens genitor pro quo mihi praemia donet', sub quo haec sequitur: 'Feliciter explicit Periegesis id est descriptio orbis terrarum Grammatici secundum Dionisium.'

saeculi ut videtur XVI haec apposita: Mālius poeta eademque manus nonnullas notas margini adscripsit atque duas lacunas, de quibus infra videbimus, replevit; ceteris autem libris neque supra neque infra quidquam scriptum legitur binis versibus vacuis relictis. Scriptus autem est hic codex, qui rasuras prorsus nullas habet, manu una eademque elegantissima, quae errores, si qui forte irrepserunt, inter scribendum correxit; neque librarius latini sermonis inperitus fuit, qui et verba singula bene distinxerit et ubicunque ei aliquid vel obscurum vel falsum videbatur esse, requirendi signum — r — in margine apposuerit; compendia autem scribendi nisi in usitatissimis voculis vocabulorumque consociationibus non adhibuit, velut: q. pro *que*; & pro *et*; ꝥ ꝥ e pro *oe* vel *ae*; ꝑ pro *per*; ū pro *um*; êê pro *esse* et quae sunt similia. Singulae paginae sunt versuum vicenorum singulorum, sed inde a folio 49 (lib. III, 96) hic numerus ad vicenos binos auctus est, qua in primis numerorum discrepantia nisus Breiterus p. 5 (cf. adn. 3) duabus manibus Manilii carmen exaratum esse conclusit, quarum priorem verba ab initio carminis usque ad fol. 49, alteram ab hoc usque ad fol. 61 scripsisse, a folio autem 62 manum priorem exarandi operam denuo suscepisse sibi persuasit. Quod cum ex ipso litterarum ductu demonstrari nequeat, ad verba quaedam diversum in modum scripta confugit; alterum enim librariorum secundum morem suum exhibere *litora*, *idcirco*, alterum *littora*, *iccirco*. Verum tamen haec argumenta, quae vel per se spectata quam et debilia et lubrica sint, quivis, qui vel paucos codices diligenter inspexerit, concedet, vereor ne corruant, cum *littora* scribendi usus exstet — numeros sequor Iacobianos — I, 437. IV, 286. 600. 627. 637. 639. 656 alibi, ubi ex illius ratione alterum, quod inde a folio 91 (V, 398) non, ut ille dicit, a folio 95 increbuit, exspectamus; item librarius ille modo *idcirco* I, 168. 215, modo *iccirco* II, 178. 471. 530 alibi exhibet, ubi secundum illam observationem alteram formam inveniri necesse esset. Videmus igitur, id quod vel per se consentaneum est, librarium illum qui in ductibus quidem litterarum pingendis totum per carmen admodum

constanti, quae antiquorum codicum propria esse solet, manu usus est, in scribendis vocibus quibusdam, prout fors ferebat, nunc hanc, nunc illam secutum esse rationem, quae variandi licentia, si in re satis trita exemplis omnino opus est, etiam his comprobatur generibus: *quattuor* deciens sexiens legitur, semel tantum (III, 576) *quatuor*; itemque passim *oceanus*, semel (IV, 640) *occeanus*, atque ita, ut altera forma quattuor tantum versibus interpositis redeat.

Hoc codice, cuius bonitatem perspexisset, primus est usus Iacobus Susius, qui cur editionem Manilianam quam curavit non perfecit, nescitur; sed exstant etiam nunc illius 'Excerpta ex Manilio', quibus collatio illa continetur servata quidem Berolini inter Santenii libros numero 95 signata; atque huius viri docti studiis Manilium multum debere statim apparebit. Qui post eum hunc librum inspexit, Ludovicus Carrio, permultis locis corruptis medicinam inde petiit, neque tamen, paucos si exceperis locos, fontem emendationum indicavit: immo identidem non sine magniloquentia quadam bonas eius scripturas quasi suo ipsius ingenio indagatas protulit, cuius artificii, ne viro alioqui optime de bonis litteris merito temere quid obiecisse videamur, exempla nonnulla proponemus, quae inter illius 'Antiquarum lectionum commentarios' I ad IV, qui nunc in Iani Gruteri 'Lampadis sive Facis artium liberalium h. e. Thesauri critici' tomo IV. — 1751 — inde a pagina 46 leguntur, sparsim prolata invenies. Exempli gratia 'Man. IV, 27 *Romaque sic enata foret lego: Roma casis et nata* (aut *enata*) foret. Quae emendatio nisi certa est, reliqua etiam omnia pro arbitrariis haberi volo'. Comment. I. cap. 10. 'Manil. IV, 148

Serranos Curiosque tulit *facilesque* per arva.

Valde meis quidem auribus vitiosum sonat et historiam habet, quae in eis verbis non temere, credo, a quoquam agnoscat; quae manifesta erit, si meo periculo scripseris:

Serranos Curiosque tulit *fascesque* per arva'.

ib. cap. 20 'Loxiae oracula mihi audire videor quotiens Manilium lego, ita multa sunt in eo turpiter conturbata, lacera,

mutila, prodigiose obscura et quae nemo, nisi artem hario-
landi noverit, recte interpretari potest. Tentabo tamen aenig-
mata aliquot, ut Oedipus, solvere: Man. IV, 243

Festinos Capricorne foves penetrabilibus ignes.

Veram scripturam hanc, ni fallor, inveni:

Vesta tuos, Capricorne, fovet penetrabilibus ignes.

mox 253: Frigore brumalem servans per sidera sortem. scribo:
per saecula sortem'. Deinde 263:

'Littoribusque novis, per luxum, ludere ponto.

scribe: per luxum *illudere* ponto'. comment. II. cap. 14. Man.
V, 315

'Sollertes animos, agitataque pectora fundet,

Et finget variis nec deficientia curis.

Nec tentata domo. populi sunt illa ministra,

Perque magistratus et publica iura feruntur.

sine nostra correctione nequit intellegi, quae talis est:

Sollertes animos agitataque pectora in usus

Effinget varios nec deficientia curis.

Nec contenta domo, populi sunt illa ministra,

Perque magistratus et publica iura feruntur.

quo quid apertius? quid elegantius? Constat nos igitur operam
non ludere, si quando poetae illi manum admovemus; lubet
alios eosque perturbatos admodum versus proponere et coniec-
tura nostra conari emendare'. At enim vero omnes illae bonae
scripturae, quas ille, ut multas alias, suas vel coniecturas vel
emendationes esse palam profitetur, reapse totidem litteris in
Gemblacensi libro exstant.

Postea Iosephus Scaliger, qui eam Manilio operam
navavit, ut optimo iure eius sospitator nuncupatus sit, cum
tertiis curis⁵⁾ eum in publicum proferre instituisset, huius libri

5) Primum edidit ille Manilium Lutetiae a. 1579. Iterum in officina
Sanctandreana a. 1590. Tertia editio in lucem prodiit Lugd.-Bat. a. 1600.
Quarta curante Ioh. Herm. Boecklero Argentorati a. 1615 confecta, nisi
quod et 'Ismaelis Bullialdi ad Manilii locos quosdam observationes' et
'Thomae Reinesii animadversiones breves ad librum V Manilii' additae
sunt, mera repetitio tertiae editionis est.

scripturas ex exemplari hausit quod Susius contulerat Giphanii⁶⁾ usus auxilio; quo instructus subsidio tot et tanta vitia vulgati textus sustulit, tot locis ad id usque tempus obscuris lucem attulit splendidissimam felicissimaque sagacitate remotissima quaeque indagavit, ut tunc demum Manilius suimet ipsius similis fieri coeperit, quod vir ille doctus ipse hac, quae editioni tertiae praefixa est, inscriptione indicari voluit: 'M. Manilii Astronomicum a Iosepho Scaligero ex vetusto codice Gemblacensi infinitis mendis repurgatum'. Sed ne ex his similibusve Scaligeri verbis, quae aliis locis exstant, velut: 'qui — cod. Bonincontrii — tamen melior mihi non videtur Gemblacensi, quo nos usi sumus' (praef. p. XV), et 'si codicem Gemblacensem prius nancisci contigisset' (prol. p. 6) concludamus, eum ipso illo codice usum esse, cum hic prolegomenon locus vetat (p. 5): 'nos praeter Palatinam et alius Germanici codicis lectionem eam quoque nacti sumus, quam ex codice monasterii Gemblacensis libri sui orae annotarat Iacobus Susius'. tum haec verba epistolae anni 1598 VI. Id. Maias ad Lipsium datae: 'his duobus mensibus recensui meum Manilium, quem castigavi ad scriptum exemplar Gemblacense. Exemplar quidem ipsum non vidi, sed nactus sum, quod cum eo Susius olim contulerat'. Qua ex epistola simul id cognoscimus, Scaligerum Carrionis studia Maniliana, etsi nusquam, quantum adhuc vidi, in editione commemorata, non ignorasse; ita enim ibi pergit: 'Stellio (i. e. Carrio) habuit idem exemplar scriptum;

6) Obertus Giphanius Iosepho Scaligero Professore publico S. P. Superioribus diebus incido in litteras Caroli Langii; eis litteris . . . scribit Iacobum Susium . . . habere antiquissimum exemplar Manilii Astrologi idque cum edito formis comparare. Sed se ita nosse Susium, ut vix putet, nisi longo fortasse post intervallo eam rem perfectum iri. In eo autem poeta, quia te illis litteris scripseras versari et operam dare, ut emendatior brevi edatur: rem gratam me tibi facturum putavi, si illud ad te scriberem; nam si ita voles opera Langii . . . curare fortasse tibi potero ut, si non ipsum exemplar, saltem varietates scripturae habere possis. Qua de re quid me facere velis, facies me certiosem'. 7 Id. Febr. ('circa annum 1578 scripta videtur epistola' Burm.). Sylloge epist. ed. Petr. Burmannus. tom. II p. 306 epist. LXXI.

quia istic obiit, potes ab heredibus nancisci exemplar, quod ille fucus — ita expertus eum sum — cum Gemblacensi contulit. Nam fieri non potest, quin ille notarit, quae Susium fugerint, ut solet'. Syllog. epist. I p. 242 epist. CCXXXVIII. Quae omnia idcirco notanda censeo, ne quis levitatem, qua illa collatio facta est, Scaligero vitio vertat; sic, ut ex frequentibus exemplis unum afferam, ad versum II, 486 haec in commentario eius annotata leguntur: 'librarius per incuriam hunc versiculum in Gemblacensi omiserat', quem tamen ibi litteris ab omni parte satis claris scriptum vidimus.

Eandemque ob causam valde dubito, num Ricardus Benteleus⁷⁾ ipse hunc codicem tractaverit, praesertim cum cognoverim, etiam Eliam Stoeberum in editione Londinae anni 1828 ad versum IV, 637 pro certo affirmare, neque Scaligerum neque Benteleum 'ipsum codicem Gembl. oculis usurpasse'. Ac ne Iacobus quidem ipsum codicem inspexit, qui cum Theodorus Oehlerus collationem se comparaturum esse promississet, incepto tamen mox destitisset, ex eodem Susii exemplari adscitis Scaligeri et Bentelei editionibus scripturae discrepantias haurire coactus est. Nobis autem benignitate et humanitate eius viri docti, qui summo munere bibliothecae Bruxellensis ordinandae fungitur, librum illum hac in bibliotheca academica cum Iacobiano exemplari conferre licuit. Denique, hoc ut in transcurso moneamus, anno 1678 hunc codicem Eduardo Sherburno professori Oxfordiensi, qui primus Manilii versionem anglicam commentario addito Londini a. 1675 edidit, commodatum esse, ex verbis, quae in capite primae paginae illius libri leguntur, discimus.⁸⁾

7) Nimirum ille editionem Manilii praeclarissimam exeunte saeculo XVII susceptam anno demum 1739 Londini in lucem prodire iussit eiusque conficiendae, ut qui ipse aetate provectior esset, suo ex fratre pronepoti munus tradidit. Atque haec editio, quae mihi tamen in manus non venit, 'in usum scholarum accommodata' Basil. 1740 iterum excusa, denique tertiis curis omissis praestantissimis Bentelei adnotationibus Oxfordiae 1771 impressa est. cf. Fr. Aug. Wolf, *Litterarische Analecten* I p. 58 sq. (Berol. 1817). 8) cf. Rich. Bentley's *Abhandlungen über die Briefe des Phalaris etc.* ed. Woldemar Ribbeck, Lips. 1857, p. XXXIV sq.



verunt viris benevolentissimis summam semper habebō gratiam. Quibus e studiis num quid emolumentī ad latinās litteras redundarit, alii iudicent: ego autem peto, ne nimis severum iudicium de hac iuvenili dissertatione faciant, quam scripsi non tam ut alios docerem, quam ut docerer ab aliis.

Libri autem manu scripti, quibus M. Manilii astronomicon libri V continentur, sunt hi:

I. cod. Bruxellensis membranaceus saeculi vel X exeuntis vel XI ineuntis, forma octonaria foliorum 125 in quaternionum modum complicatorum, quorum folia 1 ad 100³⁾ carmen Manilii, reliqua Prisciani Grammatici Periegesin exhibent⁴⁾; quem codicem olim inter libros bibliothecae Gemblacensis monasterii servatum fuisse haec in fine Maniliani poematis inscriptio rubris litteris appicta testatum facit: 'Liber iste pertinet monasterio Gemblacensi', itemque Prisciani carmini subscripta sunt haec: 'Lib. S. pnt Gemblacens', unde tamen hunc librum inter seditiones turbasque belli civilis, quo proximo saeculo Gallia exarsit, Lutetiam Parisiorum delatum esse, ex sigillis duobus rubris patet, quorum alterum in prima, alterum in ultima codicis pagina exstat, his inscriptis litteris: BIBLIOTHEQUE · NATIONALE atque in medio sigillo lictorum fasces conspicui sunt, super quibus tegimen capitis fratrum ordinis quem ferunt Iacobinorum cernitur; postea Bruxellas migravit, ubi etiam nunc in bibliotheca publica numero 10012 notatus servatur. Inscriptio carminis genuina, quae quondam spatium duorum versuum explevit, erasa est, manu autem

3) Falso Herm. Breiter, qui libellum scholasticum 'de emendatione Manilii' Hauniae 1854 scripsit, unde tamen fere nihil bonae frugis petere potui, pagina 5 ponit haec: 'carmina Manilii IC schedis perscripta sunt'; fugit enim eum, 75 numerum ab eo qui singulis paginis numeros adscripsit, bis esse positum.

4) Huius carminis inscriptio haec est 'Descriptio orbis incipit periegesis prisciani grammatici', deinde praemissis capitulis singulis hic sequitur versus 'Naturae genitor quae mundum continet omnem', ultimus hic est 'Omnipotens genitor pro quo mihi praemia donet', sub quo haec verba exstant: 'Feliciter explicit Periegesis id est descriptio orbis terrarum et maris Prisciani Grammatici secundum Dionisium.'

saeculi ut videtur XVI haec apposita: Mālius poeta eademque manus nonnullas notas margini adscripsit atque duas lacunas, de quibus infra videbimus, replevit; ceteris autem libris neque supra neque infra quidquam scriptum legitur binis versibus vacuis relictis. Scriptus autem est hic codex, qui rasuras prorsus nullas habet, manu una eademque elegantissima, quae errores, si qui forte irrepserunt, inter scribendum correxit; neque librarius latini sermonis imperitus fuit, qui et verba singula bene distinxerit et ubicunque ei aliquid vel obscurum vel falsum videbatur esse, requirendi signum — r — in margine apposuerit; compendia autem scribendi nisi in usitatissimis voculis vocabulorumque consociationibus non adhibuit, velut: q. pro *que*; & pro *et*; ꝥ ꝥ e pro *oe* vel *ae*; ꝑ pro *per*; ū pro *um*; êê pro *esse* et quae sunt similia. Singulae paginae sunt versuum vicenorum singulorum, sed inde a folio 49 (lib. III, 96) hic numerus ad vicenos binos auctus est, qua imprimis numerorum discrepantia nisus Breiterus p. 5 (cf. adn. 3) duabus manibus Manilii carmen exaratum esse conclusit, quarum priorem verba ab initio carminis usque ad fol. 49, alteram ab hoc usque ad fol. 61 scripsisse, a folio autem 62 manum priorem exarandi operam denuo suscepisse sibi persuasit. Quod cum ex ipso litterarum ductu demonstrari nequeat, ad verba quaedam diversum in modum scripta confugit; alterum enim librariorum secundum morem suum exhibere *litora*, *idcirco*, alterum *littora*, *iccirco*. Verum tamen haec argumenta, quae vel per se spectata quam et debilia et lubrica sint, quivis, qui vel paucos codices diligenter inspexerit, concedet, vereor ne corruant, cum *littora* scribendi usus exstet — numeros sequor Iacobianos — I, 437. IV, 286. 600. 627. 637. 639. 656 alibi, ubi ex illius ratione alterum, quod inde a folio 91 (V, 398) non, ut ille dicit, a folio 95 increbuit, exspectamus; item librarius ille modo *idcirco* I, 168. 215, modo *iccirco* II, 178. 471. 530 alibi exhibet, ubi secundum illam observationem alteram formam inveniri necesse esset. Videmus igitur, id quod vel per se consentaneum est, librarium illum qui in ductibus quidem litterarum pingendis totum per carmen admodum

constanti, quae antiquorum codicum propria esse solet, manu usus est, in scribendis vocibus quibusdam, prout fors ferebat, nunc hanc, nunc illam secutum esse rationem, quae variandi licentia, si in re satis trita exemplis omnino opus est, etiam his comprobatur generibus: *quattuor* deciens sexiens legitur, semel tantum (III, 576) *quattuor*; itemque passim *oceanus*, semel (IV, 640) *occeanus*, atque ita, ut altera forma *quattuor* tantum versibus interpositis redeat.

Hoc codice, cuius bonitatem perspexisset, primus est usus Iacobus Susius, qui cur editionem Manilianam quam curavit non perfecit, nescitur; sed exstant etiam nunc illius 'Excerpta ex Manilio', quibus collatio illa continetur servata quidem Berolini inter Santenii libros numero 95 signata; atque huius viri docti studiis Manilium multum debere statim apparebit. Qui post eum hunc librum inspexit, Ludovicus Carrio, permultis locis corruptis medicinam inde petiit, neque tamen, paucos si exceperis locos, fontem emendationum indicavit: immo identidem non sine magniloquentia quadam bonas eius scripturas quasi suo ipsius ingenio indagatas protulit, cuius artificii, ne viro alioqui optime de bonis litteris merito temere quid obiecissemus, exempla nonnulla proponemus, quae inter illius 'Antiquarum lectionum commentarios' I ad IV, qui nunc in Iani Gruteri 'Lampadis sive Facis artium liberalium h. e. Thesauri critici' tomo IV. — 1751 — inde a pagina 46 leguntur, sparsim prolata invenies. Exempli gratia 'Man. IV, 27 *Romaque sic enata foret lego: Roma casis et nata* (aut *enata*) foret. Quae emendatio nisi certa est, reliqua etiam omnia pro arbitrariis haberi volo'. Comment. I. cap. 10. 'Manil. IV, 148

Serranos Curiosque tulit *facilesque* per arva.

Valde meis quidem auribus vitiosum sonat et historiam habet, quae in eis verbis non temere, credo, a quoquam agnoscat; quae manifesta erit, si meo periculo scripseris:

Serranos Curiosque tulit *fascesque* per arva'.

ib. cap. 20 'Loxiae oracula mihi audire videor quotiens Manilium lego, ita multa sunt in eo turpiter conturbata, lacera,

mutila, prodigiose obscura et quae nemo, nisi artem hario-
landi noverit, recte interpretari potest. Tentabo tamen aenig-
mata aliquot, ut Oedipus, solvere: Man. IV, 243

Festinos Capricorne foves penetralibus ignes.

Veram scripturam hanc, ni fallor, inveni:

Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes.

mox 253: Frigore brumalem servans per sidera sortem. scribo:
per saecula sortem'. Deinde 263:

'Littoribusque novis, per luxum, ludere ponto.

scribe: per luxum illudere ponto'. comment. II. cap. 14. Man.
V, 315

'Sollertes animos, agitataque pectora fundet,

Et finget variis nec deficientia curis.

Nec tentata domo. populi sunt illa ministra,

Perque magistratus et publica iura feruntur.

sine nostra correctione nequit intellegi, quae talis est:

Sollertes animos agitataque pectora in usus

Effinget varios nec deficientia curis.

Nec contenta domo, populi sunt illa ministra,

Perque magistratus et publica iura feruntur.

quo quid apertius? quid elegantius? Constat nos igitur operam
non ludere, si quando poetae illi manum admovemus; lubet
alios eosque perturbatos admodum versus proponere et coniec-
tura nostra conari emendare'. At enim vero omnes illae bonae
scripturae, quas ille, ut multas alias, suas vel coniecturas vel
emendationes esse palam profitetur, reapse totidem litteris in
Gemblacensi libro exstant.

Postea Iosephus Scaliger, qui eam Manilio operam
navavit, ut optimo iure eius sospitator nuncupatus sit, cum
tertiis curis⁵⁾ eum in publicum proferre instituisset, huius libri

5) Primum edidit ille Manilium Lutetiae a. 1579. Iterum in officina
Sanctandreana a. 1590. Tertia editio in lucem prodit Lugd.-Bat. a. 1600.
Quarta curante Ioh. Herm. Boecklero Argentorati a. 1615 confecta, nisi
quod et 'Ismaelis Bullialdi ad Manilii locos quosdam observationes' et
'Thomae Reinesii animadversiones breves ad librum V Manilii' additae
sunt, mera repetitio tertiae editionis est.

scripturas ex exemplari hausit quod Susius contulerat Giphanii⁶⁾ usus auxilio; quo instructus subsidio tot et tanta vitia vulgati textus sustulit, tot locis ad id usque tempus obscuris lucem attulit splendidissimam felicissimaque sagacitate remotissima quaeque indagavit, ut tunc demum Manilius suimet ipsius similis fieri coeperit, quod vir ille doctus ipse hac, quae editioni tertiae praefixa est, inscriptione indicari voluit: 'M. Manilii Astronomicum a Iosepho Scaligero ex vetusto codice Gemblacensi infinitis mendis repurgatum'. Sed ne ex his similibusve Scaligeri verbis, quae aliis locis exstant, velut: 'qui — cod. Bonincontrii — tamen melior mihi non videtur Gemblacensi, quo nos usi sumus' (praef. p. XV), et 'si codicem Gemblacensem prius nancisci contigisset' (prol. p. 6) concludamus, eum ipso illo codice usum esse, cum hic prolegomenon locus vetat (p. 5): 'nos praeter Palatinam et alius Germanici codicis lectionem eam quoque nacti sumus, quam ex codice monasterii Gemblacensis libri sui orae annotarat Iacobus Susius'. tum haec verba epistolae anni 1598 VI. Id. Maias ad Lipsium datae: 'his duobus mensibus recensui meum Manilium, quem castigavi ad scriptum exemplar Gemblacense. Exemplar quidem ipsum non vidi, sed nactus sum, quod cum eo Susius olim contulerat'. Qua ex epistola simul id cognoscimus, Scaligerum Carrionis studia Maniliana, etsi nusquam, quantum adhuc vidi, in editione commemorata, non ignorasse; ita enim ibi pergit: 'Stellio (i. e. Carrio) habuit idem exemplar scriptum;

6) Obertus Giphanius Iosepho Scaligero Professore publico S. P. Superioribus diebus incido in litteras Caroli Langii; eis litteris . . . scribit Iacobum Susium . . . habere antiquissimum exemplar Manilii Astrologi idque cum edito formis comparare. Sed se ita nosse Susium, ut vix putet, nisi longo fortasse post intervallo eam rem perfectum iri. In eo autem poeta, quia te illis litteris scripseras versari et operam dare, ut emendatior brevi edatur: rem gratam me tibi facturum putavi, si illud ad te scriberem; nam si ita voles opera Langii . . . curare fortasse tibi potero ut, si non ipsum exemplar, saltem varietates scripturae habere possis. Qua de re quid me facere velis, facies me certiozem'. 7 Id. Febr. ('circa annum 1578 scripta videtur epistola' Burm.). Sylloge epist. ed. Petr. Burmannus. tom. II p. 306 epist. LXXI.

quia istic obiit, potes ab heredibus nancisci exemplar, quod ille fucus — ita expertus eum sum — cum Gemblacensi contulit. Nam fieri non potest, quin ille notarit, quae Susium fugerint, ut solet'. Syllog. epist. I p. 242 epist. CCXXXVIII. Quae omnia idcirco notanda censeo, ne quis levitatem, qua illa collatio facta est, Scaligero vitio vertat; sic, ut ex frequentibus exemplis unum afferam, ad versum II, 486 haec in commentario eius annotata leguntur: 'librarius per incuriam hunc versiculum in Gemblacensi omiserat', quem tamen ibi litteris ab omni parte satis claris scriptum vidimus.

Eandemque ob causam valde dubito, num Ricardus Bentleius⁷⁾ ipse hunc codicem tractaverit, praesertim cum cognoverim, etiam Eliam Stoeberum in editione Londinae anni 1828 ad versum IV, 637 pro certo affirmare, neque Scaligerum neque Bentleium 'ipsum codicem Gembl. oculis usurpasse'. Ac ne Iacobus quidem ipsum codicem inspexit, qui cum Theodorus Oehlerus collationem se comparaturum esse promisisset, incepto tamen mox destitisset, ex eodem Susii exemplari adscitis Scaligeri et Bentlei editionibus scripturae discrepantias haurire coactus est. Nobis autem benignitate et humanitate eius viri docti, qui summo munere bibliothecae Bruxellensis ordinandae fungitur, librum illum hac in bibliotheca academica cum Iacobiano exemplari conferre licuit. Denique, hoc ut in transcurso moneamus, anno 1678 hunc codicem Eduardo Sherburno professori Oxfordiensi, qui primus Manilii versionem anglicam commentario addito Londini a. 1675 edidit, commodatum esse, ex verbis, quae in capite primae paginae illius libri leguntur, discimus.⁸⁾

7) Nimirum ille editionem Manilii praeclarissimam exeunte saeculo XVII susceptam anno demum 1739 Londini in lucem prodire iussit eiusque conficiendae, ut qui ipse aetate provecior esset, suo ex fratre pronepoti munus tradidit. Atque haec editio, quae mihi tamen in manus non venit, 'in usum scholarum accommodata' Basil. 1740 iterum excusa, denique tertiis curis omissis praestantissimis Bentlei adnotationibus Oxfordiae 1771 impressa est. cf. Fr. Aug. Wolf, *Litterarische Analecten* I p. 58 sq. (Berol. 1817). 8) cf. Rich. Bentley's *Abhandlungen über die Briefe des Phalaris etc.* ed. Woldemar Ribbeck, Lips. 1857, p. XXXIV sq.

II. Hoc codice quinquaginta fere annis recentior est Cod. Lipsiensis membraneus, numero 1465 insignitus, in hac academica bibliotheca conditus, forma quaternaria, foliorum 96; qui liber quaternionibus complicatus, quibus singulis et numeri continui et litterae secundum alphabeti ordinem additae sunt, singulis paginis, quae maiore ex parte etiamnunc nitidissime splendent, constanter versus vicenos trinos exhibet eosque et aequabiliter et eadem manu scriptos, quae a compendiis, si ab usitatissimis exemplis recesseris, plane abstinuit. Atque ab eadem manu omnes et emendationes (Lc), quarum tamen rationem prorsus diversam esse suo loco declarabimus, et glossae adnotationesque haud indocti ingenii inter singulos versus primi potissimum libri ineuntis sparsim insertae capitulaque⁹⁾ orta sunt, quae minutissimis litteris in margine exstant, unde secundum librarii institutum postea rubris litteris inter ipsum verborum ordinem, ubi nunc versus vel singuli vel bini vacui hiant, migrare debebant; quod tamen factum non est nisi intra duos priores quaterniones. Item quin ea manus, quae nonnullis locis¹⁰⁾ poetae verba rubris litteris haud male emendavit, non diversa sit ab ea, quae totum codicem descripsit, mihi quidem dubium non videtur esse eademque manus intra duorum versuum spatium hanc reposuit inscriptionem: ARATI · PHILOSOPHI · ASTRONOMICON · LIBER · PRIMVS · INCIPIT · PRELIBATIO atque simile aliquid a principio ibi scriptum fuisse inde colligitur, quod sub 'astronomicon' voce ex vestigiis etsi valde tenuibus idem vocabulum erui potest. Altera autem manus, quam saeculi XVI esse suspicor, superscripsit: MARCĪ · MANILIĪ eademque multa in margine annotavit maximam partem vel futilia vel supervacanea et in fine totius carminis hos versus pinxit:

9) Sub finem libri primi capitula libri secundi collecta leguntur, quae cum et C. Barthius Advers. X, 26 p. 507 sq. et Breiter l. s. c. p. 19 exhibeant, non est, cur nos repetamus. Id unum tamen addere liceat, veri haud esse dissimile primi libri capitula continua quondam in primo folio primi quaternionis, quod nunc abscissum est, quasi uno conspectu proposita fuisse. 10) I, 118 At. I, 439 portj .



Carmina praeclaras signant caeli regiones,
Fistula quas cecinit Christiani docta magistri.

Denique hoc obiter commemoremus, ultimi folii paginam versam eodem fere quo codex conficiebatur saeculo litteris nunc quidem lectu difficillimis inscriptam esse, quae ad ritus christianos spectare videantur.

Hunc codicem non esse eundem atque 'Germanicum illum librum', quo Scaligerum usum esse scimus¹¹⁾, ex collatis inter se et huius et illius codicis scripturis manifestum fit; et ne Bentleius quidem eum ipse inspexit, sed usus est duabus collationibus, quarum alteram Ioach. Frid. Feller¹²⁾ anno 1693, alteram Godofr. Richter¹³⁾ a. 1709 confecit, quorum tamen uterque et rasuras et emendationes fere ubique neglexit. Deinde Iustus Vierschrodtius¹⁴⁾, qui medio saeculo XVIII Manilium editurus erat, et novissimus editor Iacobus hunc librum contulerunt, et nobis quoque quovis tempore huius codicis aditus liberalissime concessus erat.

III. Cod. Leidensis alter,¹⁵⁾ quondam inter Isaaci Vossii libros 237, nunc in bibliotheca publica Batavorum Lugdunensi numero 18 notatus asservatur. Hic liber chartaceus saeculo XIV nitidissime scriptus est litteris saeculi XII, forma octonaria foliorum CXLIV, quorum I ad LXXXIII Manilii carmen continent, ita inscriptum: ARATI · PHILOSOPHI · ASTRONOMICON · LIBER · PRIMVS · INCIPIT · PRELIBATIO, manus autem saeculi XVI, quae etiam alibi et emendavit nonnulla et lacunas aliquot explevit, haec, ut in Lipsiensi libro factum vidimus, superscripsit 'Marci Manilii' apposuitque 'Ad. Caes. Aug.' Folium LXXXIV scriptura vacat, in ceteris leguntur Hygini astronomicon libri quattuor, quorum extrema verba haec sunt: 'ibi montium magnitudine quae complent'. Singu-

11) prol. p. 5. 12) Bentl. edit. p. XIV.

13) G. Richter specimen observationum criticarum. Ienae 1713. p. 38. Bentlei epistola, qua a Richtero petit, ut Lipsiensem codicem in suum usum conferat, iterum edita est in F. A. Wolfi Analectis criticis I p. 90 sq.

14) Iust. Vierschrodtius, observationum criticarum libri tres.

15) Mnemos. II p. 55.

larum paginarum numerus versuum nulla constantia a vicenis singulis usque ad vicanos octonos auctus est.

IV. Cod. Leidensis alter, idem quondam Vossianus 390 numero signatus, nunc Lugd.-Bat. in bibliotheca publica numero 3 appicto conditus, chartaceus, forma octonaria, foliorum CLXV; praeter Manilium, cuius carmen hac insignitum inscriptione: 'M. Mallii EQVOM. astronomicon divo oct. quirino aug. proemium liber prim.' folia I usque ad LXVIII continet, haec scripta insunt: Liber somniorum Salomon. seu prognosticorum somniorum. Oratio de praestantia et utilitate medicinae. Centiloquium Ptolemaei, cuius haud pauca folia longo situ extrinsecus lacerata atque tabe corrosa sunt. Sub fine Manilii carminis leguntur haec: 'Deo gratias. anno 1470 ianuario'. Manilii carmen exaratum est manu neglegentissima et admodum ineleganti, ut permultis locis singulae vel litterae vel voces integrae legi omnino nequeant. Huc accedit pravissima verborum distinctio compendiorumque usus frequentissimus idem et insolentissimus (cf. p. 33), ut easdem vel vocum notas vel singularum litterarum consociationes modo hac, modo illa ratione a sollemni codicum non illius solum, verum omnium temporum consuetudine prorsus aliena interpretemur necesse sit. Capitula, - ut in altero Leidensi libro, tantum non semper intra ipsum verborum ordinem leguntur; numerus versuum inconstanter in singulis paginis a versibus XXIV ad XXXVIII procedit.

Utrumque librum Iacobus ipse inspexit atque ita distinxit, ut illum Vossianum primum (V_1), hunc Vossianum secundum (V_2) appellaret, a quo designandi genere hac quidem in dissertatione non recedendum censui, ne aliis quamvis aptioribus signis adhibitis quaestio de singulis libris instituenda etiam difficilior intellectu fieret; ubi tamen Vossianae scripturae conspirant atque a ceteris codicibus discrepant, litteris y Vossianorum, x G et L librorum memoriam complexi sumus. Atque nobis quoque Guilelmi *du Rieu* viri docti humanitate licuisse utrumque librum nostris oculis hac in bibliotheca inspicere gratissimo animo commemoramus.

Hos igitur quattuor libros nos ipsi contulimus, ceteros autem codices, cum adhuc a nullo ex ordine enumeratos esse vidissemus, ne quis forte nos vel levitatis vel ignorantiae accusaret, hac data occasione saltem nominatim afferendos arbitrati sumus. Atque italos quidem libros Otto Iahnus in Iacobi usum inspexit.¹⁶⁾ Qua in recensione priore loco illos undecim commemorabimus, quos etiam nunc exstare pro certo scimus, altero eos, qui nunc deperiisse putantur.

Prioris autem generis sunt hi:

V. Cod. Bruxellensis alter numero 10699 signatus, olim Cusanus 'cod. membr. folii minoris, saeculo XII characteribus minutissimis binisque columnis exaratus', ut Th. Oehlerus cum Iacobo per litteras communicavit¹⁷⁾; inscriptio cum Lipsiensi conspirat, cuius etiam, emendati scilicet, scripturas exhibet. Iacobus C littera eum signavit.

VI. Cod. Parisinus, cuius variantes scripturas Bernh. Montfauconius¹⁸⁾ Bentleio suppeditavit, nimis magni ab Elia Stoebero aestimatus est, qui Argentorati a. 1767 Manilii Astronomica edidit.

VII. Cod. Palatinus a Francisco Iunio collatus, cuius scripturae discrepantes alteri Scaligeri editioni additae sunt.

VIII. Cod. Venetus bibliothecae Marcianae, chartaceus, saeculi XV foliorum forma, qui Cusano et Vossiano primo videtur similis esse.

IX. Cod. Laurentianus¹⁹⁾, plut. XXX cod. XV pergam. forma quaternaria, saeculo XV nitide scriptus, cum pictura in prima pagina et stemmate possessoris hac praefixa inscriptione: 'Marci Manilii poetae clarissimi astronomicon libri V ad Caesarem Augustum'. In fine 'Marci Manilii vita' addita est, unde etiam id discimus, iam illis temporibus exstitisse qui falso Manilium poetam eundem esse putaverint atque illum Manilium mathematicum, quem pilam obelisco ab Augusto extracto imposuisse ex Plinii Nat. Hist. XXXVI 10(15) scimus.²⁰⁾

16) Iacob. p. XI. 17) ib. p. IX. 18) Bentl. p. XIV. 19) Bandini catal. lat. II p. 75. 20) Scaliger, Prolegom. in Man. p. 2.

X. Cod. Vaticanus n. 5160 chart. forma quaternaria anno 1469 sine inscriptione exaratus.

XI. Cod. Vaticanus n. 3099 chart. foliorum forma, saeculi vel XV vel XVI, cuius duo priores libri hunc in modum inscribuntur: M. Mallii poetae Illustris ad Octavianum Augustum Astronomicon liber primus (secundus) incipit feliciter.

XII. Cod. Urbinas n. 668 (802). pergam. forma quaternaria, nitidissime saeculo XV scriptus; inscriptio est haec: M. Manilii Boeci astronomici liber primus incipit.

XIII. Cod. Urbinas n. 667 (803). pergam. forma quaternaria eodem tempore sed minus pulchre exaratus; inscribitur: M. Manilii Astronomicon liber primus incipit.

XIV. Cod. Oxoniensis prior, qui in Bodleiana bibliotheca exstat, cuius collatio a Santenio instituta inter eius libros Berolini numero 95 signata servatur.²¹⁾

XV. Cod. Oxoniensis secundus, membraneus, qui in bibliotheca Corporis Christi conditus quattuor tantum priores Manilii libros, praeterea autem commentarium anonymi ad Ovidii Ibim pertinentem continet; utroque codice, qui saeculi sunt vel XIV vel XV, usus est Bentleius.²²⁾

XVI. Cod. Cassinensis, quem Laurentius Bonincontrius Miniatisis, qui Bononiae a. 1474 Manilium primo edidit²³⁾, nimia laude effert; inscriptionem habere dicitur talem: C. MANILII · POETAE · ILLUSTRIS · ASTRONOMICON · INCIPIT.²⁴⁾

XVII. Cod. Venetus bibliothecae Marcianae, quem Ioh. Frid. Gronovius contulit collatasque scripturas Bentleio utendas tradidit²⁵⁾ — videtur eiusdem atque Lipsiensis fuisse aetatis —; attamen neque ab I. Bekkero neque ab O. Iahnio indagari potuit.²⁶⁾

XVIII. Vossianus tertius, quem et Bentleius conferendum curavit²⁷⁾ et Ezechiel Spanhemius inspexit, cuius collatio in bibliotheca regia Berolinensi inter libros illius numero 44 signata servatur²⁸⁾; inscriptio carminis haec est: MARCI ·

21) Bibliotheca Lugd.-Bat. habet Manilii editionem a. 1590 cum hoc codice collatam. 22) Bentr. p. XIV. et editionis Lond. 1628, p. 955 sq. 23) a. 1484 secundo evulgavit. 24) Bentr. p. XI. 25) ib. p. XIV. 26) Iac. p. XI. 27) Bentr. p. XI et XIV. 28) Iac. p. XIV.

MALLII · ANTIOCHI · POENI · ASTRONOMICON · DIVO · OCTAVIO · QVIRINO · AVGVSTO.

Hi igitur sunt codices Manilii, quos aut usu, aut ex aliorum memoria novimus; quorum codicum cum omnes, quos inde a V numero attulimus, si quidem eis, qui illos inspererunt, plenam fidem habemus, aut deterioris, aut infimi ordinis sint, quippe quorum nullus ullam exhibeat scripturam bonam, quae non in uno vel altero eorum, de quibus antea disseruimus, insit, vitiosas tamen, quibus quattuor illi vacant, vel singuli permultas, nostro iure hac in commentatione de solis libris I—IV agere videbimur.

Atque his quidem de singulorum librorum indole atque historia praemissis, iam eo progrediamur, ut qua inter se ratione vel adfinitate codices Gemblacensis (G), Lipsiensis (L), Vossiani I et II (V₁ et V₂) coniuncti sint quaeramus. Ex uno autem hos quattuor codices archetypo quem dicunt eodemque valde et corrupto et perturbato defluxisse, quattuor potissimum ex argumentis prorsus apposite, ut opinor, ad persuasivem evincere licet, quae, quia adhuc a nemine neque plane neque plene in hanc rem inquisitum est, iam singula examinemus.

Primum igitur magnam eorum locorum copiam collegi, qui omnibus in codicibus pariter depravati leguntur, ut aut a singulorum versuum sententia aut ab omni omnino latini sermonis usu prorsus abhorreant, quorum exemplorum gravissima quaeque ex singulis libris exscripsisse satis duximus. Illius igitur vitiorum generis specimina sunt haec: I, 158 aera] aere. V, 659 natos] notos. II, 132 secanda] secunda. II, 337 iunctis] cunctis. V, 223 concita] condita. I, 788 necato] notato. IV, 696 notandus] vocandus. III, 104 accidere] accipere. II, 888 quoi] quod. I, 576 spira] spera. II, 185 veris] vires. 744 qui] que. 889 vertit] virtuti. IV, 406 veneat] veniat. IV, 308 alta] alia. I, 105 sonitum] solitum. II, 427 aequatis] aequalis. III, 491 memento] momenta. IV, 830 vomit] venit. II, 772 urbes] orbis. II, 46 immersum] immensum. 277 partitus] partitur. II, 368 alterius] alternis. III, 557 alius] alius.

II, 395 at quae] atque ea. 747 fines in] fine sint. III, 135 sortimur mores] sortium rumores. 142 alia est sedes] alias sedes. V, 645 humanos et] humano sed. I, 296 arcum] arctum. II, 153 aversus] adversus. 182 e] et. 969 topos] tropos. III, 144 miscere] miserere. 283 amittunt] admittunt. 288 a sidere] ad sidera. 597 ima] prima. IV, 132 emere] gemere. 340 veris] verbis. 464 contactu] contractu. V, 218 pronas] proximas. I, 719 segminibus] seminibus. II, 814 decus] deus. 883 priorum] piorum. III, 551 sit] si. IV, 535 quoi] qui. V, 243 est] et. 354 medicas] medias. I, 790 fabius] flavius. 798 veneris] ventris. II, 577 foedus] phoebus. V, 299 teucro] tecicro. Quae vitia ne casu esse orta suspicemur et frequentia exemplorum et mirus vel in minimis rebus scripturarum consensus obstat.

Alterum argumentum illud est, quod in omnibus codicibus eorundem versuum modo unum, modo plura omittuntur vocabula, quae lacunae inde explicantur, ut exemplum archetypum illis locis seissum fuisse statuamus: quos iam afferamus. II, 952:

Et finem vitae retinet

ubi G et V₁ manus saeculi XVI adscripsit *mortique locatur*. IV, 606:

Hac ubi se primum porta mare fudit

sic V₂ ac ceteri: in omissa autem voce omnes libri conspirant, quam alii aliter interpretes revocare studuerunt. IV, 745:

Cancrum inter gelidumque per tempora veris

que om. V₁. 2. *verxis* G L. *versis* V₂. *tepidi* V₁ in margine manu saeculi XVI, ut versus efficiatur hic:

Cancrum inter gelidum tepidi per tempora veris.

Sed hoc adiectivum si quid aliud reiectaneum esse, vel ex *que* particula duorum illorum codicum consensu tradita patet; secundum hanc enim non tam adiectivum nomen, quam substantivum flagitatur, ut coniecturae Bentlei a Iacobo quoque in verborum ordinem receptae:

Cancrum inter gelidumque caprum per tempora veris facile subscribamus donec quis meliorem invenerit, praesertim cum alibi quoque manus illa emendatrix V₁ codicis genuina

verba praeter omnem necessitatem mutarit, vel potius depravarit, et lacunas, si quas deprehenderit, ex suo arbitrio suppleverit.²⁹⁾

Tertium autem argumentum in eo situm est, quod omnes codices quintum librum truncatum exhibent, sextus autem ab omnibus prorsus abest. Etenim quintum librum, qualis quidem nunc exstat, non ad finem esse perductum nemo, qui vel obiter perlegerit, infitiabitur; cui libro quae temporum iniquitate abrepta sint, ex ipsis poetae verbis haud incommode aliquatenus conicere possumus. Profitetur enim ille libri initio, ubi Lucretium Vergiliumque secutus secundum morem suum quasi summam eorum, ad quae tractanda adgressurus sit, proponit, postquam et australium et borealium siderum mentionem iniecit, explicaturum sese, quidnam singula illa sidera, cum oriantur, valeant. Atque cum reapse inde a versu 32 usque ad finem huius libri de longe plurimis sideribus, qui homines sub singulis procreentur, satis copiose et admodum pulchre exposuerit, tamen neququam omnium quae antea commemoravit siderum partus atque effectus profert.³⁰⁾ Quid quod eodem loco poeta de occidentium quoque illorum signorum vi atque natura se locuturum esse pollicetur, his quidem usus verbis (V, 27):

Quae (sidera) mihi per proprias vires sunt cuncta canenda,

Quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas.

atque identidem dicit, se etiam de stellis erraticis verba facturum esse, velut II, 958:

Tali sub lege notandae

Templorum tibi sunt vires, quae pervolat omnis

960 Astrorum series, ducitque et commodat illis

Ipsa suas leges, *stellaeque* ex ordine certo,

Ut natura sinit, lustrant variasque locorum

29) Velut III, 455 *etiam* pro *valent* scripsit et IV, 528 *cithara* pro *citharae*; ibidem eadem manus addidit hunc versum:

Corda creat, et voce bonos, citharaque sonanti.

Cf. porro V, 596 *a gurgite frontem* pro quo *a fronte resurgit*.

30) Austrinorum signorum desiderantur Eridanus et Hydra, borealium Draco et Perseus.

Efficiunt vires, utcunque aliena capessunt
 Regna, et in externis subsidunt hospita castris.
 965 Haec mihi sub certa *stellarum* parte canentur;
 Nunc satis est caeli partes titulosque notasse.

Similiter III, 581:

Nec satis est annos signorum noscere certos,
 Ne lateat ratio finem quaerentibus aevi;
 Templata quoque et partes caeli sua munera norunt,
 Et proprias tribuunt certo discrimine summas,
 Cum bene constiterit *stellarum* conditus ordo.
 585 Sed mihi templorum tantum nunc iura canentur;
 Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis.

Attamen neque illa pars, quae ad occidentia spectat sidera, quam in sexto libro a poeta esse absolutam a probabilitate non videtur abhorrere, neque haec planetarum doctrina usquam legitur, quamquam omnia illa olim in Manilianis codicibus scripta fuisse eo evincitur, quod Firmicus Maternus, quem extremos Manilii libros, quamquam fonte nusquam indicato, sedulo exscripsisse constat, etiam illos, cum septimum et octavum matheseos libros scriberet, ante oculos habuit.^{31*)}

Sed iam ad quartum argumentum transeundum est, quo,

31*) Etenim illum, quamvis ut singularis cuiusdam doctrinae speciem prae se ferat nimis reconditos atque remotos fontes se adiasse identidem gloriatur et de Romanorum scriptorum, quotquot hanc in artem operam contulerunt, meritis indigne detrahat, tamen praeter alios Romanos auctores etiam Manilii carmen ante oculos habuisse, quin etiam certas quasdam eius partes exscripsisse cum ex aliis haud paucis, tum eis maxime exemplis apparebit, quae, ubi de fontibus illius breviter disseremus, afferentur. Velut in praefatione libri II — p. 15 editionis Basil. 1533 — haec leguntur: 'nos omnia, quae de ista arte Aegyptii Babylonique dixerunt, docili sermonis institutione transtulimus'. II cap. 32 incip. 'Doroehius vero Sydonius . . . qui apotelesmata verissimis et disertissimis versibus scripsit, antisciorum rationem manifestis sententiis explicavit, in libro scilicet quarto'. praef. I. III 'quare illi divini viri . . . Petosyris Necepsoque . . . etiam mundi genituram divino nobis scientiae magisterio tradiderunt'. ib. cap. I 'Mundi itaque genituram hanc esse voluerunt, secuti Aesculapium et Anubium, quibus potentissimum Mercurii numen istius scientiae secreta commisit'. praef. libri IV — p. 84 — 'omnia

si cui adhuc scrupulus haeserit, fore ut funditus ille eruatur atque expellatur persuasum habeo. Nititur enim in versibus omnes per codices eodem casu de sede sua amotis, qui quomodo turbati sint ut intellegatur, uno conspectu nunc proponamus:

quae Aesculapio Mercurius Enichnusque tradiderunt, quae Petosyris explicavit et Necepsa, quae Abraham, Orpheus et Critodemus ediderunt, ceterique omnes huius artis antiscii perfecta pariter atque collecta . . . in his perscripsimus libris, divinam hanc scientiam Romanis omnibus intimantes, ut hoc, quod quibusdam difficillimum videbatur propter Latini sermonis angustias (cf. Man. III, 31 sq. alibi), ostensa Romani sermonis licentia, veris ac manifestis interpretationibus explicarem'. l. IV cap. 10 p. 98 'quae divinus ille Abraham et prudentissimus Achilles verissimis conati sunt rationibus invenire et nobis tradere' (sic!). Quorum fontium quin ille plerosque fraudulentè ipse finxerit, ceterorum autem, quorum aditus re vera ei patuit, vix unum adierit, ei non dubium videbitur, qui quamvis refragante animo in maxime sterilem illum agrum exspatiari et quaslibet binas paginas ieiuni illius atque aridi scriptoris perlegere passus erit'.

Iam vero quod se quasi inventorem quandam huius artis esse non semel gloriatur, id ab omni veritatis specie quam longissime recedit. Ita enim alterius libri capite sexto decimo ineunte legitur: 'Nunc ad expositionem cardinum locorumque omnium transferatur intentio; nam cum haec omnia a nobis fuerint diligenter inventa . . .' sed tota quae insequitur doctrina cum ratione et Graecorum et Manilii plane conspirat. Similiterque libri octavi capite quinto se iactat, ubi ad sphaerae barbaricae apotelesmatum quae dicuntur disciplinam expediendam transiturus, 'Graecis multis et omnibus ferme Romanis incognitam, ad quam aspiraverit eius ingenium' — p. 216 — his utitur verbis: 'nos autem omnium apotelesmatum ratione perspecta plurimum invenimus etiam has stellas sibi in genituris hominum vindicare'. Sed hac ipsa quae sequitur parte nihil aliud contineri nisi verba Manilii in pedestrem eumque sterilem sermonem conversa pauca haec exempla testatum facient, quibus, si quis voluerit, nulla opera addere poterit permulta. Firm. VIII cap. 6: 'In arietis parte decima oritur navis. Si quis ergo oriente hac parte natus fuerit, . . . erit gubernator, nauclerus . . . et qui omne vitae suae spatium marinis semper optet actibus implicare'. Quibuscum cf. hi Manilii versus (V, 38):

Sed cum prima suos puppis consurgit in ignis —
 Quattuor in partes cum Corniger extulit ora —
 Illa quisquis erit terris oriente creatus,
 Rector erit puppis clavoque immobilis haerens
 Mutabit pelago terras ventisque sequetur
 Fortunam.

G L	Lc V ₁	V ₂	G	L	V ₁	V ₂
I 1—37	1—37	1—442	II 1—322	1—672	1—672	1—323
40—313	40—186	ut Lc V ₁	324	ut G	ut G	326—672
316	692—694		325			ut G
314	187—223		323			deinde
315	226		326—367			ut L
317—354	225		369			
399—442	224		368			
355—398	227—313		370—630			
443—529	deinde ut	443—501	632—672			
566—611	L	504—529	677—686	677—686	677—686	
530—565		deinde	673—676	673—676	673—676	
612—741		usque ad	687—698	687—970	688—690	
743		812 ut	700—970		687	
742		G L			691—970	
744—804						
869—812						
805—808						
813—832	L	813—861				
834—926	813—926	866—926				

G L	V ₁	V ₂	G	L	V ₁	V ₂
III 1—6	1—6	1—153	IV 1—9	1—730	1—730	1—37
8—37	8—37	175 et 176	314—342	ut G	ut G	39
7	7	154—369	345—348			38
38—187	38—187	371—403	343			40—197
189—399	189—400	407—467	344			199—342
liber IV:	liber IV:	deinde	349—387			345—348
10—37	10—234	ut G	389—396			deinde
39	236—311		388			ut G
38	313		397—472			
40—313			474			
liber III:	liber III:		473			
400—467	400—467		475—665			
470—474	470—474		667			
468	468		666			
469	469		668—730			668—935
475—682	475—646		733—893	733—935	733—745	
	652		895		747—935	
	647—682		894			
			896—935			

Porro Firm. l. c. haec dixit: 'In arietis sinistro latere, in parte scilicet decima, oritur Orion. Si itaque Orion in horosc. partiliter fuerit, faciet homines veloci corporis mobilitate perspicuos et quorum animus, variis sollicitudinibus implicatus, pervigili cogitatione semper exaestuet; hi enim variabunt saepe domicilia, et domos sedesque mutabunt ac per omnium limina matutinis semper salutationibus discurrunt'. Cf. Man. V, 57:

Sed decuma lateris surgens de parte sinistri

Maximus Orion magnumque amplexus Olympum

Sollertis animos, velocia corpora finget,

G	L V ₁	V ₂
V 1—282	1—362	1—51
284	deinde	53—362
283	ut G	365—374
285		363
286—362		364
365—374		375—487
363		503—513
364		543
375—510		514
515		516—529
511—513		530
543		529
514		531—542
516—528		544—549
530		551—745
529		
531—542		
544—745		

Desunt igitur in singulis codicibus versus hi:

in lib. I	in lib. II	in lib. III	in lib. IV	in lib. V	omnino:
G 38. 39. 833.	G 631. 699.	G 188.	G 731. 732.	G —	= G 8
L 38. 39.	L 631.	L 188.	L 731. 732.	L —	= L 6
V ₁ 38. 39.	V ₁ 631.	V ₁ 188.	V ₁ 235. 312.	V ₁ —	= V ₁ 9
			731. 732.		
			746.		
V ₂ 38. 39.	V ₂ 324. 325.	V ₂ 370. 404	V ₂ 198.	V ₂ 252.	= V ₂ 34
502. 503.	631. •	—406.		488—502.	
862—865.				515. 550.	

62 Atque agilem officio mentem, curasque per omnis
Indelassato properantia corda vigore.

Instar erit populi totaque habitabit in urbe

65 Limina pervolitans, unumque per omnia verbum
Mane *salutandi* portans communis amicus.

Denique Firm. ibidem: 'In arietis parte decima quinta aquilonem versus, oritur Auriga. In huius ortu qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum domitor, aut qui saltu quadrigas transeat, vel qui in dorso stans equorum, mirifica se moderatione sustentet, atque apprime vectus equo militares armaturas exerceat. Hoc astro oriente Salmoneus et Bellerophontes a prisclis auctoribus nati esse narrantur'. Cf. Man. V, 67:

Sed cum se terris Aries ter quinque peractis
Partibus extollit, primum iuga tollit ab undis
Heniochus, clivoque rotas convellit ab imo,

70 Qua gelidus boreas aquilonibus instat acutis.

Ille dabit proprium studium, caeloque retentans,
Quas prius in terris agitator amaverat artes:
Stare levi curru moderantem quattuor ora

Quorum versuum ordinem cum iam veteres interpretes, imprimis Scaliger, bene restituerint, ea nunc exempla accuratius inspiciamus, e quibus qualis fuerit archetypi forma evidentissime colligere licet. Ac prius quidem exemplum in libro primo inest, ubi omnibus in codicibus post versum 354 quadrageni quaterni versus quater de loco suo migraverunt: 399—442, 355—398, 443—529^{31b)}, unde ratione instituta certissima id assequimur, in archetypi paginis singulis scriptos fuisse vicenos binos versus, folia autem in ternionum formam ita complicata, ut primus exhibuerit versus 1 ad 264, alterius ternionis folia duo priora continerint versus 265 ad 352; tertium autem folium, in quo versus 353 ad 396 exarati erant, singulis schedis perperam compactis in locum quarti folii, quod erat versuum 397 ad 440, cecidit. Atqui haec computandi ratio non in eos numeros quadrare videtur, qui in omnibus, quibus nunc utimur editionibus, valent, quippe cum secundum hanc numerandi rationem perturbationem illam non inde a versu 352, id quod ex nostra dinumeratione flagitatur, sed a versu 354 in poetae verba invasisse statuendum sit. Sed ratio a nobis proposita ne concidat, ipsi codices commodissimè nos adiuvant, a quibus omnibus versus 38 et 39 abesse supra ostendimus, ut apprime veri sit simile, ne in eo quidem, ex quo omnes

Spumigeris frenata lupis et flectere equorum

75 Praevalidas vires ac torto stringere gyro;
At cum laxato fugerunt cardine claustra,
Exagitare feros, pronumque anteire volantes,
Vixque rotis levibus summum contingere campum.

85 Nec non alterno desultor sidere dorso
Quadrupedum, et stabilis poterit defigere plantas,
Perque volabit equos, ludens per terga volantum.
Aut solo vectatus equo nunc arma movebit,
Nunc leget in longo per cursus praemia circo,

90 Quidquid de tali studio formatur, habebit.
Hinc mihi *Salmoneus* . . . 96 generatus possit haberi.

97 Hoc genitum credas de sidere *Bellerophontem*.

31^{b)} Duo enim versus in archetypo nescio qua de causa vacui videntur fuisse.

libri manaverint codice illos duos versus exstitisse. Quibus praemonitis genuinisque adhibitis numeris ex hac imagine, quomodo perturbatio illa orta sit, quivis intellet, in qua numeros 1 ad 3 de singulis ternionis alterius foliis accipi volumus, quorum priora trina *a* littera, posteriora signavimus altera:

ternio I: v. 1—264.

ternio II: 1^a 265-308. 2^a 309-352. 3^a 397-440. 3^a 353-396. 2^b 441-464. 1^b 483-528.

Atque sic demum id liquet, quomodo altera illa multo amplior versuum confusio in tertium librum incidere potuerit, ex qua, cum septem folia quarti libri praepostero ordine compacta essent, libri III v. 399 excipiunt libri IV v. 10 ad 313, qui tamen error iam in L ab ipso librario omni ex parte correctus est — idem in G manu posteriore signis quibusdam appictis factum vidi —. Quod cum Breiterus (p. 3) negaverit, ipsa verba, quae in margine L libri ad v. III, 399 adscripta sunt, afferam haec: 'hic male ordinata lectio, sed si vis eius ordinem rectum reperire memento eam per ordinem alfabeti quaerere quo eam denotavimus. Post hunc enim versum 'Vicino tribuat p. c. t. l.' (III, 399) debet ille sequi quem invenies post sex folia B littera denotatum videlicet istum 'At quae nocturnis f. m. t.' (III, 400). Rectissime autem hae continuae litterae ad errorem tollendum his versibus adscriptae sunt: p. 52^b A III, 399. p. 59^a B III, 400. p. 66^a C IV, 9. p. 52^b D IV, 10. p. 59^a E IV, 313. p. 66^a F IV, 314. Deinde etiam id ex illo conspectu discimus, nullum codicem omnes versus, qui nunc in editionibus leguntur, exhibere, L autem librum omnium esse integerrimum, ut qui sex tantum versus non contineat, in quibus omissis hoc non parvi faciendum existimo, aut ceteros codices omnes aut nonnullos cum illo libro conspirare; contra G omittere versus octo, V₁ novem, V₂ triginta quattuor; quorum nunc eos, qui in nullo insunt codice, in omnibus autem inhaerent editionibus, accuratius recenseamus.

Libri igitur primi ab omnibus codicibus versus 38 et 39 absunt, quorum naturam rationemque, ut plene perspicias, eos qui antecedunt versus exscribam. Sunt enim hi:

30 Tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti;
 Per te iam caelum interius, iam sidera nota — —
 35 Maior uti facies mundi foret, et veneranda
 Non species tantum, sed et ipsa potentia rerum,
 Sentirentque deum gentes quam maximus esset.
 Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent
 Omnibus et mundi facies caelumque supernum.

Quorum extrema verba versificator ille, quisquis fuit, procul dubio ita coniungi voluit: 'qui et mundi faciem et caelum supernum per sua tempora disposuit, ut omnibus cognita essent'; sed quid hoc sibi vult 'mundi faciem et caelum per sua tempora disponere'? De signis si hoc dictum esset, intellegerem, at hic omnem sententiae et sanitatem et rationem desidero. Huc accedit quod illud *mundi facies* tribus tantum versibus interpositis bis dictum displicet, ut versus 38 et 39 ab interpolatore fictos cum Bentleio et Iacobo arbitrer. Quamquam enim non ignoro, hunc poetam, qua est latini sermonis elegantius variandi inopia, non dubitasse singulas voces intra breve versuum spatium saepius ponere, tamen nullum inveni exemplum, quo duorum verborum, quae facillime variare potuit, repetitio molestissima comprobetur. Cf. p. 47. Neque aliter de II, 631 iudico, ubi poeta eis, qui proxime antecedunt versibus docet, certas quasdam trinorum zodiaci signorum con-sociationes, trigona appellatas, hominibus sub eis natis varios tribuere mores; iam inde a v. 629 sic pergit:

Quosque dabunt Chelae Geminique et Aquarius ortus
 630 Unum pectus habent fideique immobile vinclum.
 Magnus erit Geminis amor et concordia duplex,
 Magnus et in multos veniet successus amicos.

quorum quin versus 631, cum neque novi quidquam contineat, si sententiam versus praecedentis spectamus, neque intellegatur, quid sit *concordia duplex*, eiciendus sit, non magis dubito quam Bentleius quique eum secutus est Iacobus.

Sed iam ad finem ut perveniamus, obiter tantum illud moneo consimilem videri fuisse Maniliani archetypi scripturam illius quam Otto Ribbeckius Vergiliano archetypo vindicavit Proleg. Verg. p. 231 sq., cuius rei argumenta quamvis multa congesserim, tamen silentio praetermittenda esse duxi, ne huius dissertationis fines excederem. Restat ut ea quae de archetypo si non necessitate demonstrandi certissima, at ratiocinandi probabilitate satis idonea effecisse nobis videmur, quam brevissime complectamur: erat ille codex minimum XCVIII foliorum in ternionum speciem complicatorum singulisque in paginis, quarum nonnullae vitium fecerant, viceni bini versus cursivis quidem litteris neque raro valde neglegenter scripti erant.

II

Archetypi ratione explorata ad singulos accedo codices, quid ad emendationem Manilianam valeant disceptaturus. Quorum Scaligerum G auctoritatem plurimi aestimavisse iam supra quamvis obiter commemoratum est; neque aliter Bentleium sensisse inde colligitur, quod hunc codicem 'omnium et optimum et antiquissimum' appellat³²⁾ atque plurima a Scaligero eius ope correctae comprobavit. Attamen quo vir ille immortalis his maxime in carminibus restituendis emendandi erat fervore, non semel locos G memoria optime traditos vel aliis libris confusus, vel, id quod saepius accidit, suo arbitrio indulgens mutavit.³³⁾ Iam vero Iacobus G codicem originem quidem duxisse e libro ratus haud malo, cuius tamen verba

32) Bentl. p. X et XIV.

33) F. A. Wolfius quid de Bentleiana editioe Manilii iudicaverit ex his eius verbis colligas, quae in eius commentatione de Rich. Bentleio scripta — Litterarische Analecten Bd. I, Berol. 1817, p. 59 sq. — leguntur: den Text — des Man. — mit den Anmerkungen, eine seiner allerfrühesten Arbeiten, lieferte Bentley diesem Herausgeber — seinem Brudersohn Rich. Bentley — fertig, ja übervollendet; denn ein Drittheil Aenderungen weniger würde der mit Coniecturen überfüllten Ausgabe mehr genützt und dem Kritiker viele gegründete Vorwürfe erspart haben.

a librario satis docto saepenumero mutata atque interpolata essent, V₂ librum omnium proxime accedere ad genuinam archetypi speciem sibi persuasit³⁴⁾, quippe qui ceteros codices et lectionum superaret praestantia neque ea, qua ceteri laborarent, multitudine additamentorum scateret; quibus de causis unum V₂ librum in poetae verbis restituendis utique pro duce habendum esse statuit. Quae ratio cur mihi iterum iterumque reputanti probata non sit, iam breviter exponam.

Etenim cum vel per se haud ita multum habeat quo commendetur haec qua Iacobum niti videmus opinio codicem, quem omnium non modo recentissimum, verum etiam negligentissime scriptum esse sciamus, haberi fontem, unde optione data haurire debeamus, id multo minus in eo libro locum habet, quem ipsum apertissimis vitiis locisque librarii arbitrio mutatis quodammodo abundare haec, quae infra afferam, exempla evidentissime edocebunt. In quibus examinandis hoc mihi semper mirum visum est, quod permultae pravae scripturae V₂ libri Iacobum fugerunt, qui pag. VI editionis haec dixit: 'tanta cum accuratatione hunc librum inspexi, ut ter quaterve instituta comparatione vix mihi quidquam se subduxisse videatur.' Quod cum ad infringendam illius rationem plurimum valere intellexerim, ex grandi exemplorum copia, — sunt omnino quingenta decem — pauca libri primi afferam: G L V₁ I, 23 circumstrepit] V₂ circumscribit. 75 habitabat] habitat. 122 repetentem] repentem. 224 eoae] ee. 262 ut] vix. 292 dixere] dixerunt. 346 de ponto] deponet. 347 oceani] octavi. 362 eniochus] et motus. 573 actus] arctos. 617 repetito] repete. 713 nubila] mitra. 808 quandoque] ubi-

34) Iacob. ed. p. V 'Id autem vetustum exemplar fidissime exprimit codex Leidensis, qui illic sub No. 390 conditus plerumque Vossianus, a me secundus, nominatur. . . cum enim ceteri libri alii rudiores alii doctiores interpolationes proferant, hic, nisi quae omnibus libris nostris antiquiores sunt, habet nullas. Eum igitur codicem, quamquam recentissimus est, prae ceteris tamen in carminibus restituendis secutus sum'. Quibuscum conferas adnotationem eiusdem ad v. V, 219. praeterea: programmaticis Lubec. a. 1832 p. 3 adnotationem c; item a. 1835 p. 32 ad v. IV, 890; denique a. 1836 p. 7 ad v. V, 301.

que. 822 deprendit] rependi. 878 inter] meti. Adde eos versus, quibus in uno V_2 vel singulae vel plures voculae omittuntur, ubi tamen nil adnotat Iacobus: est I, 130. II, 166. 456. 613. 618. III, 525. IV, 924. que II, 162. III, 12. 222. 519. IV, 170. 482. V, 320. 441. 485. 734. neque I, 182. ad I, 242. facient II, 330. sunt II, 345. habent II, 630. habet II, 665. mox certo II, 690. fulgent II, 728. cuncta II, 750. nate II, 943. casus III, 32. qua III, 102. luces III, 229. ora III, 274. vestes IV, 132. te IV, 756. vix V, 340. Quod autem idem vir doctus V_2 librum ex ceteris omnibus rarissimas exhibere interpolationes contendit³⁵⁾, ne id quidem verum est, immo hunc ipsum codicem et aper-tissima et longe plurima continere interpolationis exempla pro certissimo habeo, de quibus per tres classes distributis paullo accuratius agamus.

Primi autem generis exempla ita sunt comparata, ut nominis alicuius, plerumque vel adiectivi vel participii aut genus aut numerus substantivo alicui, quod eodem legitur versu, accommodatum sit, quamvis binae illae notiones nequaquam inter se consociari debeant: id quod hi loci testatum facient. I, 66:

Nam rudis ante illos nullo discrimine vita
 V_2 *nulla*. I, 203:

Aëris et toto pariter sublata profundo
 V_2 *sublato*. I, 439:

Exsurgit — piscis — de parte noti, cui cuncta feruntur
Flexa per ingentes stellarum flumina gyros.

V_2 *flexos*. I, 443:

His, inter solisque vias arctosque latentes,
Axem quae mundi stridentem pondere torquent, . . .
v. 444 V_2 *stridente*. II, 25 et q. s. dicit poeta fuisse qui diversas siderum figuras carminibus celebrarent, velut Perseum et Andromedam, Cepheum et Cassiopeam; deinde hunc in modum pergit (II, 31):

35) Iacob. progr. a. 1835 p. 22 ad v. IV, 541.

Et furto Cycnum, pietate ad sidera ductam
 Erigonen, ictuque Nepam spolioque Leonem.

Versu priore *ductum*, V₂ scripturam, et fabulae, ad quam poeta nos deducit, memoriae et totius huius loci naturae repugnare manifestum est, cum neque cycnus et furto et pietate ad sidera sublatus sit, et, quoniam ceterorum vel hominum vel animalium officia afferuntur, quibus perfuncti illi caelesti honore digni putati sint, Erigonae quoque ut merita commemorentur exspectemus; praeterea autem illud premendum est, in V₂ memoria copulam desiderari, qua *furto* et *pietate* voces consocientur. Pergo ad II, 213:

Tum Pisces et Cancer et acri Scorpion ictu
 Aut vicina loco, divisa aut partibus aequis:
 Omnia dicuntur simili sub sorte diurna.

ubi V₂ *vicino* vel propter numeros reiectaneum esse omnes vident. Sed aliud hoc in loco vitium apud Iacobum latet, quod iam Lucianus Mueller³⁶⁾ deprehendit. Namque ego quoque in *scorpion* nominativi syllaba ultima correpta haereo, quam quomodo ille defendere voluerit non assequor, nisi forte hunc poetam, quem primis argenteae quae dicitur latinitatis temporibus carmen suum composuisse nunc fere inter omnes constat, inter negligentissimos ultimorum temporum versificatores voluit relegare. Iam vero, quoniam ex ipso Manilii usu demonstrari potest, eum graecarum in *on* exeuntium vocum ultimam syllabam produxisse — conferas I, 502 Arctos et Orion adversis frontibus ibant. V, 724 Mersit et ardentis Orion aureus ignis. IV, 804 Bactraque et Arii, Babylon et Susa Panosque. V, 197 At Procyon oriens . . . — eundem ne *scorpion* quidem mensuram usurpasse statuendum est. Reddamus igitur poetae *Scorpios* formam, quae iam apud Scalligerum et Bentleium exstat.

II, 352 loquitur poeta de discrimine, quod trigonorum inter tetragonorumque vires intercedat; illorum scilicet vim esse maiorem, cum ductus laterum eorum magis a caelo recedat,

36) De re metrica p. 52.

tetragonorum autem altius a terra remotus sit. Quae ita edidit Iacobus:

Sed longe maius ius est per signa trigoni,
 Quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratis.
 Altior est horum summoto linea templo:

355 Illa magis vicina meat caeloque recedit,
 Et propius terras accedit visus eorum.

v. 352 *maior vis* G L. v. 354 in V₂ talis est:

Altior et templo summota linea horum

quae verba et a metro et a sententia vehementer laborare apertissimum est. At v. 352 Iacobo foedissimum illud *maius ius* ex V_{1.2} exhibenti neutiquam adstipulari queo. Etenim consociatio nominum illorum uniuscuiusque aures, qui vel ullum latini sermonis elegantiae sensum habet, maximopere offendet, neque quisquam haec ab illo adnotata probabit: 'noli in repetita syllaba *us* haerere, cum altera corripiatur, producat altera'. Quod eo confidentius contenderim, cum *vis* vocabulum prorsus eadem atque hoc loco notione alibi quoque legatur: II, 808 'Sed diversa tamen vis est in cardine quoque', quibus demonstratis opus non est eorum exemplorum molem cumulare, in quibus *vires* pluralis prorsus eadem notione usurpatus sit, quam hic singulari numero poeta reddidit (cf. I, 805. II, 296. 305. 645. 843. 859). Contra id quod Iacobum plane fugisse videtur, *iuris* vocis singularis numerus apud Manilium omnino non exstat, sed ubi poeta in hoc vocabulo eam, quam ille ei tribuit vim inesse vult, non utitur nisi plurali numero. cf. I, 806. II, 646. 744. III, 586. IV, 436. 921. Nec magis hic versus in V₂ aut aptam sententiam aut legitimum metrum continet II, 668:

Sic quaecunque manent quadrata condita templo
 Signa

ubi ceteri recte: quadrato.

De meridionali cardine Manilius praeter alia etiam haec dicit II, 795:

Tertius excelsi signat vestigia caeli,
 Quo defessus equis Phoebus subsistit anhelis.

Haec est illorum trium codicum memoria, nisi quod pro *anhelis* communi consensu habent *haben*is quod iam Scaliger felicissime correxit. Sed rursum V₂ foeda interpolatione et versum corrumpit et sententiam subvertit. Exhibet enim versum 796 ita:

Quo *defessis* equis

Eodemque vitio unus ex eis versibus in V₂ laborat, quibus poeta Asiam describit; horum dico alterum IV, 672:

Auratique fluunt amnes, gemmisque relucet
Pontus, odoratae spirant medicamina silvae.

ubi V₂ *odorata*.

Plura exempla ne taedium moveant, numeros eorum indicasse satis erit: V, 177. 209. 259. 380. 404.

Iam ad alteram interpolationum classem transeamus, quae ex eis constat exemplis ubi pravam praepositionis structuram intulit librarius; verbi gratia haec afferam: II, 138 Sed solus vacuo veluti vectatus *in orbe*. V₂ *in orbem*. IV, 402 Quo remis lucrum naves martemque sequuntur *In praedas?* V₂ *in praedis* quod sensu caret, cum *in praedas* idem valeat atque praedandi caussa.

Inter quaternos ventos primarios binas auras spirare poeta his nos docet IV, 585:

Nunc age diversis dominantia sidera terris
Percipe. Sed summa est rerum referenda figura.
Quattuor in partes caeli describitur orbis,
Nascentem lapsumque diem mediosque calores
Teque, Helice. Totidem venti de partibus isdem
590 Erumpunt secumque gerunt per inania bella.
Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem, Zephyrusque profectum.
Hos inter binae mediis e partibus aerae
Exspirant similes mutato nomine flatus.

V, 593 V₂: 'Hos inter binos medios se partibus aerae' quam scripturam prorsus esse perversam patet. Sed paullulum subsistamus, ut Bentlei coniecturam refutemus, qui v. 591 pro *fugit* codicum auctoritate stabilito *furit* in textum recepit, hunc in

modum ratiocinatus: 'Quomodo', inquit, 'fugit ab ortu, qui inde spirat? Repone *furit?*' At primum cur Eurus potissimum furere dicatur, non intellegitur, ceteris quoque ventis praecipiti impetu prorumpentibus. Deinde autem admodum commode ventus eam regionem, ex qua spirat, fugere putatur, cum suo relicto loco quasi e carcere vel secundum Homeri illam opinionem ex culleo se protinus ferat.

Tertii autem interpolationum generis exempla, ad quae quam brevissime describenda dissertatio nostra iam procedit, eo vinculo coniuncta sunt, quod ex glossemate originem traxerunt. Exempla sunt haec: II, 694:

[Rem] tantum graio signari nomine passam
V₂ *graeco*.³⁷⁾ — II, 736:

Post cetera ducet

Ordine quaeque suo, sicut *stant* astra locata.

V₂ *sunt*. Sed *standi* verbo, quo recepto sententiam multo fortiolem fieri nemo non sentit, in his locis poeta similem in modum usus est I, 285 Nec vero e solido *stant* robora corporis ei. I, 586 Longa *stant* tempora luce, ubi V₂ iterum *sunt* exhibet. II, 664 Sic et simplicibus signis *stat* forma quadrata. III, 234 . . . adversis idem *stat* mensibus ordo.³⁸⁾

Ineunte libro quarto poeta de fato, quod suam cuique homini tribuat sortem, locutus, inde a v. 37 ita pergit:

37 Quid referam Cannas admotaque moenibus arma?

48 Adde etiam italicas acies Romamque suismet

Pugnantem membris, adice et civilia bella.

Ita Iacobus poetae verba edidit, codicibus hunc in modum discrepantibus: *uires italas* G. *uires* om. L. *italicas uires* Lc. V₁. *italicas acies* V₂, unde Scaliger priorem versus partem restituit ita: 'Adde etiam uires italas'. Bentleius tamen 'quia *uires italas* parum hic conveniant, quae aequae in externo atque in domestico bello ostendantur', scribit 'Adde et utrimque

37) Cf. R. Bentlei verba ad Hor. ep. II, 1 v. 28 adscripta.

38) Hunc singularem *standi* verbi usum antiquo maxime proprium sermone, Manilius ut multa alia huius generis ex Lucretii studio assiduo et diligenti cognovit. Cf. A. Draeger, Hist. Synt. p. XI.

italas acies' atque haec verba de bello sociali intellegi vult. Quam coniecturam quod Iacobus ut a tradita scriptura nimis longe recedentem spreuit probo, neque tamen in eo cum eodem facio, quod *acies* uno V₂ firmatum ac meri glossematis prae se ferens speciem recepit, quapropter ad Scaligeri rationem, quippe quae et codicum memoria probe firmata et ab ipsa loci sententia satis expedita sit, reversus sic scribo:

Adde etiam vires italas Romamque suismet
Pugnantem membris.

Tria autem poeta bellorum a Romanis gestorum genera distinguit: externa, de quibus antea dictum est, sociale, ad quod haec quae aguntur verba spectant, civilia, quorum in proximis mentio inicitur.

IV, 791:

Tu, Capricorne, regis quidquid sub sole cadente
Est positum, gelidamque Helicen quod tangit ab illo,
Hispanas gentes, *et quot fert* Gallia dives.

versu ultimo Vossiani libri *et* copulam omittunt, cuius in locum manus altera V₁ libri *seu* reposuit, quam particulam in conexum non quadrare in propatulo est: in V₂ autem lacuna illa ex eo qui antecedit versu expleta est:

Hispanas gentes *quod tangit* Gallia dives.

His igitur ponderatis omnibus concedendum est Iacobum egregie errasse, cum V₂ librum nullis aliis nisi quae in omnes irrepserint codices interpolationibus inquinatum esse diceret, immo hunc ipsum omnium maxime librarii temeritate depravatum esse ut vel prolata exempla testantur, ita eis quoque demonstratum iri arbitrator, quae mihi singillatim de G libri locis ex illius iudicio interpolatis dicturo afferenda sunt.

Ac ne in eo quidem ille verum vidit, quod V₁ codicem ex V₂ descriptum esse ideo putat, quia intra priores potissimum libros vel in minimis erratis cum V₂ conspiret³⁹⁾; in quo cur aliter sentiam, quattuor argumenta eademque, ut opinor,

39) Iac. p. IX et adnot. ad II, 687.

haud debilia me commovent. Nam primum quidem demonstrasset ille vellem, V_1 codicem omnino aetate esse recentiorum V_2 libro, quod donec certa proferantur indicia, nos quidem iure dici negamus. Deinde immanis illa locorum in solo V_2 corruptorum multitudo, quam supra p. 26 sq. exhibuimus, eo argumentationis nos ducit, ut nullo pacto Vossianum priorem ex altero manasse statuamus. Tum unde librarius V_1 codicis XXXI illos versus, quos in V_2 omnino non inesse ex tabula supra apposita conspicitur, deprompserit, explicari non poterit, nisi illa per se haudquaquam inaudita ratione, ut librarium illum egregia quadam praeditum sagacitate lacunas illas agnovisse, alteroque arcesso codice explevisse nobis persuadeamus. Qua tamen et diligentia et acumine illum prorsus caruisse certissima exstant indicia. Huc accedunt compendiorum genera in V_2 varia, quae is qui exaravit V_1 librum nullo pacto expedire potuit, cum qui V_2 confecit, in eodem compendio modo hanc modo illam inesse notionem voluerit. Cuius generis exempla vel ex libris primo et altero septuaginta duo collegi, describere autem supersedi propter difficultatem signorum typis exprimendorum, quae V_2 codice usu veniunt.

Haec igitur sufficere existimo ad demonstrandum, nequaquam V_2 fontem esse, ex quo V_1 derivatus sit. Neque feliciter illum iudicare aut de eo vinculo, quo L et V_2 codices cohaereant, quorum utrumque ex eodem exemplari, diverso tamen a G libri fonte, profluxisse sibi persuasit⁴⁰⁾, aut de fide manus emendatricis L libri, cui omnino ullam auctoritatem tribuendam esse plane negat⁴¹⁾, ex eis quae iam de quattuor illorum codicum affinitate prolaturi sumus, evidentissime apparebit.

Atque cur ipse quoque existimem omnes illos codices ex uno eodemque archetypo descriptos esse, iam supra allatis exemplis demonstratum est. Neque tamen omnes eodem ex rivulo manasse puto. In duas enim classes libri disiungendi sunt, quarum altera ex G et L (x), altera ex V_1 et V_2 (y)

40) Cf. Iacobi editio p. VI.
Leipziger Studien. I.

41) Cf. infra p. 40 sq.

codicum familia constat, ita quidem, ut illa, cum centiens genuinam poetae manum exhibeat eis locis, qui in alterius classis codicibus corrupte leguntur, superioris, haec inferioris sit ordinis; quod ita sese habere quattuor haec exemplorum genera docebunt, quorum primum ex eis constat locis, qui in x bene, in y male traditi sunt. Huius autem generis exempla primo et secundo libro centum septem indagavi, velut: I, 19 y medulame] x modulante. 54 perplexi] complexi. 111 numerum] numen. 127 fugit et in] fugit in. 134 fabricantia] vibrantia. 433 quapropter] quam propter. 581 ducit] reducit. 662 filaque movente] fila movente. 665 azie] a fine. II, 129 videntur] probentur. 239 defendit] effundit. 384 legibus] generis. Quorum fere omnium locorum vitia cum vel primo oculorum obtutu ab unoquoque perspectum iri speremus, nunc eorum nonnullos inspiciamus, qui verba in x aliter atque in y collocata exhibent. Atque in descriptione circuli lactei haec leguntur: I, 728

In cuneos *alti cogat* fundamina caeli

V₁. 2 *cogat alti*, quam collocationem propter *cogat* spondeum improbandam esse ex eis apparebit, quae infra p. 51 sq. locupletius de v. II, 106 dicemus. — I, 768:

Nec te, Mavortia virgo,

Praeteream regesque alios, quos Graecia misit.

ubi Vossianis in libris verba posterioris versus hunc in modum ordinata sunt: *Praetereamque reges* e. q. s. idemque mendum in eo qui paullo post exstat versu sic in bonis libris tradito abditum latet (I, 778):

Tarquinioque *minus reges* et Horatia proles.

pro quo illi habent: Tarquinioque *reges minus* e. q. s. — II, 174:

Distat enim *gemina duo sint duplave* figura

V₁ Distat enim *gemini sunt duo duplave* figura. V₂ Distat enim *sunt gemini duo duplave* f., cuius quidem discrepantiae explicatio inde paratur, ut in eo codice, ex quo uterque Vossianus pendet, *sunt* verbum omissum, postea supra scriptum ab alio librario falso loco repositum esse sumamus.

Neque lenioribus turbis eiusdem libri locus ille vexatus est, quo, qui sub sagittarii signo nascantur, eis secundum naturae leges adversari feruntur qui vel geminorum vel librae vel virginis vel aquarii signo lucente pariantur, his quidem verbis (II, 560):

Quique Sagittari veniunt de sidere partus,
Hos Geminis nati Libraque et Virgine et Urna
Depressisse volunt *natura et lege iubente*.

V₁. 2 Depressisse volunt legem et natura iubentem.

Sed iam eorum quoque locorum, quos interpretandi studio in y corruptos esse putamus, paucos in medium proferamus, inter quos exempli gratia eum refero, quo poeta colurum aequinoctialem describens, quae signa ab eo tangantur his explicat (I, 609):

Alter ab excelso decurrens limes Olympo
610 Serpentis candam siccas et dividit Arctos,
Et inga Chelarum medio volitantia gyro,
Extremamque *secans* Hydram mediumque sub austris
Centaurum, adverso concurrat rursus in axe.

ubi y v. 612 pro *secans* habet *petens*, quod glossema esse arbitror. Namque ne quadrare quidem hoc verbum in eam opinionem, quam veteres de circuli illius situ habuerint, inde cernitur, quod hydram ab eo non modo tangi, verum extremo fere in corpore dividi sibi fingeant, cuius opinionis testis certissimus nobis antiquissimus ille caelestis orbis globus esse potest⁴²), qui quondam Romae in aedibus Farnesianis, nunc, nisi egregie fallor, Venetiis in bibliotheca Marciana servatur. Huc accedit quod *secandi* verbum saepenumero prorsus in eandem notionem atque hoc loco dictum apud Manilium legimus, velut ubi de lactei circuli situ atque regione verba facit (I, 693):

Rursusque ascendere caelum
Incipit argivamque Ratem per aplustria summa,
Et medium mundi gyrum, Geminosque per ima
Signa secat.

42) Tabula globi Benteleianae editioni praefixa est.

Deinde de duobus coluris locutus his incipit (I, 603):
 Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,
 Inter se adversi, qui cunctos ante relatos
 Seque secant.

Denique de zodiaco (I, 688):

Aestivosque secat fines Aquilamque supinam.

Cf. praeterea I, 629. 639. 674. 699. — Inde a v. II, 433, quae
 singulis deis deabusque signa adscribantur narraturus poeta
 his verbis utitur (II, 433):

His animadversis rebus quae proxima cura?

Noscere tutelae adiectaque numina signis,

435 Et quae cuique deo rerum natura dicavit,

Cum divina dedit *magnis* virtutibus ora,

Condidit et varias sacro sub nomine vires

v. 436 V₁. 2 *magnum*, quam scripturam, iure a veteribus
 interpretibus reiectam, quibus artificii Iacobus defendat, ut
 perspiciamus, verba eius plene exscribenda sunt: '*magnum* V₁. 2
magnis G L fortasse ab interpolatore et ita scribendum: Cum
 divina dedit — *magnum*! — virtutibus ora.' Attamen nego
 simplici *virtutibus* nomine deorum notionem contineri, quae
 quin hic desideretur et recte in G L tradatur ut ceteris inter-
 pretibus ita ne mihi quidem dubium videtur esse. — De altera,
 Chaldaeorum scilicet, ratione signi horoscopantis inveniendi
 verba faciens, ex qua binas horas singulis signis adscribi
 aequalibusque spatiis aequalia tribui signa necesse est, poeta
 ita loquitur (III, 218):

Nec me vulgatae rationis praeterit ordo,

Quae binas tribuit signis orientibus horas,

220 Et paribus spatiis aequalia digerit astra.

Eodem lapsu secundum quem saepissime *describendi* et *dedu-
 cendi* verbum pro *discribendi* et *diducendi* positum esse a libra-
 riis videmus, quem errorem etiam ex huius poetae carmine
 Buechelerus in Mus. Rhen. vol. XIII p. 598 sustulit⁴³⁾, Vossiani

43) Loci sunt hi: IV, 587 Quattuor in partes caeli discriptu
 orbis. ib. 701 Ac velut humana est signis discripta figura. ib. 742 Et

codices v. 220 *degerit* exhibent. Quod falsum esse, cum de dividendo agatur, neminem fugiet. — Quarto libro poeta maxime docere sibi proposuit, quae studia quasque artes singula sidera eis hominibus, qui sub eis lucem adspexerint, tri-

certis discripta nitent regionibus astra. V, 734 'Utque per ingentes populus describitur urbes'. Uno loco iam Bentleius verum vidit, hoc quidem: I, 456 'Haec igitur magno divisas aethere sedes Signa tenent, mundi totum deducta per orbem', ubi cur Iacobus a Bentlei emendatione certissima *diducta* recesserit, nemo videbit, quoniam signa per caeli orbem non tam *deposita*, quam *disposita* esse dici oportet. Quibus locis tres addendos censeo, quorum primus secundo libro exstat, ubi poeta de tetragonis h. e. de ea siderum consociatione loquitur, quae quaternis inter se iunctis sideribus efficitur, ita quidem, ut singula eorum latera pari sint longitudine. Verba sunt haec (II, 287):

At quae divisa quaternis
Partibus aequali laterum sunt condita ductu,
Quorum designat normalis virgula sedes,
290 Haec ferit Libram, tortus Capricornus et illam
291 Conspicit; hunc Aries atque illum partibus aequis
292 Cancer, et hunc laeva subeuntis sidera Librae.
294 Sic licet in totidem partes deducere cuncta.

ubi vel ex *in totidem partes* verbis apparet, hoc loco de signis *dispertendis* agi. Praeterea hunc locum Horatii similem conferas (Art. poet. 325):

Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere.

Altero loco poeta normam proponit, ex qua singulorum signorum et oriendi et occidendi tempus per quascunque terrae regiones facile statui dignoscique possit, his quidem usus verbis (III, 395):

Quacunque hoc parti terrarum quisque requiret,
Deducat proprias noctemque diemque per horas.

i. e. si quis in quavis terrae parte — *parti* est ablativus. Cf. II, 726 'Quacunque in *parti* nascentum tempore luna Constiterit' — rationem illam investigare velit, is diei noctisque spatium per suas horas *dividat* necesse est. Ex hac autem loci interpretatione verissima traditam *deducat* formam falsissimam esse facile apparet, id quod evidentissime ex eis quoque, qui proxime secuntur versibus elucet, quibus diurnarum horarum metiendarum ratione absoluta ad nocturnas horas his transit:

400 At quae nocturnis fuerit mensura tenebris,

In totidem partes simili ratione secanda est.

in quibus, quin secandi notio optime *diducendi* neque tamen *deducendi* verbo respondeat, dubitari nequit. De tertio loco I, 230, cf. p. 42.

buant. Qua in enumeratione his versibus ad geminorum partus transitum facit (IV, 525):

Sed Geminos aequa cum profert unda *tegitque*

Parte, dabit studia et doctas producet ad artes.

quorum priore versu y habet *regitque*, quod suo iure omnes interpretes spreverunt. Etenim hoc poeta sibi vult: cum geminorum, inquit, sidus oritur ex oceano, ita tamen, ut superior tantum pars eius perspicua fiat, inferior in undis abdita lateat, hominibus nascentibus amorem studiorum doctarumque artium tribuet. Hanc autem locutionem *profert tegitque* plane esse Manilianam, cum hic poeta eiusmodi antitheta quae feruntur in amore atque deliciis habeat, satis ampla similium exemplorum copia, quorum pauca apponamus, testatur velut: distinguit et alligat i. e. dividit et circumcingit I, 246, dividit et cingit I, 306, ubi Bentleius praeter necessitatem pro *cingit* scribit *ungit*. distingui claudique i. e. disiungi et circumcingi I, 452. sequiturque fugitque I, 862. redditque rapitque II, 88. immittit et aufert II, 89 i. e. impellit et repellit. addit et aufert II, 160. transitque refertque II, 327. recipitque refertque II, 957. latet patetque III, 322. tollitque premitque IV, 775. fugienda petendaque IV, 815. Proxime autem ad eum de quo agimus locum hic accedit, qui ad horizontem spectat (I, 660):

Quippe aliud caelum ostendens, aliudque relinquens,

Dimidium *teget et referet*.

ubi y rursus *regit* praebet. — Narrationem illam, secundum quam Typhon deos impetu facto in Aegyptum fugasse dicitur, Manilius his verbis in carmen suum inseruit (IV, 579):

Scilicet in piscem sese Cytherea novavit,

580 Cum Babytoniacas summersa profugit in undas,

Anguipedem, alatos humeros Typhona ferentem,

Inseruitque suos squamosis piscibus ignes

v. 581 y: Anguipedem alatos anguem Typhona ferentem, ubi *anguem* interpolatori debetur, qui hanc vocem supra *Typhona* explicandi caussa scripsit. Sed totum versum esse spurium iam Bentleius vidit. Paucis igitur his exemplis enarratis iam

nemini dubium fore speramus, quin Vossiani libri ex uno eodemque codice interpolationibus valde depravato eoque alio atque G et L descripti sint.

Secundum autem indicium, quo diversus x et y familiarum origo demonstratur, ex eis locis peti potest, in quibus y voculas quasdam omittit, x servavit e. g. que I, 732. II, 20. 405. IV, 126. 745. et II, 525. est II, 541. essent II, 22. iuvenique II, 406.

Tertii generis exempla eiusmodi sunt, ut y librorum memoria bona, x depravata sit, id quod triginta duobus locis observavimus, velut I, 358 x in] y ni. 549 astra] astro. 784 camillis] camillus. II, 516 census] sensus. 574 quicumque] quaecumque. III, 362 patebit] patebunt. 378 ore] orbe. IV, 225 finis] funus. 538 ipsa] ipso. V, 15 cecum] cetum. 506 aequoreae] aequorei.

In quartam denique classem novem locos reicio, qui in utraque familia depravati leguntur, aliter tamen in x, aliter in y; sunt autem hi: II, 228 x positi, y positis] pestis. 486 si, sed] se. 577 nescit, nec sit] ne sit. 732 ibi, tibi] ubi. III, 63 vincentur, vincuntur] vincantur. IV, 304 ceno, celo] caeco. 455 quina et, quina] quinae. V, 229 at, et] aut. 719 par, per] pars.

Ex his igitur exemplis omnibus optimo iure id nobis conclusisse videmur, Vossianos codices alia via atque G et L libros ex archetypo esse derivatos, ita quidem, ut uterque Vossianus de y libro, quem patrem eorum appellamus, descriptus sit, quorum neuter, cum et ipsum y codicem valde fuisse depravatum et praeterea V₁ et V₂ libros suis quemque interpolationibus esse refertos viderimus, pro fundamento nobis esse debeat, unde in poetae verbis emendandis proficiscamur.

Iam quid de G atque L librorum et affinitate et auctoritate assecuti simus, proferamus. Hos enim libros vel ex sparsim adhuc allatis scripturis (cf. maxime p. 34) manifesto apparuisse existimo et gravis auctoritatis et artiore quodam inter se coniunctos esse vinculo. Sed ne quis L codicem ex G descriptum esse opinetur, quod, qua uterque est aetate,

fieri fortasse potuit, primum ordo versuum quarti et quinti libri obstat, quem in G magis turbatum esse quam in L ex tabula illa discimus; de suo autem ingenio L codicis librarium versus IV, 894 et V, 283 vero restituuisse loco veri non est simile. Huc accedit, id quod multo gravius est, quod v. I, 833 et II, 699, quibus nos carere non posse locorum illorum conexus luculenter evincit, in G desiderantur, in L non item. Quibus consideratis a vero vix aberraverimus, si L librum non filium sed gemellum G codicis esse statuamus, quos ex eodem fonte x satis limpido, si quidem cum y fonte comparaverimus, manasse in universum concedendum est.

Hanc igitur rationem sequamur oportet, ut, quantum fieri potest, intra huius potissimum codicum stirpis fines ars critica se contineat, ita quidem, ut Gemblacensis codex, qui L librum ideoque simul ceteros bonitate scripturarum superet, omnibus sit praeferendus. Quod priusquam exemplis firmemus, de emendatione L libri (Lc) paucis agendum est, unde simul ceterorum librorum scripturis hic illic et lucem et auctoritatem parari videbimus. Etenim quamquam omnes huius libri emendationes ab eodem librario esse profectas et singularum litterarum ductus et constans per totum codicem adhibiti atramenti species aliaque levidensiora, quae in eiusmodi observationibus non neglegenda sunt, nos docuerunt, nihilo minus nobis persuasimus, emendationes illas plerumque tales esse, quae nullo pacto ex uno eodemque fonte depromptae esse possint. Ex multis exemplis pauca ut delibemus, primi libri versuum 40 ad 313 ordinem in L prorsus bene procedere supra vidimus; attamen eiusdem libri v. 692. 693. 694⁴⁴⁾ quondam in margine folii quinti fuisse adscriptos, ut post v. 186 insererentur, quo loco in utroque Vossiano exstant, etiamnunc ex vestigiis, quae rasurae non cesserunt, erui potest. Item versibus eiusdem libri 223 ad 226, qui a principio ut in G rectissime se excipiebant, alphabeti litterae continuae ita sunt appictae, ut deinceps insequerentur v. 223. 226. 225. 224, quem ordinem perversum

44) non 690. 691. 692, quod Iac. adnotat.

etiam in VI. 2 invenimus; postea vero eodem atramento litterae illae in L deletae sunt, ut nunc verus ordo sit restitutus. Quae ne librarii arbitrio tribuamus, impedimur et similibus exemplis et diligentia singulari, qua alibi codicem exaratum esse quaelibet pagina aperte demonstrat. Diuturna igitur cogitatione in eam viam deducti sumus, qua omnes fere L emendationes facillime explicari videntur. Librarius enim huius libri iterata cura x exemplar cum scriptis suis contulit, et siquid mendosi inter scribendum in poetae verba irrepserat, diligenter ad fidem huius libri emendavit, ut hae emendationes cum G scripturis conspirent. Postremo autem y vel saltem simile exemplar nactus huius et sui libri collationem instituit et quidquid a codicis sui memoria discrepabat, accuratissime enotavit; quod quam verum sit ex his exemplis quibus triginta septem addere possum apparebit: I, 118 y et L at] G et Lc et. 229 toto] toti. II, 186 aetatis] aestatis. 399 manent] valent. III, 327 ad] ab. 344 quando] quanto. IV, 124 fecundus] fecundis. 448 quintam] quinta. V, 372 pensare] prensare. 428 reddit] reddet. Alterius autem classis emendationes, quas ex y libro haustas esse suspicor, quinquaginta tres inveni, velut: I, 171 G et L itaque] y et Lc ictaque. 820 cordibus] torridus. II, 315 volens] voles. 523 trigona] trigono. 911 iterum] iterumque. III, 130 speciosus] specioso. 609 dona] dena. IV, 46 quod] quot. 404 malitia] militia. V, 401 immensus] immersus. 681 Ut moris] Humoris.

Atque utriusque generis emendationes, quibus Iacobus ad v. I, 430 omnem auctoritatem plane abiudicat, plerumque magni esse pretii ex singulis locis accuratius inspectis manifestum fit; paucae eiusmodi sunt, ut aut genuinam scripturam depravarint, aut malam non meliorem reddiderint, quod secundum meum iudicium in prioris classis 47 exemplis quinquies, in alterius exemplis 53 terdecies accidit. Neque enim cum Iacobo consentio, qui in quattuor locis restituendis spreto et G et Lc scripturis Vossianorum codicum memoriam secutus est, quorum primus exstat libri primi eo loco, quo poeta rotundam terrae formam ex lunae laboribus sive eclipsibus ita demonstrare

studet, ut lunam deficientem non ab omnibus orbis terrarum gentibus eodem animadverti tempore contendat, sed ab eis, qui orientis regiones teneant prius, quam qui occidentis. Sunt autem verba haec (I, 226):

Ultima ad hesperios infectis voveris âlis,
Seraque in extremis quatiuntur gentibus aera.
Quodsi plana foret tellus, semel orta per omnem
Deficeret pariter *toto* miserabilis orbi.

230 Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modo, post illis apparet Delia terris.

v. 229. *toto* L V₁. 2. *toti* G Lc, atque hoc quidem et Scalliger et Bentleius optimo iure receperunt, quod dativo qui dicitur incommodi *miserabilis* vocis vis strictius atque gravius significatur quam fit ablativo. Ceteroqui v. 230 pro *deducta* quod omnibus inhaeret in editionibus reponendum esse *diducta*, quoniam de tellure per diversos tractus extenta hic agitur, quivis concedet. Cf. p. 36 not. 43.

Neque minus G et Lc manuum praestantia eo loco fit conspicua, quo poeta de signis, quae partim coniuncta, partim disparia vocat, locutus de oppositis ita pergit (II, 395):

At quae diversis e partibus astra refulgent,
Per medium adverso mundum pendentia vultu,
Et toto divisa manent contraria caelo,
Septima quaeque loco quamvis submota feruntur,
Ex longo tamen illa *manent*, viresque ministrant

400 Vel bello vel pace suas, ut tempora poscunt,
Nunc foedus stellis nunc et dictantibus iras.

in quibus cur Iacobus v. 399 L V₁. 2 *manent* alteri *valent* G atque Lc firmato ceterisque ab interpretibus probato praetulerit non assequor. Hoc enim poeta dicere vult: 'opposita', inquit, 'signa, etsi magno intercedente spatio, tamen viribus suis non privantur, immo modo bello, modo pace eas suppeditant', ut hinc liqueat *manendi* voci ex v. 397 in illis libris temere huc illatae hic prorsus nullum locum esse.

Tertius autem qui huc spectat locus est hic (III, 323):

At simul ex illa terrarum parte recedas,

Quidquid ad extremos temet praeverteteris axes,
 325 Per convexa regens gressum fastigia terrae,

Quam tereti natura solo decircinat orbem

In tumidum, et mediam in mundo suspendit *ad omne*.

Ad versum extremum Iacobus haec adnotat: '*in mundo — ad omni* omnes. (ador + V₂). *Omne* est universitas rerum'. quae non omni ex parte vera sunt; nam *in* omittit G et idem liber cum Lc habet *ab omni*, quod in archetypo scriptum fuisse etiam ex L et V₁ *omni* scriptura apparet. Itaque cum pendendi verbi usus *ab* praepositionem requirat, alteram versus illius partem ita cum Scaligero et Bentleio scribo:

et mediam mundo suspendit *ab omni*

ut totius loci sententia evadat haec: tellus in medio mundo sive caelo collocata ab omnibus eius partibus pari intervallo remota pendet; quam doctrinam plane esse Manilianam ex I, 194 sq. discimus.

Denique paullo inferius poeta exponit propter diversum terrae regionum situm diversumque spatium inter aequatorem et alterutrum polum intermissum dies noctesque nunc augeri, nunc imminui; quo enim remotiora orientur sidera, eo breviores fieri dies, quo propiora, eo longiores; verbis autem utitur hisce (III, 341):

Pro spatio mora magna datur. Quae proxima nobis

Consurgunt, longos caeli visuntur in orbis,

Ultima quae effulgent, celeris merguntur in umbras.

Et *quando* ad gelidas propius quis venerit arctos,

345 Tam magis efficiunt oculis brumalia signa,

Vixque ortis occasus erit. Si longius inde

Procedat, totis condentur singula membris.

v. 344 *quando* L V₁. *qn̄* V₂. *quanto* G Lc, quod rectissime et Scaliger et Bentleius probaverunt, cum sententia haec sit: quanto vel quo quis propius in boreales regiones progreditur, eo magis sidera arctica oculis eius efficiunt: si longius inde procedat, omnia latebunt, ut per dies aliquot — scil. XXX — noctes sint continuae. Quod autem ad locutionem *quanto propius, tam magis* pertinet, eam ut alias non ita paucas ex Lucretii

imitatione liberiore ortam esse existimo, apud quem e. g. haec leguntur (IV, 79 Bern.):

Et *quanto* circum *mage* sunt inclusa theatri
moenia, *tam magis* haec intus perfusa lepore
omnia conident.

V, 452 Quae *quanto magis* inter se perplexa coibant,
tam magis expressere ea, quae etc.

praeterea V, 483. VI, 460 et Verg. Georg. IV, 411. Aen. VII,
787 ed. Ribb.

Alterius autem classis L emendationibus e tribus ratiocinatione certissima id concludere licet versus aliquot vel in V₁ vel in V₂ omissos in y codice scriptos fuisse, ut sola librarii neglegentia interciderint. Vidimus enim in V₂ deesse v. I, 862 ad 865; versus 863 autem species in V₁ talis est (I, 863):

Fulgura *cum videas* tremulum vibrantia lumen

G L *ne videas*; Lc *cum*, quod non aliunde nisi ex y fonte librarium illum hausisse et V₁ memoria evincit, et ceterarum a nobis allatarum emendationum ratio postulat, ut etiam reliquos versus in y exstitisse credibile sit. Idemque cadit in eum quinti libri locum, ubi V₂ codici v. 488 ad 502 abrepti sunt, cum librarius a R littera *Rorantis* vocis in R *Regis* nominis deerrasse videatur. Sed hos quoque versus in communi y libro exstitisse ex V₁ v. 488 colligitur, qui talis est:

Rorantis iuvenis, quem terris sustulit ipsa


G *Portantis*, L *Ro^rantis*, quae emendatio y libro debetur. Tertius denique locus quem huc refero est IV, 746, qui in V₁ omissus in V₂ talis est:

Adserit in vires pontum quem vicerat *ipse*

G L *ipsa*. Lc *ipse*.

Ex his igitur exemplis et ex triginta aliis emendationibus satis apparet, haudquaquam esse auctoritatem L tam parvam quam visum est Iacobo.

In universum autem codicum Manilianorum quae sit affinitas, aptissime, ut opinor, ex hoc stemmate tibi informabis:



Quibus codicibus, si quis edendi munus suscipere vult, ita uti debet, ut profiscatur a G memoria, cui nisi aut latini sermonis usus aut nexus sententiarum aut leges metricae dissuadent ubique erit obtemperandum. Quae ubi aperte depravata est, L scripturis cedet, quippe quae ex eodem atque G fonte manarint; si vero ne hoc quidem codice arcessito omnia vitia tollantur, priusquam de coniecturis cogitemus, ad V₂ librum cum V₁ diligenter collatum erit confugiendum, cum hoc libro, quamquam saepissime scripturas valde depravatas exhiberi demonstravimus, tamen interdum genuina memoria aut plane servata sit aut talia vestigia, ex quibus vera scriptura facili coniectura eruatur.

III

Exposuimus igitur capite altero, quae sit nostra de crisis Manilianae fundamentis sententia: hoc capite singula quaedam exempla tractabimus, quibus fore ut ratio nostra planissime firmetur confidenter speramus.

Ac primum quidem in ipso carminis initio exstat, ubi poeta in opere ad quod aggrediatur difficili arduoque tamen rem prospere sibi cessuram esse ideo sperat, quod Augustus orbi terrarum pacem reddiderit aequisque legibus eum regat, ut caelum ipsum facilem poetae praebeat aditum. Sed ut emendandi necessitas plene perspiciatur, totus locus exscribendus est hic (I, 7):

Hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque,
 Qui regis augustis parentem legibus orbem,
 Concessumque patri mundum deus ipse mereris,

10 Das animum, viresque facis ad tanta canenda:

Iam propiusque favet mundus scrutantibus ipsum,

Et cupit aethereos per carmina pandere sensus.
 Hoc sub pace vocat; tantum iuvat: ire per ipsum
 Aera et immenso spatiantem vivere caelo,

15 Signaque et adversos stellarum noscere cursus.

v. 13 '*vacat* G. cett. *vocat*; et omnes orationem ut ego dividunt. L etiam explicationem addit: „ad hoc nos invitat sub pace tua“. *vacare* apud M.-nusquam invenitur; *vocare* i. e. invitare, saepe'. Ita Iacobus.

Primum autem id omnino nihil ad rem valet, utrum *vacat* verbum, apud alios usitatissimum, alibi apud Manilium inveniat necne; si huius loci sententia requiritur, reddamus poetae, quod ei librariorum incuria abreptum est. Atque cum ceteris interpretibus *vacat* retineo, cum in his 'hoc sub pace vocat', neque quid sit subiectum, neque quid obiectum sententiae, liqueat, ea autem, quae in L addita et Iacobo probata est explicatio, nimis et artificiosa et longius petita sit, quam quae ferri queat. Contra altera scriptura cum probabili sententia admodum bene procedat, versum ita lego et distinguo:

Hoc sub pace *vacat* tantum, iuvat ire per ipsum
 Aera'

cui scripturae aliquid certe auxilii inde quoque paratur, quod Germanicus, quem ut alibi saepius, ita etiam hoc loco in carmine suo componendo ad Manilium respexisse persuasum habeo, in re simili eodem usus verbo *vacat* quamquam paullo diversa ratione sic scripsit:

11 Nunc *vacat* audaces ad caelum tollere vultus

Sideraque et varios *caeli cognoscere* motus.

Haec ego dum Latiis conor praedicere musis,

Pax tua tuque adsis nato, numenque secundes.

ubi item v. 11 olim *vocat* vulgabatur, quod nunc ab omnibus interpretibus correctum est.

Quae autem Bentleius ad huius versus posteriorem partem mutandam protulit, ea ut ipsam coniecturam nequaquam probare possum. Etenim cum et *tantum* insulse hic repetatur, quia tribus abhinc versibus *tanta* exstet, et *ipsum* pronomen

intra sex versus 11. 13. 16 ter positum molestum sit, ex Veneto codice deterioris ordinis, qui iure a Iacobo et ab ipso Bentleio aliis in locis restituendis spreus est, *altum* recepto, versum hunc in modum exhibet:

Hoc sub pace vacat, iam nunc iuvat ire per altum
Aera.

At offensionem illam, quam Bentleius in *ipso* terposito notaverit, re vera esse nullam, ipse Manilii, poetae sermonis latini elegantiae atque urbanitatis haud ita periti, usus certissimus evincit, ad quem cum non satis animum attenderit vir summus saepius in vocibus repetitis ita haesit, ut permultorum versuum speciem nimis ut audacter, ita confidenter mutarit, quin etiam haud paucos eadem de caussa pro spuris habuerit. Habet enim Manilius praeter alia: auras I, 149. 152. 157 in fine versus. undique I, 166. 167. 170. caelum I, 747. 752. 758. 760. ignis I, 832. 837. 844. 846. 849. 852. 858. 862. 866. 870. orbem II, 388. 392. 394 in f. v. artus IV, 713. 717. 719 in f. v. Immo ne ab eodem quidem vocabulo eadem versuum binorum semet excipientium sede sine ulla sententiae vi posito eum abhorruisse haec ex duobus prioribus libris petita exempla testantur: undique I, 166. 167. gentes I, 223. 224. ipse I, 700. 701 (et 698). trigona II, 318. 319. trigono II, 523. 524. esse II, 698. 699. Quos locos si quis captus elegantiae atque variandi studio, cui perfectos atque absolutos poetas indulsisse constat, emendare quam ad proprium Manilii usum revocare mavult, neque caute agit, neque nos socios habet. Iam vero Bentleius, quod alibi quoque commisit⁴⁵⁾, vitium, quod dixit, tollens, aliud neque id levius procreavit, cum *iam* apud eum bis v. 11 et 13 legatur, quorum prius quidem, quod item valet atque *nunc*, bene se habet, alterum, quia nihil aliud nisi *hoc tempore* significat, supervacaneum est, quoniam haec notio vel *nunc* ad-

45) III, 369. 374. 378, ubi ille librorum consensu neglecto praeter necessitatem ter *ab axe* scribit, atque hoc in fine versus. IV, 756. 757. 762. 769, in his versibus *colit* exstat, sed v. 757 non a poeta, sed a Bentleio positum est. cf. p. 57.

verbio continetur. Huc accedit quod Bentlei mutatione *ipsum* pronominis, quod summa cum vi dictum est, poetae sensus plane turbatur; hoc enim ille vult: 'per ipsum caelum ingredi non nisi sub pace tua licet.' Ergo G scripturam ut satis lucidam sequemur. In eo autem prorsus cum Bentleio consentio, quod v. 12 pro *sensus* omnibus codicibus tradito atque, quamvis omni careat ratione, a Iacobo recepto, scripsit *census*, quae duo vocabula etiam alibi his in libris commutantur. Namque *census caeli* apud Manilium maxime opes divitiasque caeli i. e. arcana secretaque eius consilia omnemque eius maiestatem significat, quae notio hic flagitatur. cf. II, 67:

Quod nisi cognatis membris contexta maneret
Machina et imposito pareret tota magistro,
Ac tantum mundi regeret prudentia census:

70 Non esset statio terris, non ambitus astris,
Haereretque vagus mundus standoque rigeret.

ubi v. 69 Iacobus libros iterum secutus *sensum* habet, quod iam a Scaligero emendatum est. Alter autem locus, qui huc facit, hic est IV, 876:

Perspicimus caelum, cur non et munera caeli?
Inque ipsos penitus mundi descendere census,
Seminibusque suis tantam componere molem.

Eiusdem autem generis est ille locus, qui paullo infra exstat. Quis enim, quaerit poeta, caeli arcana recludere et perspicere posset, nisi tu, Cyllenie, istius scientiae secreta nobis prodidisses? Iam pergit I, 40:

Et *natura dedit* vires seque ipsa reclusit.

'*Naturaque dedit* V₁. C (i. e. Cusanus). *Neutra quedit* V₂. *Et naturaque dedit* L (superscr. m. pr. vel *Natura*). *Et natura d.* G et C in marg. a m. pr. Suspicio: *Naturaeque dedit vires*, ut Mercurius intellegatur. v. 37 legam: qui maximus esset.' Ita Iacobus.

Quae cur improbem plus una neque levis causa in promptu est. Primum enim valde dubito, num Mercurii nomen, quod octo versibus intermissis commemoratum est, hoc versu subintellegi possit; deinde subiecti variatio frigidissima est,

secundum quam ad *dedit* Mercurium, ad *reclusit* naturam sub-
audiamus oportet; adde *quam* illud v. 37 Iacobi arbitrio nimis
audacter in *qui* mutatum, ut *quam* et artificiosa et impedita
eius ratio sit, qua omnino opus esse nego, videas. Namque
secundum G speciem ea efficitur sententia, ut natura se ipsa
recludens hominibus vires ad ipsam perspiciendam tribuisse
dicatur, quod apprime in totius loci conexum quadrare iam
nemo non concedet, ut, quod ille G libro vitio vertit, id laudi
potius tribuendum censeam, id quod in eum quoque locum,
ad quem nunc venimus, cadere existimo.

De prima hominum gente et simplici et rudi poeta cum
alia tum haec habet I, 73:

Necdum etiam doctas sollertia fecerat artes,
Terraque sub rudibus cessabat vasta colonis,
75 Tumque in desertis habitabat montibus aurum,
Immotusque novos pontus subduxerat orbis.
Nec vitam pelago, nec ventis credere vota
Audebant; *sed quisque* satis novisse putabant.

v. 78 '*se quisque* L G. *sed* V₁. 2. Recte. Hanc enim sen-
tentiam totus orationis tenor flagitat. Omissum pronomen *se*
excusat aetas et consuetudo scriptoris.' Ita Iacobus, qui ut
saepius, ita hoc quoque loco non tam verum argumentum,
quam opinionem sua in mente natam neque ullis sive huius
sive cuiuslibet poetae exemplis stabilitam proposuit. Etenim
ut *se* pronomen mente subaudiri posse constanter negamus, ita
particulam quandam adversativam, quam sententiae inesse ne
nos quidem fugit, facillime mente suppleri pro certo habe-
mus, ut sine ullo huius loci detrimento poeta ea supersedere
potuerit. Iam vero cum particularum omissarum etiam huius
carminis quilibet centeni versus multa exempla exhibeant, G
et L codicum memoriam *se quisque* *satis novisse putabant* unam
genuinam esse statuimus. De sententia autem totius loci Ovidii
verba conferas, qui, ubi de aurea aetate loquitur, etiam haec
profert Met. I, 94:

Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
Montibus in liquidas pinus descenderat undas,

96 Nullaque mortales praeter sua littora norant.
 101 Ipsa quoque immunis rastroque intacta, nec ullis
 Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus.

Id. Art. amat. II, 473:

Tum genus humanum solis errabat in agris,
 Idque merae vires et rude corpus erat.
 475 Silva domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes:
 Iamque diu nulli cognitus alter erat.

Cf. praeterea Lucr. V, 1000 sq.

I, 401 sqq. agitur de caniculo i. e. de sirio ita:
 Hanc quam surgentem primo cum redditur ortu
 Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
 Eventus frugum varios et tempora dicunt,
 Quaeque valitudo veniat, concordia quanta.

v. 401 'Hanc *qui* G. *quam* ceteri; recte *quam* est, *qualem* omittitur in apodosi *ita* exemplo haud raro: 'qualem surgentem vident, ita praedicunt.' Iacobus. Sed ad quas machinas atque artes illum confugere oportuit, ut ceterorum librorum scripturam defenderet! Et profecto vellem exemplis ille demonstrasset, *quam* pro *qualem* hoc in genere a latinis unquam dictum esse. Atqui cum G memoria, quam veteres interpretes sine ulla dubitatione retinuerunt, et in sententiam quadret, et sermonem bene procedentem efficiat cumque corruptelae origo in aperto sit, nos quoque huius codicis scripturam sequimur, simul pro *valitudo* forma inaudita veram *valetudo* revocantes. Sic igitur quattuor illos versus constituendos esse puto:

Hanc *qui* surgentem, primo cum redditur ortu,
 Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
 Eventus frugum varios et tempora dicunt,
 Quaeque *valetudo* veniat, concordia quanta.

Ceterum verum secundum ad Aratum spectare, quem astrorum observandorum caussa in Tauro monte commoratum esse dicunt, opus vix est ut moneam.

Aliud exemplum, quo G virtus enitescit, hoc habeto I, 474:

Et quo clara magis possis cognoscere signa:

475 Non varios obitus norunt, variosque recursus;

Certa sed in proprias oriuntur sidera luces,

Natalesque suos occasumque ordine servant.

v. 474 'quod L V1. 2. quo G ex coniectura; neque quod falsum est.' Iacobus. At quomodo ille quod defensum eat, me plane fugit, sententia ita procedente: quo melius calleas clara sidera, teneas, ea eodem splendore, eodem ordine et oriri et occidere. Huc accedit, id quod G memoriae bonitatem auget, quod in L d littera expuncta est. Praeterea autem Iacobus a Bentlei emendatione v. 475 recedere non debuit, qui, quamquam, ut in re satis nota, caussa nulla allata, variosque bono iure in variosve mutavit, quia in enuntiato negativo etiam ex Manilii usu atque locutione non tam copulativa que, quam disiunctiva ve particula desideratur.

Deum esse, cuius nutu omnia regantur, poeta etiam inde concludit, quod neque solem unquam retro cedere neque lunam de cursu suo aberrare neque sidera de caelo in terram decidere conspiciamus I, 529:

Nec cadere in terra pendentia sidera caelo.

'in terram L G. eadem in terra V1. 2. unde concludo casum quartum ab interpolatore venisse.' Ita Iacobus.

Hoc falsissimum est, cum verba non aliter nisi sic coniungi possint: 'neque sidera caelo pendentia cadere in terram', ut G et L speciem genuinam esse appareat.

II, 106:

Eximium natura dedit linguamque capaxque

Ingenium volucremque animum, quem denique in unum

Descendit deus atque habitat, ipsumque requirit.

v. 108. 'seque ipse L G; ex interpolatione, nisi fallor. ipsumque, quod V1. 2. C habent, plane Manilianum est, quod qui hactenus legerunt, omnes abunde sciunt.' Iacobus. Sane falsus est ille. Etenim quamquam et ipse probe scio, Manillum illud loquendi genus valde adamare, secundum quod in ipsum pro in se ipsum dicit (conferas, si voles, I, 288. 698 — ubi Scaliger male habet in illa — 772), tamen idem non ignoro,

etiam usitatiorem locutionem eum interdum adhibuisse, e. g. I, 40. 702. III, 531. IV, 917 alibi. Iam vero cum ex Iacobi ratione *habitat* verbi ultima syllaba praeter omnem huius poetae consuetudinem producat⁴⁶⁾, a vero non aberraverimus, si G L libros genuinam, interpolatam ceteros prae se ferre versus illius speciem statuimus.

Novo autem exemplo G praestantia cernitur v. II, 211, quem Iacobus talem exhibet:

Namque Sagittari signum rapidique Leonis
'*rabidi* G. cett. *rapidi*.' Iacobus. In quo cur ille de industria G formam spreverit, quam solam esse veram inter omnes viros doctos constat, eo minus assequor, cum eiusdem libri v. 550 *rabidique leonis* recte receperit. Itaque ne prorsus ratione iudicioque carere videamur, hoc quoque de quo agimus loco *rabidi* ei reddemus.⁴⁷⁾

De horizonte h. e. de eo circulo, qui infima caeli, terrae suprema esse sphaera putatur, poeta dicit I, 648 haec:

Alterius fines si vis cognoscere gyri,
Circumfer faciles oculos voltumque per orbem.

650 Quicquid erit caelique imum terraque supremum,
Qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus,
Redditque aut recipit fulgentia sidera ponto:
Praecingit tenui transversum limite mundum.

v. 650 '*terraque* omnes. in L fuerat, ut videtur *terrae*, sed erasum (*terramque* V₂).' Iacobus. Hoc versu quin vel propter concinnitatem vocabulorum, secundum quam *caeli* atque *terrae* genitivos sibi respondere consentaneum est, pro *terra* expec-

46) Uni exemplo, quo haec licentia fulciri posse videatur, IV, 280:

Et pontum caelo vincit. Et noverit orbem

Fluminaque et portus mundi ventosque necesse est.

fuit cum inde veniam parari existimarem, quod post *vincit* plene interpungitur novaque incipit sententia. Nunc vero non dubito quin suo iure Lucianus Muellerus de re metr. p. 333 *vinxit. sed* reposuerit.

47) Idemque vitium ex Prisciani Grammatici Periegeseos v. 709 — ed. Carol. Muellerei — eximendum est, ubi etiam nunc legitur *rapidique leonis*; sed in Gemblacensi codice huius quoque carminis optimo genuinam inesse scripturam *rabidique* nostris oculis vidimus.

tetur *terrae*, mihi quidem dubium non videtur; immo vel contra librorum consensum genitivum reposuerim. Nunc vero, cum reapse hic casus in G aperte exstet atque etiam ex L vestigiis quamvis non prorsus dilucidis eruatur, sine ulla dubitatione recipiendus est.

Tria signa, inquit poeta, Taurus, Gemini, Cancer, quae aversis corporis partibus in caelum adscendunt, ceteris novem zodiaci signis repugnant, cum haec rectis oriantur membris i. e. anterioribus corporis partibus; itaque mirum non esse, quod sol tribus illis signis radiantibus dies longiores protrahat. Sunt autem verba quae maxime huc spectant haec II, 197:

Quin tria signa novem signis coniuncta repugnant,
 Et quasi seditio caelum tenet; aspice Taurum
 Clunibus, et Geminos pedibus, testudine Cancrum
 200 Surgere, cum rectis oriantur cetera membris,
 Ne mirere moras, cum sol adversa per astra
 Aestivum tardis attollit mensibus annum.

v. 201 *ne* L V1. 2. *nec* G, quod genuinum esse puto. Duo enim habemus enuntiata, quorum prius v. 200 finitur, alterum ex insequentibus versibus constat. Quo in dicendi genere cum Manilius alteram sententiam fere nunquam asyndetice, ut grammatici dicunt, priori asserat, sed plerumque *nec* particulam adhibeat, id quod observavi v. I, 557. 904. V, 231 — II, 423. IV, 394 ubi *nec* cum Scaligero ex G repono — etiam hoc loco, praesertim cum unius eiusdemque optimi libri auctoritate adiuvemur, eam restitui necesse est, ut sententiarum conexus hic efficiatur: 'tria signa novem signis repugnant; quam caeli seditionem si cognoscere vis, aspice e. q. s.; noli tamen mirari moras, quia sol e. q. s.' Itemque pro *attollit* versus extremi *attollat* scribendum esse, quod rursus in solo G inest, quoniam caussa morae his verbis indicatur, contra Iacobum moneri vix opus videtur esse.

II, 244:

Nec tu nulla putes in eo commenta vocasse
 245 Naturam rerum, quod sunt currentia quaedam,
 Ut Leo et Arcitenens Ariesque in cornua tortus;

Aut quae recta suis librentur stantia membris,
 Ut Virgo et Gemini fundens et Aquarius undas.

Vel quae fessa sedent pigras referentia mentes.

v. 247 quod Iacobus *librentur* coniunctivum L V1. 2. libris traditum, quem per se quidem ferri posse non negarim, defensum eat, certe mirandum est, cum v. 249, cuius sententia ei, quam tractamus plane parilis est, consentiente codicum scriptura *sedent*, non *sedeant* legatur. Ergo cum vel sermonis usu *librantur* flagitetur, eo confidentius Manilio hunc modum restituamus, cum apertis litteris in praestantissimo libro scriptus sit.

Multo gravius autem vitium eiusdem libri v. 286 inhaeret, qui talis a Iacobo vulgatur:

Dextera erit Tauro Capricornus, Virgo sinistra.

'*Dextra* V1. 2. *Dextera* L.' Iacobus. Talem autem versum nequaquam a Manilio profectum esse pro certissimo habemus, cum observatione satis diligenti, ut opinor, id etiam nos investigaverimus, quod ante nos iam Luc. Muellerus vir doctissimus acute vidit⁴⁸⁾, ut ceteros perfectos atque absolutos poetas, ita ne hunc quidem, qui in legibus metricis observandis admodum diligenter et anxie illos secutus est, unquam vocis creticae, qualis *dextera* est, elisionem in brevi syllaba admisisse, quam legem a Manilio et hoc et duobus aliis versibus, quorum alter facillime corrigitur, evidenter esse violatam statuendum esset. Attamen una litterula deleta versum illum sanamus, sicut etiam in G exstat. Legitur enim ibi:

Dexter erit Tauro Capricornus, Virgo sinistra.

ubi *dexter* nominativus praeter normam metricam illam mihi vel ideo videtur genuinus esse, quod ei admodum concinne *sinistra* alter nominativus respondet.

Alter autem locus, qui eodem vitio laborat, talem habet in G speciem Iacobo probatam III, 423:

Quodque his exsuperat demptis, *id ducito* in aequas
 Sex partes.

ceteris libris *ducit* exhibentibus, unde Scaliger, cuius emen-

48) l. s. c. p. 285 sq.

dationis patrociniū Bentleius suscepit, hanc poetae manum eruit:

id *didito* in aequas

in quibus *ducendi* verbi mutatio non necessaria et eadem illa metrica negligentia nobis displicet. Sed et lenissime et felicissime Luc. Muellerus locum hunc in modum emendavit (l. s. s. p. 221):

Quodque his exsuperat demptis, *diduc id* in aequas
quam in rationem nos quoque incidimus eo tempore quo nondum liber ille in manus nostras pervenerat.

Quibus locis cum semel leges metricas a Manilio observatas tetigerim, nonnullos addere liceat, quos hic vel ille interpretum parum huius poetae consuetudini atque usui consulens non recte tractavit, velut II, 226, ubi docemur, quae sidera caelestia sint, his quidem verbis:

Ut quae terrena censentur sidera sorte,
Princeps armenti Taurus, regnoque superbus
Lanigeri gregis est Aries, pestisque duorum
Praedatorque Leo, dumosis Scorpius arvis.

Haereo in producta finali syllaba *leo* vocis, quae apud Manilium non legitur nisi correpta — nam V, 697 ad 699 ab interpolatore esse profectos certissimis argumentis nisus Scalliger demonstravit —, id quod ipse ex exemplis appositis colligas: I, 266 Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem. II, 246 Ut Leo et Arcitenens Ariesque in cornua tortus. 523 Namque Aries, Leo et Arcitenens . . 666 Horrendus Leo nec metuit . . 497 At Leo cum Geminis . . IV, 330 At Leo consortis . . 382 Nec Leo venator . . Itaque siquid in rebus metricis observatio certissima valet, etiam hoc de quo agitur loco poetam *o* vocalem corripuisse puto, ut simul consociatis inter se enuntiatis singulis, qua ratione totus hic locus regitur, cum Bentleio scribendum censeam:

Praedatorque Leo *et* dumosis Scorpius arvis.

Atque in similem errorem, qui idem ad *o* vocalis mensuram pertinet, Bentleius eo loco incidit, quo poeta, quot annos

homines sub singulis signis nati accipiant, explicat, hunc in modum inde a capricorno pergens III, 576:

Ter quinos, Capricorne, dares, si quattuor essent
 Appositi menses; triplicabit Aquarius annos
 Quattuor, et menses vitam producet in octo.
 Piscibus est Aries et sorte et finibus haerens;

580 Lustra decem tribuent soles cum mensibus octo.

a quo codicum consensu ille in extremis versibus ita recedit, ut legat:

Lanigero Pisces et sorte et finibus haerent;
 Lustra duo tribuent solidis cum mensibus octo.

Sententia quidem ab altera illa tradita nihil differt; sed circumspiciendum est, quibus argumentis ille ad has ex parte audaciores mutationes defendendas usus sit. 'Quot annos', inquit, 'aries daret, in primo loco (v. 567) dixerat; nunc iterum docet, quid aries polleat, quantum scilicet pisces. Atqui pisces sententiam ducere oportebat. Error inde est, quod notis signorum, non litteris haec olim scripta sint. *Decem lustra solis*, hoc est, ut aiunt, decem annos; sic et supra III, 321. Miseret me auctoris. Lege *duo*; et pro *solis solidis*. Solidis mensibus i. e. integris cf. I, 567.'

Sed iam singula examinemus argumenta. Quod igitur primum dicit, piscium vox sententiam ducat necesse esse, id persuadendi vim nullam habet, quippe cum poeta paullo supra, ubi explicat, quot annos gemini tribuant, ne hos quidem sententiam regentes fecerit; ita enim ibi legitur 567:

Bis quinos annos Aries unumque triente
 Fraudatum dabit. Appositis tu, Taure, duobus
 Vincis; 'sed totidem Geminorum vinceris astro.'

Deinde negat ille, *lustris* vocem eandem atque *anni* vim habere posse, scilicet quod a nullo vel scriptore vel poeta hoc significato dicta sit. Sed si omnia, quae huic poeta propria et a ceterorum poetarum usu aliena sunt, ex eo eximere velis, vereor, ut Manilius se ipse agnoscat. Atqui legitur apud eundem III, 321 idem vocabulum ea quidem notione dictum, quae hic requiritur:

recto tamen ordine zonae

320 Consurgunt, supraque caput terrasque feruntur

Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt.

unde cum Bentleius *lustra* vocem removerit, ratione quidem sibi constans fuit, codicum vero auctoritatem nimis parvi aestimavit. Tum quid hoc maxime versu menses *solidi* appellentur, non intellegitur, quoniam simile adiectivum in eis, quae antecedunt, non exstat. Sed iam gravissimum argumentum contra Bentleium proferam, quo omnis eius ratiocinatio concidat. Etenim *duo* vocabulum ut ab optimis poetis, ita a Manilio quoque usu constanti pyrrhichii numero positum est, quo de conferas huius libri v. 384 Per duo partitae; 593 Si duo decedant. Ceterorum librorum locos, siquis inspicere velit, adscripsisse sufficiat: I, 21. II, 192. 279. 313. 393. IV, 650.

Multo gravioribus autem turbis is locus vexatus est, quo docemur sub altero geminorum, Phoebo, iacere pontum Euxinum, Gangetem fluvium sub altero, Hercule.

IV, 755:

Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus

Sub Geminis te, Phoebe, colit. Post brachia fratris

Ultimus *ex solido tetrans*. Colit India *Cancrum*:

Ardent Aethiopes Cancro, cui plurimus ignis.

v. 757, de quo emendando nunc agitur, Scaliger ita, ut eum apposui, recepit, hac scripturarum varietate:

Ultimus et solidos Ganges et transcolit india cancer. G L V₂

Ultimus et Ganges et te colit india cancer. V₁.

haec adnotans: 'ubi est Ganges', inquit, 'ibi procul dubio et India. Quomodo igitur Ganges et India diversis signis attribuuntur? Sane τὸ Ganges est infarctum . . . tolle Ganges, in reliquis videbis veram lectionem minima immutatione. . . Euxinus igitur alteri Geminorum, ultima pars reliqui tetrantis ex solido datur alteri. Ultimam tetrantem dixit, quomodo primus aquarius h. e. prima pars aquarii.' Contra quae optimo iure Bentleius monuit, hunc sermonem poeta parum esse dignum, neque geminos in quadrantes dividi licere, quia cetera undecim signa tota et integra regionibus suis adscribantur;

deinde autem in eo quoque haesit, quod hoc versu ex Scalligeri ratione cancer Indiae tribuatur, cuius Aethiopiam esse ex proximo versu adpareat. Itaque cancri notionem ex marginali lemmate — talia in L etiamnunc multa leguntur — quod ad proximum spectet versum, in poetae verba irrepsisse recte ratus, hac usus est medela:

Euxinus

Sub Geminis te, Phoebe, colit, post brachia fratris;

Ultimus et *colit hos* Ganges et *decolor Indus*.

At vide, quam audacem ille *decolor* adiectivo inserto sese praestiterit, ad quod, si traditorum verborum vestigia, non nostrum sequimur arbitrium, nequaquam ducimur; neque ullo alio argumento ille vir doctissimus ad hanc mutationem vel defendendam vel stabiliendam usus est, praeter allatos tres poetarum locos, quibus vel India vel gens Indica decolor appellatur: Ov. Met. IV, 21 et Sen. Hippol. 345 decolor India, Ov. Trist. V, 3. 24 decolor Indus. Hanc igitur Bentlei mutationem ut audaciorem reicio, neque desunt gravia argumenta, cur *ultimus et colit hos* verba improbem, quamquam, si ad solos litterarum ductus respexeris, emendationem leniorem esse non negabis. Miror autem, quod vir summus, qui passim acerri-mus vocularum saepius positarum insectator est, *colit* verbum, quod non modo eo qui proxime antecedit versu, verum intra XX versuum spatium quater legitur, etiam in hunc inferre ausus est. Cf. p. 47 adn. 45. Itaque, si quid videmus, ne haec quidem mutatio probanda est.

Multo autem infelicius Iacobus hanc genuinam scripturam esse suspicatus est:

post brachia fratris

Ultimus *occulit os* Ganges et *trameat Indos*.

quae ut repudiem me non tam *trameat* verbum de quo ipse dubitat, quam lex Manilii metrica quaedam commovet. Etenim iterum iterumque in hoc inquirenti haec mihi lex investigata est, numquam Manilium substantivum monosyllabum ante caesuram legitimam collocare, nisi praecedente vel item monosyllabo, vel, cuius quidem generis unum exstat exemplum

ambiguum, bisyllabo. Speciminis caussa haec appono: I, 29 Invitis ut dis. IV, 88 Materies in rem. IV, 469 Erigonae nec pars. II, 425 In totum quia ver G L quod ver V₁. 2; nunquam autem secundus pes integra voce dactylica, qualis est *occultit*, efficitur. Itaque ne hanc quidem mutationem probabimus. Sed iam citato pede ad nostram medelam properemus, quam, ut in loco difficillimo, libentissime, ubi lenior inventa fuerit, missam faciemus; sic enim versum illum redintegrandum rati sumus:

post brachia fratris

Ultimus est *positus* Ganges, qui *transfluit Indos*.

et pro est etiam II, 604. 635 alibi in L; tum *positus* quod mihi quondam domi feriant in mentem venit, postea huius bibliothecae libris inspectis iam ab Elia Stoebero excogitatum esse, non sine gaudio vidi; deinde *transfluit Indos* i. e. fluit trans Indos ex poetarum usu sollemni posuimus. Transfluendi autem verbum etsi alio significato eo fere tempore, quo hoc carmen scriptum fuisse arbitror, in usu fuisse, locus ex Plinii Nat. Hist. depromptus testatur hic: XVI, 35 'si vas fiat e ligno ederae, vina transfluere'.

Neque veri est simile Manilium scripsisse V, 340:

Quid regione Nepai vix partis octo trahentis.

qualem versum Iacobus ei tribuit, libris sic discrepantibus: '*regio parvis* L. *regio pari* Lc. G V₁. *regio panis* V₂,' cum antiqua illa *ai* terminatio genetivi nunquam non duabus syllabis pronuntiata sit, id quod ille et ex Lucretio, qui eam formam centiens sexagiens semel adhibuit, et ex eis poetis, qui ab eo pendent, Vergilio, Cicerone⁴⁹), Germanico aliis discere potuit. Quapropter nos cum Scaligero scribimus:

Sed regione Nepae vix partes octo trahentis.

Deinde quibus veterum scriptorum testimoniis ille *lacos* accusativum hoc versu IV, 264

Et varios fabricare lacos, et flumina ficta
uno V₂ libro traditum defendat, quanquam ille 'hanc solitam

49) Arat. Phaen. v. 90 ed. Baiter:

Atque oculos urguet pedibus pectusque Nepai.

Cf. ibid. v. 291. 423. 460. 570. 618. 666.

formam in aquis esse' adnotat, me quidem adhuc prorsus fugit, cum apud nullum illorum poetarum in tale monstrum inciderim.

Eis locis quos adhuc tractavi epimetri instar duos placet adicere, qui liberiore tantum cum ea quae nobis proposita est quaestione vinculo continentur. Quorum priore agit poeta de sagittario i. e. de Centauro, quem, quoniam duplici forma, et humana et equina, constet, maiore praeditum esse dicit robore, quam leonem, qui unam tantum corporis habeat formam. Verba sunt haec (II, 622):

Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
Cui commixtus homo est, quam te, Nemeaeae, sub uno.

qua in codicum scriptura, quam omnes interpretes retinuerunt, idcirco haereo, quia accusativus cum infinitivo coniunctus, qui post *numerandi* verbum legitur, contra usum linguae latinae pugnat; debuit enim poeta dicere:

Plus tamen in duplici numerandum est roboris
qui versus nullus est; itaque repone:

Plus tamen in duplici memorandum est roboris esse.

Altero loco explicat poeta, quales sub singulis astris homines procreentur; et postquam de tauri, geminorum et cancri aliorumque siderum genitura dixit, his verbis ad testudinem transitum facit (V, 325):

Nunc surgente Lyra Testudinis enatat undis

Forma.

ubi et codices et interpretes omnes *nunc* particulam exhibent. Quod ego non probo, quia Manilius hanc particulam constanter de tempore, nunquam, id quod hoc loco statueremus necesse esset, de ordine dixit. Cf. I, 255. 373. 749. II, 693. III, 275. 443. 510. IV, 122. 585. 818. V, 36. 174. 487. Ergo lege:

Hinc surgente Lyra Testudinis enatat undis

Forma.

cui quidem emendationi egregiam fidem cum a litterarum ductuum similitudine, tum aliis prorsus similibus locis comparatis parari, quivis concedet; velut poeta eundem in modum a cycno ad sagittam transit (I, 342):

Hinc imitata nitent cursumque habitumque Sagittae
Sidera.

deinde pariter a centauro ad aram progreditur his (I, 420):

Ipsius hinc mundi templum est, victrixque solutis

Ara nitet.

Ideoque eo versu, quo poeta a centauro ad sagittarium procedit (V, 358):

Hunc subit Arcitenens, cuius pars quinta etc.

qualis omnibus in libris legitur, iniuria Scaliger et Bentleius vulgatam scripturam *Nunc subit* recepisse videntur.

SUMMARIUM.

Restat ut paucis verbis summam eorum, quae hac dissertatione effecisse videmur, comprehendamus. Ac primo quidem capite postquam duodeviginti qui innotuerunt codices Manilianos enumeravimus atque G L V₁ V₂ a nobis collatos accuratius descripsimus, hos quattuor ex uno archetypo originem ducere vitiorum quibus omnes inquinati sunt frequentia firmatum est. Altero autem capite hoc evincere studuimus errasse Iacobum, cum V₂ librum omnium optimum et fundamentum criseos Manilianae esse aestimandum contenderet; immo huius ipsius codicis auctoritatem propter eximiam vitiorum copiam, magna ex parte etiam alteri Vossiano communem, G L librorum, multo esse inferiorem. Horum autem duorum codicum Gemblacensem Lipsiensi simulque ceteris omnibus esse praeferendum ex tota huius capituli argumentatione apparet. Tertio denique capite quam vera sit haec codicum Manilianorum censura nostra, singulis quibusdam exemplis demonstravimus.

INDEX LOCORUM

<p>Lib. I v. 12 sq. . . p. 45 sq. 38 sq. . . . 23 sq. 40 48 sq. 76 49 sq. 229 41 sq. 230 42 306 39 401 sq. . . . 50 456 37 nota 43 474 sq. . . . 50 sq. 529 51 586 31 612 35 650 52 sq. 661 38 698 51 728 34 768 ib. 778 ib. 863 44</p> <p>Lib. II v. 31 27 sq. 69 48 108 51 sq. 138 30 174 34 201 sq. . . . 53 211 52 213 28 229 55 247 53 sq. 286 54 294 37 nota 43 352 28 sq. 399 42 423 53 436 36 562 35 622 60 631 24 694 31 726 37 nota 43</p>	<p>Lib. II v. 737 . . . p. 31 796 29 sq. 952 16</p> <p>Lib. III v. 220 36 sq. 327 42 sq. 344 43 sq. 369 sq. . . . 47 nota 45 396 37 nota 43 423 54 sq. 579 56 sq.</p> <p>Lib. IV v. 27 6 43 sq. . . . 31 sq. 145 6 243 7 253 ib. 263 ib. 264 59 sq. 260 52 nota 46 394 53 402 30 525 38 581 ib. 587 36 nota 43 591 30 sq. 606 16 673 30 701 36 nota 43 742 ib. 745 16 746 44 756 47 nota 45 et 57 sq. 793 32</p> <p>Lib. V v. 315 sq. . . . 7 325 60 sq. 340 59 358 61 488 44 697 sq. . . . 55 734 37 nota 43</p>
---	---

FASTI
HISPANIARUM PROVINCIARUM

SCRIPSIT

DETLEVIUS WILSDORF



PRAEFATIO

Hispaniarum rei publicae liberae provinciarum praesides, quorum quidem memoria vel veterum scriptorum testimoniis vel nummis vel inscriptionibus conservata est, quoniam temporis ordine enumerare constitui, ne saepius eadem ad singulos homines adnotare cogerer, pauca quaedam praemittenda existimavi.

Ac primum quidem, quoniam anno Hispania provincia Romana facta sit, quaerendum est. Posteriore quidem tempore exterae nationes ut imperio Romano adiungerentur, in provinciae formam, ut scriptores aiunt, redactae sunt.¹⁾ De primis autem provinciis, Siciliam dico et Sardiniam et Hispanias, haec loquendi formula non videtur esse adhibita.²⁾ Neque mirum est, quoniam eo tempore, quo terrae illae a Romanis occupatae sunt, provinciae vocabulum eam vim, quam postea in eo inesse videmus, nondum habuit. Est enim posteriore tempore provincia terra externa Romanis stipendiaria, certis finibus descripta, certis legibus per magistratus annuos administrata, ut e Ciceronis aliorumque in primis iuris consultorum libris apparet.³⁾ Itaque in provinciae formam redigi dicebatur,

1) Cf. Liv. ep. 45 Macedonia in provinciae formam redacta est. ib. 93. 102. Caes. b. G. 1, 45. auct. b. Afr. 97. Suet. Caes. 25. Vesp. 8. Tac. Agric. 13. Vell. 2, 39. Graeci scriptores hac fere formula utuntur: ἡ σύγκλητος ἔγνω ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων αὐτήν (τὴν χώραν). cf. Strab. 12 p. 534. 544. 2) Cic. Verr. accus. 2, 1, 2 Sicilia prima omnium — provincia appellata. cf. Solin. 5, 1. Liv. 28, 12, 12 (Hispania) prima Romanis inita provincia, quae quidem continentis sint. 3) Cf. Marquardt, Staatsverw. I, Leipzig 1873, p. 388 sq. Mommsen, Staatsrecht I², Leipzig 1876, p. 50, n. 2. Rechtsfr. zw. Caes. u. Sen., Breslau 1857, p. 3. Lange, Röm. Alterth. I², Berlin 1876, p. 732.

si cui terrae hostibus devictis consilio decem legatorum adhibito imperator ex senatus auctoritate legem certam sive formulam imposuit, secundum quam magistratus annui, qui hunc sequebantur, illam administrabant.¹⁾ Haec omnia in Sicilia et Hispaniis non uno anno, sed paulatim facta sunt, ut non hoc quaerendum sit, quo illae anno provinciae factae, sed quonam tempore a Romanis occupatae sint et quomodo pedetentim eam formam acceperint, ut provinciae Romanae dici possent. Siciliae quidem partem constat a. 513 a Romanis esse subiectam, quam usque ad annum 527²⁾ per quaestorem, h. e. consulum auspiciis, administratam esse veri simile est. Quo temporis spatio quin et terram finibus certis descripserint et vectigalia imposuerint aliaque eiusmodi instituerint, nemini potest esse dubium. Tum demum Sardinia cum Corsica a. 516 occupata et paulo post perdomita utrique provinciae singulos praetores praefecerunt. Quamquam ne tum quidem Siciliae condicio talis erat, qualem Cicero Verrinis orationibus exposuit: bello enim Punico secundo cum regnum Syracusanum a Marcello adiectum esset, Laevinus a. 544 totam insulam pacavit.³⁾ Iterum post bellum servile a. 622 res a P. Rupilio compositae sunt atque inde ab illo anno usque ad Ciceronis aetatem in eodem statu videntur permansisse.⁴⁾

Simillima est Hispaniarum provinciarum condicio. Hic quoque Romanis id primum agendum erat, ut Carthaginenses depellerent, quod, cum iam in eo esset, ut Scipiones fratres a. 542 (?) perficerent, inopinata illa clade omnia Romanis periisse videbantur, donec P. Cornelius Scipio, qui postea Africanus appellatus est, Carthaginensibus expulsis terram Romanis expugnaret. Qui quamquam perdomitam atque plane compositam provinciam successoribus non reliquit, tamen eam administrandi rationem incohavit, quam Romani a. 557 perfecerunt. Foedus enim cum Gaditanis ictum est⁵⁾, Italica oppidum

1) Marquardt l. l. p. 340. 2) Cf. Mommsen, Staatsr. II, 1², Leipz. 1877, p. 189 sq. Marquardt, Staatsverw. I, p. 339. 3) Liv. 25, 23—31. 26, 40. 4) Cic. Verr. accus. 2, 16, 39. cf. Marquardt l. l. p. 91.

5) Liv. 32, 2. cf. Cic. Balb. 15, 34.

conditum¹⁾, aliae res institutae, quas singulas scriptores accuratius non enumeraverunt.²⁾ Hispaniam a Carthaginensibus pace post bellum secundum facta Romanis concessam esse, quamquam admodum breviter scriptores eam rem tractant, tamen manifestum est.³⁾ Neque vero successores Scipionis quaestores fuerunt ut in Sicilia, neque praetores, sed, quoniam res consulari imperio exercituque indigere videbatur, bini privati consulari imperio instructi a populo missi sunt, dum ex a. 557 novi bini praetores crearentur, quorum primi pacatas iam provincias certis finibus circumscribere iussi sunt.⁴⁾ Quodsi quis tum demum Hispanias provincias factas esse vult, equidem non acrius adversabor; sed lege illa, quam supra diximus, factum id esse nego, quoniam res permultae iam antea compositae erant⁵⁾ neque decem legatorum ut posteriore tempore mentio fit.⁶⁾ Perfectum autem ne tum quidem esse puto rerum provincialium ordinem; nam ut de rebus a M. Porcio Catone a. 559 et a Ti. Sempronio Graccho a. 574/5 institutis taceam neque ea, quae ad annum 583 de vectigalibus Hispaniarum adnotabo, hic exponam: magna erat provinciarum perturbatio bello Lusitano Numantinoque orta, quare P. Cornelius Scipio Aemilianus a. 621 una cum decem legatis pleraque

1) App. Ib. 38. Flor. 2, 17, 7 (Scipio) stipendiariam nobis provinciam fecit. 2) Pol. 11, 33, 7 *συντέλειαν ἐπιτεθεικώς τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἔργοις*. ib. 8 *πάντα τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν διατάξας*. 3) Liv. 30, 16, 10 Hispania abstineant. cf. 30, 37. 43. App. Lib. 54. 65. Pol. 15, 18 Dind. Entr. 3, 21. 4) Liv. 32, 27 extr. 28 extr. cf. Pompon. Dig. 1, 2, 2, 32. Appianus quidem (Ib. 38) ut in Sicilia inde ab a. 513 (Sic. 2. Lib. 135), ita in Hispaniis inde ab a. 548 (i. e. Ol. 144. cf. Pol. 1, 3, 1. 3, 16, 7. App. Ib. 4) *ἐτησίους στρατηγούς* fuisse dicit, quod, si *στρατηγός* ut solet praetor dicitur, minus verum est. 5) De re frumentaria a. 551. primum commemorata cf. Marquardt, Staatsverw. II, Leipz. 1876, p. 110; de nummis a. 559 laudatis ib. p. 22; de metallis ib. p. 245. 6) Cf. Marquardt l. l. p. 341. Mommsen, Staatsr. II, 1², p. 656 sqq. Marquardt v. d., cum Hispanias a. 557 in provinciae formam redactas esse censeat propterea, quod tum praetores primum missi sunt (Staatsverw. I, p. 99 sq.), miror, quod non idem argumentum ad Siciliam et Sardiniam attulit, quarum alteram a. 513, alteram a. 523 provinciam factam esse arbitratur (cf. tabulae eius I, p. 330 sqq.).

denuo constituit. Denique Pompeium post bellum Sertorianum rerum ordinem restituisse videbimus. Id tantum Romani per totum rei publicae liberae tempus tenuerunt, ut Hispaniae essent duae, citerior et ulterior¹⁾, per annos paucos 583—586 propter bellum Macedonicum coniunctae, quarum fines accurate definiri non possunt, nisi quod saltum Castulonensem utramque distinxisse veri simile est.²⁾ Capita Hispaniarum erant inprimis duo: citerioris Carthago nova, ulterioris Corduba; sed accedunt hic Gades, Tarraco illic, de quarum urbium conditione quae scitu digna sunt inveniuntur in Corporis Inscriptio- num Latinarum volumine altero. Solebant in illis, nisi bella avocarent, imperatores Romani iuris dicendi causa commorari ac plerumque quidem per hiemem.

Sed iam de Hispaniarum praesidum imperio ac titulo pauca dicamus. Praesides dicimus vocabulo rei publicae liberae temporibus inusitato, sed nunc a viris doctis usurpato³⁾ eos, qui ab a. 536 usque ad annum 723 imperium in Hispaniis obtinuerunt exercitibusque praefuerunt. Horum autem hominum propter imperii ius diversum genera quaedam esse distinguenda vel ex iis quae modo exposuimus apparet. Primo enim anno habemus consulem, qui fratrem legatum cum exercitu misit, proximis annis eundem imperio prorogato proconsulem. Post Scipionum cladem sequitur a. 543 proprætor, de quo parum traditum est. Deinde autem P. Scipio Publii filius missus est ex plebiscito privatus imperio consulari. Eodem imperio successores eius usque ad annum 556 usos esse viri docti consentiunt⁴⁾: omnes enim Livius proconsules appellat, quamquam nemo eorum antea consul, unus tantum prætor fuit, et aliquoties certe plebiscitum commemoratur, ex quo missi aut revocati sunt aut imperium iis prorogatum est.⁵⁾ Iam secuntur

1) Quod Pompeius post consulatum alterum Hispaniae tribus regionibus tres legatos praefecit, ex suo arbitrio instituit (Caes. b. c. 1, 38).
 2) Cf. Marquardt, Staatsverw. I, p. 101. 3) Cf. Mommsen, Staatsr. II, 1, p. 230. 4) Mommsen, Staatsr. II, 1², p. 632 sqq. Marquardt, Staatsverw. I, p. 100 sq. Lange R. A. I³, p. 745. 5) Cf. Mommsen l. l. p. 633, n. 3.

praetores inde ab a. 557 usque ad Sullae dictaturam, qui dubitari potest fuerintne omnes secundum annorum praecedentium consuetudinem praetores consulari imperio¹⁾ an ii solum, quos Livius aliique scriptores proconsules appellant, quamquam certam eius nominis rationem desideramus.²⁾ Neque fasti triumphales constantem proconsulis titulum praebent³⁾, inscriptiones autem et nummi admodum pauca conservata sunt.⁴⁾ Quare Mommsenus praetores et propraetores Hispaniarum praesides ubi dicuntur, factum id esse dicit, non ut imperium titulusque significaretur, sed ut comitiis praetoriis eos creatos esse intellegeretur. Sed habeo quod opponam. Consentaneum enim est eos, qui consulari imperio utebantur, et duodenos lictores habuisse et exercitum consularem. Atqui Livius nonnullis annis in utraque provincia singulas tantummodo legiones fuisse demonstrat; idem, Cato cum in Hispaniam citeriorem consul mitteretur, tum iam consulari et duce et exercitu opus fuisse aperte dicit; Plutarchus autem, quod L. Aemilius Paulus duodecim fasces gerebat, ut insolitam rem laudat. Unde hoc certe sequitur non omnes, qui praetoriis comitiis creati erant, consulari imperio fuisse. Hoc autem an alio usi sint imperio singuli, qui praeter eos, quos diserte proconsules dictos habemus, Hispanias administraverunt, certis argumentis constitui nequit. Sed haec quidem hactenus.⁵⁾ Iam si universum pra-

1) Lange l. l. p. 782. Mommsen l. l. p. 628; qui v. d. quoniam lege a. 557 id sancitum esse putat, si recte negat (p. 630) praetorem consuli adiutorem datum consulari imperio usum esse, statuendum erit P. Manlio praetori, qui cum Catone consule in Hispaniam missus est a. 559, imperium extra ordinem esse deminutum. 2) Proconsules Livius decem appellat, unum ex iis A. Terentium Varronem semel propraetorem, praetores complures; duo, quos ipse propraetores dicit, in epitome proconsules vocantur; alii scriptores circiter quattuor proconsules afferunt, qui praetores fuisse videntur. Equidem in fastis hos viros 'procoss.' vocabulo litteris cursivis expresso distinguam. 3) Procoss. M. Helvius (a. 557), Dolabella (656), M. Pupius Piso (685). 4) Cf. C. Annius Luscus (a. 673), Q. Fabius Labeo, M. Sergius p. 94 sq. 5) Aliarum provinciarum imprimis Asiae proconsules huius generis collectos invenies apud Mommsenum Staatsr. II, 1², p. 629.

sidum Hispaniarum ordinem oculis perlustraverimus, haec potissimum genera inveniemus:

I magistratu fungentes provincias obtinebant:

- a) consules, veluti Cato a. 559, Q. Fulvius Nobilior a. 601, denique contra legem Corneliam Cn. Pompeius a. 702.
- b) praetores sive praetorio sive consulari imperio, qui pluri sunt inde ab a. 557 usque ad Sullae aetatem, e. g. C. Sempronius Tuditanus et M. Helvius ipso anno 557, ultimus, quem afferamus, P. Cornelius Scipio Nasica a. 661.
- c) singulare est, quod a. 689 Cn. Calpurnius Piso quaestor pro praetore senatus consulto in Hispaniam citeriorem missus est.

II magistratu functi provincias administrabant:

- a) qui consules fuerant; ante Sullae aetatem P. Scipio, Africani pater, qui primo anno Gnaeum fratrem miserat, proximis annis ipse imperio prorogato bellum ibi gessit; eodem modo complures belli Lusitani Numantinique temporibus. E lege Cornelia proconsul in Hispania fuit Q. Caecilius Metellus Pius a. 675 et Q. Caecilius Metellus Nepos a. 698.
- b) qui praetores fuerant, quibus imperium ita prorogatum est, ut aut praetorio aut consulari imperio essent; ante Sullae aetatem primus C. Claudius Nero, qui a. 542 praetor Suessulam provinciam sortitus erat, a. 543 propraetor est missus; complures Hispanias priore anno praetores, posteriore propraetores per biennium administrabant, id quod a. 574 lege Baebia, quae alternis annis quaternos praetores creari iussit, sancitum, sed paulo post abrogatum est. Eorum autem, qui, postquam praetura in urbe functi sunt, prorogato imperio in provincias mittebantur, id quod post legem Corneliam in omnes cadit, primus fortasse C. Marius fuit a. 641.

III privati cum imperio in provinciam missi sunt:

- a) ex plebiscito, ut solebat, P. Cornelius Scipio a. 544 et successores eius usque ad annum 556 consulari imperio instructi; ex senatus consulto Cn. Pompeius a. 677.
- b) vicarii ab imperatoribus missi vel relictis cum imperio, velut Cn. Scipio a. 536 a Publico fratre missus; item Cn. Pompei legati a. 699 sqq.; Q. Cassius Longinus a. 706 a Caesare pro praetore relictus multique, ut opinor, alii, quorum memoriam rerum scriptores non tradiderunt.

Cn. Pompeium, qui a. 699 lege Trebonia imperium Hispaniarum nactus est, horum generum nulli inserere lubet, quoniam in Hispania numquam fuit neque satis constat, ex quonam tempore imperium eius valuerit. Eius exemplum imitati IIIviri post annum 711 provincias per legatos suos administrabant, primum Lepidus, deinde Octavianus. Ne Caesarem quidem commemorare opus est, qui bis in Hispania a. 705 et 709 bellum gessit, quippe qui paucos tantum menses ibi permanserit. Eum a. 705 proconsulem (Galliae), a. 709 consulem IV (sine collega) et dictatorem III fuisse constat.

Restat, ut de Hispaniarum praesidum in provincias itinere et de decessus reditusque tempore, quae commemoranda videntur, paucis dicamus. Notum est summos Romanorum magistratus inde ab a. 532 usque ad a. 600 iniri solitos esse idibus Martiis.¹⁾ Per hoc temporis spatium mos erat, ut et consules et praetores, cum magistratum iniissent consulesque primo quoque tempore de provinciis rettulissent, sortitionem provinciarum instituerent, earum videlicet, in quas senatus consules et praetores mittendos esse censuerat, ita tamen, ut consulibus vel sortitione vel pactione uti liceret, praetores utique sortirentur. Eodem tempore senatus de ornandis provinciis decernere solebat, quot in quamque milites novi et in supplementum veterum exercituum essent mittendi. Tum delectus fiebant, quibus perfectis magistratus lege curiata imperium adepti in

1) Liv. 22, 1. cf. 31, 5.

provincias proficiscebantur. Quodsi nullum impedimentum gravius accedebat, id mense fere Maio factum esse probabile est; plerumque autem fiebat paulo tardius. Itaque si ad iter Roma Tarraconem conficiendum mensem fere consumptum esse conicimus, ante mensem Iunium imperatores in Hispania esse non poterant. Exemplum praebet annus 563, quo, cum senatus iam priore anno bellis gravibus imminentibus provincias designasset militesque conscribi iussisset, magistratus novi sortitione facta statim abire poterant; nihilo tamen secius primis demum Mai mensis diebus abierunt, ut Livius tradidit.¹⁾ Saepenumero autem delectus diutius retardabant magistratus, praesertim si senatu invito maiores copias secum ducere vellent. C. Flaminius a. 561 cum a senatu nihil impetrasset, in Siciliam delectus causa navigasse, deinde in Africa, quo tempestate delatus erat, denique in Hispania ipsa milites collegisse fertur. Quod si recte Valerius Antias narravit²⁾, quam ille sero in provinciam pervenisse credendus est! Primi quidem imperatores navibus Hispaniam sic petebant, ut Luna³⁾ vel Puteolis vel ab ostiis Tiberinis⁴⁾ secundum Etruriae et Ligustina litora praeterque Massiliam Emporias navigarent. Quot illa navigatio dierum fuerit, certo dicere nemo potest: C. Laelius Scipionis legatus a. 544 (?) triginta quattuor diebus Tarracone Romam navibus pervenisse dicitur.⁵⁾ Nonnulli non totum iter per mare absolverunt, sed per Etruriam et Ligurum fines pedestri itinere Massiliam petiverunt et Massilia demum Emporias ratibus traiecerunt. Dicitur enim L. Baebius a. 565 per Ligures in itinere oppressus et Massiliae mortuus esse⁶⁾ ibidemque a. 581 N. Fabius Buteo.⁷⁾ Extremo tandem liberae rei publicae saeculo totum iter cum exercitu facile pedibus confici potuit. A. enim 632 Gallia Narbonensi provincia facta inde a Narbone super Pyrenaeos montes via militaris, quae Domitia dicitur, munita est.⁸⁾ Quid quod Ciceronis aetate etiam in ulteriorem

1) Liv. 35, 41. cf. 36, 3, 14. 2) Liv. 35, 2. 3) Ib. 39, 21.

4) Ib. 26, 19, ubi Scipionis iter accurate descriptum est, qui Emporiam Tarraconem profectus est pedibus. 5) Ib. 27, 7. 6) Ib. 37, 57.

7) Ib. 42, 4. 8) Liv. ep. 61. cf. Cic. Font. 4, 12.

Hispaniam pedibus ire solebant, ut, si quis navigaret, id non sine certa causa fecerit.¹⁾ Ac Caesarem quoque a. 708 Roma Tarraconem pedestri itinere contendisse narrant et eum quidem quattuor et viginti diebus²⁾ vel viginti septem³⁾, quam celeritatem magnopere Appianus admiratur, recte ac merito id quidem; illud vero quod βαρυντάτω στρατιῶν Caesarem iter illud fecisse addit, humanae naturae modum excedit.⁴⁾

Considerantibus nobis iam omnes eiusmodi itineris difficultates mirum esse non potest, quod apud Livium plerumque res ab Hispaniarum praesidibus gestas narrari videmus, postquam de eorum successorum sortitione et discessu certiores facti sumus, et quod successores, ubi in provincias pervenerunt, statim in hibernis milites collocasse plerumque audimus.⁵⁾ Possum plura eiusmodi exempla proferre, sed duo attigisse satis erit. Sex. Digitius et P. Cornelius Scipio Nasica a. 560 provincias sortiti erant, quod Livius narrat libri XXXIV c. 43. Idem initio proximi libri bella ab iis cum Iberis principio anni 561 gesta refert, cum eodem anno C. Flaminium et M. Fulvium successores iis factos esse supra exposuerit. Alterum hoc est, quod apud Livium a. 574 factum legimus: Q. Fulvius Flaccus in Hispania citeriore proconsul, quia Ti. Sempronius Gracchus successor tardius adveniebat, Celtiberis bellum intulit et, cum Gracchus, qui subito advenerat, eum ante diem certam Tarraconem exercitum ducere iussisset, reditu praecipiti instituto a barbaris paene oppressus est.⁶⁾ Cui rerum ordini bellis gerendis minime idoneo quod tandem finis impositus est, non potuit non esse magno provinciali administrationi emolumento. Causam rei novandae praebuit ipsa Hispania. Bellum enim magnum ibi exortum erat, ad quod celeriter, priusquam latius serperet, depellendum senatus decrevit, ut

1) Cic. Vat. 5, 12. 2) Suet. Caes. 56. 3) App. b. c. 2, 103. cf. Dio 43, 32 μετ' ὀλίγων — ἐπιλήθε. Oros. 6, 16. 4) Quantum distat Padus flumen et Rhodanus, Emporiae et Corduba et inter se et a Roma, videmus apud Pol. 3, 39, 4. Itin. Ant. p. 139. 190 sqq.; reputemus autem apud Caesarem itinera viginti passuum millium iam magna dici. 5) Cf. Liv. 39, 21, 10. 6) Liv. 40, 39 sq.

consules anni 601 idibus Ianuariis magistratum inirent alterque eorum quam maturissime cum exercitu in Hispaniam proficisceretur.¹⁾ Hinc ille dies in futurum quoque tempus constitutus est, quo magistratus curules inirentur.

Iam ad fastos ipsos conficiendos aggrediamur, in quibus statim animadvertes binorum praesidum indice coniunctorum priorem quemque citerioris provinciae esse, posteriorem ulterioris; rationem illam ubi sequi non potui, provinciam primis vocabulorum 'citerior' et 'ulterior' litteris indicavi.

FASTI HISPANIARUM PROVINCIARUM

a. u.

536—542 P. Cornelius L. f. Scipio cos. procos.

(543?).

Cn. Cornelius L. f. Scipio legat. (*imperat.*)

Pol. 3, 40, 2. Ῥωμαῖοι δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς διακούσαντες μὲν τῶν ἐξαποσταλέντων εἰς Καρχηδόνα πρεσβευτῶν τὰ δεδογμένα κατὰ τοὺς ῥηθέντας λόγους, προσπεσόντος δὲ Θάσσον ἢ προσεδόκων Ἀννίβαν διαβεβηκέναι τὸν Ἰβηρα ποταμὸν μετὰ τῆς δυνάμεως, προεχειρίσαντο πέμπειν μετὰ στρατοπέδων Πόπλιον μὲν Κορνήλιον εἰς Ἰβηρίαν, Τιβέριον δὲ Σεμπρώνιον εἰς Λιβύην. cf. 5, 1, 4. Liv. 21, 17.

Flor. 2, 6, 36. App. Ib. 14. Zon. 8, 23.

P. Cornelius Scipio consul primo anno non ipse in Hispaniam profectus est, sed Gnaeum fratrem misit mense fere Octobri.²⁾ Proximo anno ipse imperio prorogato advenit³⁾; tum usque ad a. 542 deinceps ambobus imperium prorogatum esse testatur Livius.⁴⁾ Legatus proconsulis erat Ti. Fonteius

1) Liv. ep. 47. 2) Liv. 21, 32. Pol. 3, 76 καταλειφθεῖς — στρατηγός. App. Ib. 14 καὶ πρεσβευτὴν αὐτῷ συνέτακτον. 3) Liv. 22, 22. App. Ib. 15. Hann. 5 (falso). 4) 23, 26. 48. 24, 41. 48. 25, 3 Hispaniae P. et Cn. Corneliis (prorogatae). cf. 26, 2 quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator praefuisset. cf. Mommsen, Staatsr. II, 1², p. 633 n. 1.

Crassus.¹⁾ Post Scipionum interitum militibus assentientibus vel iubentibus L. Marcus Septimus centurio summam imperii accepit, qui cum litteris ad senatum missis se ipse propraetorem appellasset, non comprobatus esse dicitur.²⁾ Livius errasse videtur, quod Scipionum mortem in annum 542 contulit.³⁾ Ipse⁴⁾ enim ad illum annum adnotat: 'Eadem aestate in Hispania cum biennio ferme nihil admodum memorabile factum esset', quamquam inter ea quae antea et tum in Hispania facta esse narrat, non plus quam annus 541 intercedit. Exposuit autem antea Carthaginienses compluribus proeliis victos ad opprimendum Syphacem, qui Romanorum amicitiam amplexus esset, Massinissae auxilio usos esse.⁵⁾ Quod ad bellum in Africa gerendum Hasdrubalem ex Hispania arcessitum esse Livius quidem non tradit, sed Appianus disertis verbis⁶⁾, ut gravius iam bellum fuisse videatur.⁷⁾ Deinde 'anno octavo' inquit Livius⁸⁾, 'postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio est interfectus.' Mira sane ista ratio est, si Gnaeus a. 536 in Hispaniam venit et mortuus est a. 542, quorum utroque termino adiecto unde tandem plus septem anni efficiuntur? Neque semel numerum illum, sed bis apud Livium legimus; paulo enim post L. Marcus 'invictos per octo annos in his terris milites' appellat.⁹⁾ Tertiam denique difficultatem L. Marcii imperium nimis longum praebet, cuius litterae iam principio anni 543 in senatu recitatae esse dicuntur, nihilo minus post captam demum Capuam successor mittitur. Quamquam, cum Hannibal ad urbem progressus esset, milites sub vexillis in supplementum Hispaniae mitti audivit.¹⁰⁾ Nonne potius dux militibus erat dandus, cum Marcium propraetorem sese appellare senatus moleste tulisset? At Marcii virtute Hispania

1) Liv. 25, 34. 2) 25, 37. 26, 2. 3) 25, 32 sqq. 4) l. l. 5) 24, 48 sq. 6) Ib. 15. 16 μέχρι Καρχηδόνιοι μὲν ὑπὸ Σύφακος τοῦ τῶν Νομάδων δυνάστου πολεμοῦμενοι τὸν Ἀσδρούβαν καὶ μέρος τῆς ὑπ' αὐτῷ στρατιᾶς μεταπέμψαντο — θύμενοι δ' οἱ Καρχηδόνιοι πρὸς Σύφακα εἰρήνην, αὐτοῖς ἐξέπεμπον ἐς Ἰβηρίαν Ἀσδρούβαν μετὰ πλείονος στρατοῦ. 7) Quod Mommsenus de crudelitate Poenorum dicit (R. G. I, 627), sumpseritne e Diodori fragmento (26, 23 Dind.)? 8) 25, 36. 9) 25, 38. 10) 26, 11.

aliquamdiu tranquilla facta erat.¹⁾ At Livius ipse Pisonis testimonium affert, quo Quadrigarii et Valerii Antiatis de Marcii facinoribus mendacia deteguntur.²⁾ Huc accedit, quod Eutropius et Orosius Scipionum interitum post Hannibalis ad urbem accessum rettulerunt. Itaque recte Mommsenus Beckeri sententiam secutus a Liviana traditione recedit.³⁾

543 (— 544?). C. Claudius Nero propraetor.

Liv. 26, 17. Romani patres perfuncti quod ad Capuam attinebat cura C. Neroni ex iis duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, sex millia peditum et trecentos equites, quos ipse legisset, et socium Latini nominis peditum numerum parem et octingentos equites decernunt. eum exercitum Puteolis in naves impositum Nero in Hispaniam transportavit. cf. App. Ib. 17. Zon. 9, 7. Front. strat. 1, 5, 19.

543 (? 544) P. Cornelius P. f. Scipio procos. ex plebiscito.

— 548.

M. Iunius Silanus propraetor ex senatusconsulto.

Liv. 26, 18. iussi deinde inire suffragium ad unum omnes non centuriae modo sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. — ib. 19. M. Iunius Silanus propraetor adiutor ad res gerendas datus est. — ib. 20. Aestatis eius extremo, quo capta est Capua et Scipio in Hispaniam venit. cf. Pol. 10, 2. App. Ib. 18. Flor. 2, 6, 37. Eutr. 3, 15. Zon. 9, 7.

Falso Appianus M. Claudium Marcellum una cum C. Claudio Nerone in Hispaniam missum esse narrat, quod inde apparet, quod idem Marcellus Syracusis dirutis, cum exitu anni Romam pervenisset, consul III in annum 544 creatus est.⁴⁾

1) 25, 39 extr. 2) l. 1. 3) Mommsen, R. G. I, 627 sq. Becker: Vorarbeiten zu einer Gesch. des 2. pun. Krieges ap. Dahlmann: Forschungen II, 2. — E Polybii historia de Scipionibus nihil relicum est nisi fragmentum a Suida s. v. *καυθήμιος* conservatum, quod cum Liv. 25, 36 concinit. cf. Pol. 9, 11 (a. 541) qualem Hasdrubal (Gisc.) in Indibilem se praebuerit. 4) Liv. 25, 40. 26, 21 sq. Marcellum cum Marcio Appianum confudisse (Keller: Der 2. pun. Krieg u. seine Quellen, Marburg

Nero autem cum Livii et Appiani testimoniis extrema fere aetate anni 543¹⁾ profectus sit, valde miramur, quod secundum Livium eodem anno ei Silanus successor missus est.²⁾ Neque enim singulare putamus negotium Neroni commissum esse, ut copias in Hispaniam transportaret³⁾, quia eodem teste exercitum a Ti. Fonteio et Marcio accepit et bellum contra Hasdrubalem suscepit.⁴⁾ Quodsi inter Illiturgim et Mentissam pugnaverit, ne potuit quidem aut eodem anno aut proximo vere exercitum Silano tradere.⁵⁾ At si Appianum sequimur, qui haec tradit: οὐδενὸς δὲ λαμπροῦ παρὰ τῶνδε γιγνομένου τὰ Λιβύων ὑπερηνξάνετο καὶ πᾶσαν σχεδὸν Ἰβηρίαν εἶχον ἐς βραχὺ Ῥωμαίων ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Πυρρηναίοις κατακλεισμένων, ne tum quidem tempus sufficit, addit enim idem: πάλιν οὖν οἱ ἐν ἄστει πυνθανόμενοι μᾶλλον ἐταράσσοντο.⁶⁾ Videtur igitur Nero usque ad a. 544 in Hispania remansisse et quamquam non praeclare rem gesserat, auctoritati tamen eius id non obfuisse videtur; nam cum circumspicerent patres, quosnam consules in annum 547 facerent, 'longe ante alios eminebat C. Claudius Nero.'⁷⁾

Sequitur iam, ut P. Cornelius Scipio, quem falso Livius et alii comitiis centuriatis proconsulem creatum esse dicunt⁸⁾, et simul M. Silanus a. 544 in Hispaniam missi sint vel a. 545 eo pervenerint. Hoc enim Polybius testatur, qui libro decimo

1875. p. 139 sq.) propter additum 'ἐκ Σικελίας ἄρτι ἀφικόμενον' probabile non est. 1) Liv. 26, 14. cf. 4. 7. (de Capuae expugnatione). 2) 26, 20. 3) Quale erat mandatum Cornelio, ut dum M. Atilius in Corsica bellum gereret, prorogato imperio Sardiniam obtineret. Liv. 41, 21. cf. 27, 7. 30, 1. 32, 26. Quod Becker l. l. p. 118 de ignominia Neroni illata monet, id equidem non urgeam, quamquam Neronem magnae auctoritatis virum fuisse concedo. 4) Liv. 26, 17. cf. Zon. 9, 7. 5) Liv. l. l. Friedersdorff (Livius et Polybius p. 12) expeditionem illam factam esse negat, quia Romanos citra Iberum se continuisse Livius (26, 20, 2) et Polybius (10, 6—7) dicant. Res tum a Nerone gestas consulatus gloria auctas esse minus recte dicit, cum infamiam solum collegisset Nero. cf. Liv. 27, 44 extr. 6) Ib. 17. cf. Lib. 6. Zon. l. l. De Appiani auctoritate et fontibus, quibus in huius temporis rebus enarrandis usus sit, multa praedicat Keller l. l. 7) Liv. 27, 34 cf. 14. 8) Cf. Lange R. A. I, 746.

postquam de Tarenti oppugnatione a. 545 facta dixit, ingenio Scipionis exposito ad narrandam Carthagini novae expugnationem pergit.¹⁾ Livius autem, qui se non ignorare ait nonnullos illam rem in proximum annum differre²⁾, quoniam a. 543 Scipionem Roma profectum esse credit, non potest a. 544 Carthaginem captam esse non contendere.³⁾ Sed si quis ea reputaverit, quae de Nerone diximus, deinde Livium a. 546 Hispaniae nullam mentionem facere nisi prorogatum esse Scipioni et Silano imperium in annum⁴⁾, tum Hasdrubalem a Scipione victum a. 545, cum iter celerius quam Hannibal perfecisset⁵⁾, non potuisse a. demum 547 in Italiam pervenire, postremo Florum⁶⁾ Scipionem quattuor annos Hispaniam obtinuisse tradere: nonne Polybium vera referre arbitretur? Unde haec discrepantia orta sit, cum uterque scriptor ex eodem fonte hausisse putetur, non est nostrum hic inquirere.⁷⁾ Sed de a. 548 monendum videtur rerum a Livio et ab Appiano collatarum partem magnam in antecedentes annos esse differendam, siquidem Scipio eodem anno exercitu successoribus vel potius

1) Cui rationi convenit, quod Scipionem viginti septem annos natum inducit (10, 6, 10) — Livius (26, 18), Appianus (Ib. 18), Zonaras (9, 7), Eutropius (3, 15) viginti quattuor habent —; atqui a. 536, quo Scipio patrem morti eripuit, septendecim annos natum fuisse constat (Pol. 10, 3, 4. Zon. 8, 23 extr.), ergo non ante 545 in Hispania esse potest. 2) 27, 7. 3) 'quod mihi minus simile veri visum est annum integrum Scipionem nihil gerundo in Hispania consumpsisse.' l. l. 4) 27, 22. Quamquam iam a. 545 prorogatum erat, donec revocati ab senatu forent. cf. 27, 7. 5) Liv. 27, 39 cf. Pol. 11, 1. Mirum est, quod Laelius post Carthaginem captam ante pugnam Baeculensem de Hasdrubalis consilio Romanos iam certiores facit. Liv. 27, 7. cf. Zon. 9, 8. — Beckerum (l. l. p. 142 sqq.) non recte pugnam illam in a. 545 ponere docuit Peter in Philol. VII, p. 175. cf. Mommsen, R. G. I, 633. De duabus pugnis ad Baeculam commissis Keller l. l. contaminationem duarum eiusdem rei traditionum statuit. 6) 2, 6, 39. contra Liv. 28, 16 extr. 'quinto (anno) quam — provinciam et exercitum accepit.' 7) Friedersdorff (qui reliquos libros de fontibus Livii scriptos laudat p. 6), Keller ll. ll. Communem fontem esse ille dicit librum, aetate Scipionis de rebus ab eo in Hispania et Africa gestis latine scriptum, hic Pisonem aequalem Polybii putat, qui Fabii Pictoris et P. Scipionis Africani filii libros coagmentaverit.

Silano tradito¹⁾ Romam reversus consul in proximum annum factus est.²⁾ Triumphare Scipioni non licuit, quia sine magistratu res gesserat.³⁾ Silanum eodem iure eodemque imperio cum Scipione fuisse hunc ipsum Livius modestius quam verius facit profitentem.⁴⁾ Legati Scipionis erant Laelius, quem post Carthaginem captam cum captivis Romam misit⁵⁾, et Lucius frater, qui bis Romam missus esse dicitur⁶⁾, et L. Marcius⁷⁾, quaestor C. Flaminius.⁸⁾

549—553. L. Cornelius Lentulus }
549—554. L. Manlius Acidinus } procoss. ex plebiscito.

Liv. 28, 38. Haec in Hispania P. Scipionis ductu auspicioque gesta. ipse L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita decem navibus Romam rediit. cf. App. Ib. 38.

In codice ante *provincia* scriptum est *pro*, quod aut cum Madvigio delebis aut in *proconsulibus*, non *propraetoribus* mutandum esse ex iis, quae de Hispaniarum praesidum imperio in praefatione diximus, cognosces. Alter tantummodo L. Manlius Acidinus praetor fuerat a. 543.⁹⁾ Lentulo ob eam causam, quod nondum magistratus fuerat, triumphus non est concessus: aedilis enim in a. 550 creatus est.¹⁰⁾ Utrique imperium plebiscito datum esse conici potest¹¹⁾, sicut prorogatum est imperium a. 550 plebiscito, a. demum 551 et 552 senatus consulto.¹²⁾ Anno denique 553 senatus per tribunos plebi permisit, ut iis successores mitteret.¹³⁾ Plebiscitum ipsum, quo L. Cornelius Lentulus revocatus est, non est traditum, sed rediisse eum et frustra triumphum petiisse, ovantem autem senatus consulto, ut traditur, re vera plebiscito¹⁴⁾, urbem ingressum esse apud

1) Liv. 28, 38. Pol. 11, 33, 8. 2) Cf. Becker l. l. p. 143. Mommsenus in hac tanta rerum copia non offendit (R. G. I, 634). 3) Liv. 28, 38. cf. Val. Max. 2, 8, 1. 5. 4) 28, 38 extr. cf. 26, 19. 5) Pol. 10, 19, 8. Liv. 26, 42. 48. 27, 7. App. Ib. 23. 6) Liv. 28, 3. 4. 17. App. Ib. 29. 7) Liv. 26, 19. 28, 19. 8) 26, 47. 49. cf. Pol. 10, 19, 1 (*captus*). 9) Liv. 26, 23. 27, 4. 10) 29, 11. 11) Cf. Mommsen, *Staatsr.* II, 1^a, p. 633, n. 3. 12) 29, 13. 30, 2. 30, 27, 9. 13) 30, 41. 14) Cf. Lange R. A. II², 630.

Livium legimus.¹⁾ Lentulus consul factus est a. 555.²⁾ L. Manlius, cum a. 555 rediret et iam triumphum honorem a senatu impetrasset, M. Porcius Laeca tribunus plebis intercessit.³⁾ Alterum Acidinum aliquot annis post in citeriore provincia inveniemus.

554. C. Cornelius Cethegus procos. H. cit. ex plebiscito.

Liv. 31, 49. Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit.

De plebiscito, quo Lentulo successor missus est, supra diximus. In a. 555 aedilis curulis creatus simul cum Manlio Acidino plebiscito Cethegus revocatus est.⁴⁾ Ex aedilitate consulatum nactus est a. 556, quod tum haud raro videtur accidisse.⁵⁾

555 — 556. Cn. Cornelius Blasio }
L. Stertinius } procos. ex plebiscito.

Liv. 31, 50. et de altero aedile scitum plebi est factum. rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire iuberent, ut Cornelius aedilis curulis ad magistratum gerendum veniret et L. Manlius Acidinus decederet de provincia multos post annos, plebes Cn. Cornelio [Lentulo] et L. Stertino proconsulibus imperium esse in Hispania iussit.

De prioris nomine Livius ipse sibi contradicit: nam qui hoc loco Lentulus vocatur, idem ubi de reditu mentio fit, Blasio appellatur.⁶⁾ Sed cum in fastis triumphalibus Blasio legatur, quamquam hic quidem quaestor dicitur, haud dubium est, quin priore loco aut ipse Livius errore quodam deceptus aut interpolator Lentuli nomen adiecerit. Confudit eum certe cum eo, qui tribunus plebis erat a. 538⁷⁾, quaestor 542⁸⁾, consul 551⁹⁾, cum Blasio ille a. demum 560 praetura adeptus sit.¹⁰⁾ Cornelio et Stertino prorogatum esse imperium Livius

1) Liv. 31, 20. 2) 31, 49. 3) 32, 7. 4) 31, 50. 5) 32, 27. cf. 32, 7. 6) 33, 27. cf. C. I. L. I, f. tr. a. 559. 7) Liv. 22, 49. 8) 25, 19. 9) 30, 40. 10) 34, 42.

non diserte dicit, sed cum a. 557 rediisse dicantur, haud aliter res se habere potest. Blasio ovans urbem ingressus est, alter ne ausus quidem est triumphum petere.¹⁾ A. 558 Stertinius cum aliis legatis in Graeciam missus est.²⁾

557. C. Sempronius Tuditanus } praett. (*procos.*)
557 (—559). M. Helvius } praett. *procos.*

Liv. 32, 27. sex praetores illo anno primum creati crescentibus iam provinciis et latius patescente imperio. ib. 28. Hispanias Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem est sortitus. cf. App. Ib. 39.

De provinciarum finibus in praefatione egimus. Sempronius cum hostibus congressus victus interfectus est³⁾, cuius locum qui legatus aut quaestor in adventum successoris imperium tenuerit, ignoramus. Helvius in ulteriore provincia aegrotus remansit usque ad a. 559; quo cum praesidio eius, qui tum praetor erat, rediens hostes, qui eum in citeriore provincia opprimebant, fudit; quare, quamquam alieno auspicio et in aliena provincia pugnaverit, ovationem adeptus est.⁴⁾ Fastorum triumphalium duo fragmenta, in quorum altero proconsul dicitur, idem testantur.⁵⁾ IIIvir a. 560 coloniam Sipontum deduxit.⁶⁾

558. Q. Minucius Thermus } praett.
Q. Fabius Buteo }

Liv. 33, 26. praetores deinde provincias sortiti — —

Q. Fabius Buteo Hispaniam ulteriorem, Q. Minucius Thermus citeriorem. cf. App. Ib. 39.

Imprudens videtur Livius scripsisse M. Helvium Q. Minucio successori provinciam tradidisse⁷⁾, immo Q. Fabius Buteo ei successit, huic Ap. Claudius, qui Helvio praesidium dedit. Q. Minucius rebus prospere gestis paulo post M. Helvium triumphavit.⁸⁾ Consul a. 561 in Liguria bellum gessit⁹⁾, legatus in Asiam missus¹⁰⁾ a. 566 a Thracibus interfectus est.¹¹⁾ De Buteone plane siletur.

1) Liv. 33, 27. 2) 33, 35. 3) 33, 25. 4) 34, 10. 5) C. I. L. I, p. 459 et p. 476. 6) Liv. 34, 45. 7) 34, 10. 8) I. I. cf. C. I. L. I, p. 476. 9) Liv. 34, 54. 35, 3 sqq. 10) 37, 55. 11) 38, 41.

559. M. Porcius Cato cos. }
 P. Manlius praet. }

Ap. Claudius Nero praet.

Liv. 33, 43. L. Valerius Flaccus et M. Porcius Cato consules idibus Martiis, quo die magistratum inierunt, de provinciis cum ad senatum rettulissent, patres censuerunt, quoniam in Hispania tantum glisceret bellum, ut iam consulari et duce et exercitu opus esset, placere consules Hispaniam citeriorem Italiamque provincias aut comparare inter se aut sortiri. — Cato Hispaniam, Valerius Italiam est sortitus. praetores deinde provincias sortiti, — Ap. Claudius Nero Hispaniam ulteriorem — —; P. Manlius in Hispaniam citeriorem adiutor consuli datus. cf. App. Ib. 40. Polyb. 19, 1. Nep. Cat. 2. Cic. d. sen. 10, 32. Plut. Cat. 10. Flor. 2, 17, 9. Zon. 9, 17.

Imperium M. Porci Catonis ut consulis maius erat quam praetorum, quorum alterum adiutorem consulis esse senatus voluerat¹⁾, ut supra M. Iunium P. Cornelii Scipionis proconsulis; id vero alienum videtur, quod consul praetorem sibi adiunctum in ulteriorem provinciam mittit, Ap. Claudius autem, qui eam rite adeptus erat, exercitum Manlio tradere iubetur, ut est apud Livium: 'Interim P. Manlius praetor exercitu vetere a Q. Minucio, cui successerat, accepto adiuncto et Ap. Claudii Neronis ex ulteriore Hispania vetere item exercitu in Turdetaniam proficiscitur.'²⁾ Porro Cato ipse contra Turdetanos profectus, cum in citeriorem provinciam rediret, exercitum in castris praetoris, videlicet P. Manlii, reliquit; supra enim dixerat Livius: 'persoluto stipendio non suis modo sed etiam praetoris militibus'³⁾, non praetorum, quod exspectes. Ergo quid tandem Ap. Claudius praetor, cuius ne verbo quidem mentio fit? Sequitur, ut cum eo exercitu, quem novum secum duxerat⁴⁾, in pacata provinciae parte commoratus sit. De triumpho Catonis⁵⁾, qui et fortitudine et dolo praeclare res

1) Cf. praef. p. 69, adn. 1. 2) Liv. 34, 17. 3) 34, 19. 4) 33, 43. 5) 34, 46.

gesserat maximamque Hispaniae partem brevi tempore pacaverat¹⁾, et alii auctores complures egerunt et Plutarchus²⁾, qui inimicitias Catonis et successoris eius non praetermittit, quamquam non recte Scipionem magnum dicit, qui Catoni successerit. Manlius paucis annis post iterum praetor in Hispania fuit.

560. Sex. Digitius

P. Cornelius Cn. f. Scipio Nasica } praett. (*propraetor.*)

Liv. 34, 43. Principio anni, quo P. Scipio Africanus iterum et Ti. Sempronius Longus consules fuerunt, — — praetores sortiti sunt. (evenit) P. Cornelio Hispania ulterior, Sex. Digitio citerior. cf. Oros. 4, 20.

Digitius, quem falso Orosius Publium vocat, a. 564 legatus a L. Scipione consule nominatus est.³⁾ Scipio is, quem a. 550 nondum quaestorium senatus virum optimum iudicaverat, ex Hispania reversus consulatum primum frustra petivit⁴⁾, deinde a. 563 consul de Boiis triumphavit.⁵⁾ Dicendum de eo erit ad annum quoque 583, quo Hispanorum patronus erat.

561—564. C. Flaminius

561—562. M. Fulvius Nobilior } praett. (*procos.*)

Liv. 34, 55. provincias deinde consules prius, tum praetores sortiti — — C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fulvius Hispaniam ulteriorem. cf. auct. d. vir. ill. 52, 1. Oros. 4, 20.

De postulatione quam C. Flaminius in senatu protulerat in praefatione dictum est; iuvat hic addere, quid senatus praetori responderit: 'Si tumultus in Hispania esset, placere tumultuarios milites extra Italiam scribi a praetore.' Inde Valerii Antiatis de Siciliensi et Africo dilectu narratiuncula.⁶⁾ M. Fulvius Nobilior cum Vaccaeis et Vettonibus et Celtiberis apud Toletum pugnat, quod oppidum citerioris provinciae est.⁷⁾ Proximo anno M. Baebius Tamphilus et A. Atilius Serranus praetores Hispanias provincias sortiti erant, sed cum bellum

1) Cf. Lange R. A. II², p. 194 sq. 2) Cat. 11. cf. Liv. 35, 10.
3) Liv. 37, 4. 4) 35, 10. 5) 36, 40. 6) 35, 2. 7) 35, 7.

in oriente immineret, senatus consulto provinciis permutatis prioris anni praetoribus in Hispania imperium prorogatum est.¹⁾ Ut anno 554, ita tum alter praetorum altero prior in Italiam rediit, Flaminio iterum a. 563 imperium prorogatum est, eandem quam diximus ob causam belli Antiochini. M. Fulvius ovans urbem ingressus est²⁾, deinde a. 565 consul factus³⁾ res Achaeorum composuit⁴⁾, a. 575 cum M. Aemilio Lepido censor fuit.⁵⁾ Flaminius quoque, cum a. 564 rursus prorogato imperio citeriorem provinciam tenuisset⁶⁾, a. 567 consulatum assecutus est⁷⁾, tum viam Flaminiam munivit⁸⁾ et Aquileiam coloniam deduxit.⁹⁾

563—564. L. Aemilius Paulus praetor procos. H. ult.

Liv. 35, 41. Iam fere in exitu annus erat — itaque de provinciis designatorum magistratum — agitari coeptum est — item de provinciis praetorum decretum est, prima ut — — (esset), sexta Hispania ulterior. ib. 36, 2. (evenit) L. Aemilio Paulo Hispania ulterior. cf. Plut. Aem. Paul. 4. Oros. 4, 20.

L. Aemilium Paulum praetorem proconsulari imperio fuisse et Plutarchus tradidit et inscriptione omnium Romanarum in aes incisarum vetustissima in Hispania reperta affirmatur, quae edictum continet de libertate oppido cuidam donanda, datum pridie idus Ianuarias anni 564 vel 565.¹⁰⁾ De tempore enim ambigitur, quia neque annus inscriptione significatur et Paulus biennium in provincia remansit.¹¹⁾ Ceterum Pauli vita omnibus notissima est.

565. L. Plautius Hypsaeus } praett.
 { L. Baebius Dives }
 { P. Iunius Brutus propraetor.

Liv. 37, 50. praetores deinde sortiti sunt — — L. Plautius Hypsaeus Hispaniam citeriorem, L. Baebius

1) Liv. 35, 20, 23. 2) 36, 21. Idem iisdem fere verbis legitur cap. 39.
 3) 37, 47. 4) 38, 3 sqq. 5) 40, 45. 6) 37, 2. 7) 38, 42. 8) 39, 2.
 9) 39, 55. cf. 40, 34. 10) Cf. Huebner et Mommsen in Herm. vol. III, p. 243 sqq. Mommsen R. G. I, 679. 11) Cf. Liv. 37, 2. duas Hispanias Sardiniamque obtinentibus prorogatum in annum imperium est.

Dives Hispaniam ulteriorem. ib. 57. Per eosdem dies, quibus haec gesta sunt, legati Massiliensium nuntiarunt L. Baebium praetorem in provinciam Hispaniam proficiscentem ab Liguribus circumventum magna parte comitum caesa vulneratum ipsum cum paucis sine lictoribus Massiliam perfugisse et intra triduum exspirasse. senatus ea re audita decrevit, uti P. Iunius Brutus, qui propraetor in Etruria esset, provincia exercituque traditis uni cui videretur ex legatis ipse in ulteriorem Hispaniam proficisceretur eaque ei provincia esset.

Nummum L. Plautii Hypsaei descripsit Borghesius.¹⁾ Praeterea neque de eo neque de Bruto quicquam traditur.

566—567. L. Manlius Acidinus Fulvianus } praet. (*procos.*)
C. Atinius. } praet. (*propraetor.*)

Liv. 38, 35. praetores inde sortiti sunt: — — L. Manlius Hispaniam citeriorem, C. Atinius ulteriorem sortitus est. cf. Obsequ. 2.

A. 566 consules idibus Martiis magistratum iniisse²⁾, comitia in posteriorem annum habita a. d. XII Kal. Mart.³⁾ apud Livium legimus. Hispaniae provinciarum sortitione exceptae sunt; itaque veteribus praetoribus imperium prorogatum est. Quorum nuntios exeunte anno proximo senatus audivit, sed consultationem de militibus in supplementum iis mittendis integram ad novos magistratus reiecit.⁴⁾ De Atinii morte a. 568, cum iam in eo esset, ut novi praetores in provincias proficiscerentur, senatus certior factus ad ulterioris Hispaniae praetorem misit nuntium, qui eum maturare iuberet; sed ille iam profectus erat.⁵⁾ Manlio triumphus denegatus est, quia more maiorum nemo adhuc triumphasset, qui exercitum non deportasset, nisi perdomitam pacatamque provinciam tradidisset successori.⁶⁾ Postea cum Nasica et C. Flaminius coloniam Aquileiam deduxit⁷⁾, consul a. 575 factus est.⁸⁾

1) Oeuvres I, p. 267. 2) Liv. 38, 35. 3) 38, 42. 4) 39, 7.
5) 39, 21. 6) 39, 29. 7) 39, 55. 8) 40, 34 cf. 43.

568—569. L. Quinctius Crispinus } praett.
 C. Calpurnius Piso }

Liv. 39, 8. praetores provincias sortiti sunt — — L. Quinctius Crispinus Hispaniam citeriorem, C. Calpurnius Piso Hispaniam ulteriorem.

Praetores, cum tam tardi in Hispaniam pervenissent, a. 568 nulla re gesta milites in hiberna ducere oportebat ¹⁾; quid proximo anno fecerint, Livius solus narrat. De rebus ab iis gestis legati T. Quinctius Varus et L. Iuventius Thalna in eunte a. 570 senatui referunt, a quo supplicationes diis et triumphus ipsis decreta sunt. ²⁾ Atque cum certamen eis ortum esset cum novis praetoribus de deportandis legionibus et utriusque partis patroni essent tribuni plebis, senatus et veteribus et novis praetoribus aliquatenus satisfecit. ³⁾ Crispinus et Piso triumpharunt ⁴⁾ et ille a. 571 colonias Mutinam et Parmam deduxit ⁵⁾, Piso a. 574 consul mortuus est. ⁶⁾

570—571. A. Terentius Varro } (*propraetor.*)
 P. Sempronius Longus } praett. (*procons.*)

Liv. 39, 38. praetores — — sortiti sunt — — A. Terentius Varro Hispaniam citeriorem, P. Sempronius Longus Hispaniam ulteriorem.

His viris imperium prorogatum esse in annum 571 testatur Livius ⁷⁾, ubi A. Terentium cum Celtiberis pugnasse, P. Sempronium diutius morbo implicitum esse narrat. P. Sempronius Longus a. 571 morbo absumptus est, quare senatus aequae atque a. 568 C. Calpurnio Pisoni, ne provincia sine imperio esset, novis praetoribus ut maturarent profectioem imperavit. ⁸⁾ A. Terentio Varroni ovatio contigit. ⁹⁾

572—573. Q. Fulvius Flaccus } praett. (*procos.*)
 P. Manlius II. }

Liv. 40, 1. Principio insequentis anni consules praetoresque sortiti provincias sunt. — eventit — Hispa-

1) Liv. 39, 21. 2) 39, 30. 31. De legatis cf. Mommsen, Staatsr. II, 1, p. 676 adn. 3. 3) Liv. 39, 38. 4) 39, 42. 5) 39, 55. 6) 40, 37. 7) 39, 56. 8) 40, 2. 9) 40, 16.

niarum Q. Fulvio Flacco citerior, P. Manlio ulterior. — ib. 18. in Hispaniis prorogatum veteribus praetoribus imperium est cum exercitibus quos habent, et in supplementum decreta tria millia civium Romanorum, ducenti equites et socium Latini nominis sex millia peditum, trecenti equites. cf. App. Ib. 42. Diod. 29, 28. Oros. 4, 20.

Falso Appianus Flaccum *Ἐπατον* appellat, scribere certe debuit *ἀνθ'Ἐπατον* ¹⁾; idem in temporum rerumque ordine satis negligentem se praebet. ²⁾ Flacci legati nominantur M. Fulvius frater et L. Minucius ³⁾, tribuni militum T. Maenius et L. Terentius ⁴⁾, praefecti socium L. Acilius et C. Scribonius. ⁵⁾ Flaccus et successor eius, ut fieri solebat, de militibus deportandis inter se certabant ⁶⁾; triumphavit autem ille et consul creatus est a. 574. ⁷⁾ P. Manlius iterum praetor — nam primum a. 559 cum Catone in Hispania citeriore fuerat — cum Lusitanis feliciter pugnavit. ⁸⁾ Ad eum M. Fulvio tribuno militum in Hispaniam relegato ⁹⁾ a senatu litterae datae sunt, quod certe mirum est, cum illo tempore successorem iam in provinciam pervenisse appareat. ¹⁰⁾ Vix redux factus erat Manlius, cum pestilentia confectus est. ¹¹⁾

574—575. Ti. Sempronius Gracchus } praett. (*propr. procons.*)
L. Postumius Albinus }

Liv. 40, 35. Hispanias sortiti L. Postumius ulteriorem, Ti. Sempronius Gracchus citeriorem. — ib. 44. In Hispaniis duabus Ti. Sempronio et L. Postumio cum iisdem exercitibus, quos habent, prorogatum imperium est. cf. App. Ib. 43. Diod. 29, 26. Plut. Ti. Gracch. 1. 5. Flor. 2, 17, 9. Cic. Brut. 27, 104. Oros. 4, 20.

A. 576 uterque proconsul ¹²⁾ in templo Bellonae senatui

1) Cf. Liv. 40, 39 proconsul. 2) Cf. Peter, Studien zur röm. Gesch. p. 27. — Keller l. l. (p. 76 adn. 4) p. 40 sqq. 3) Liv. 40, 30. 35. 4) 40, 35. 5) 40, 31. 6) 40, 35 sq. 39 sq. 7) 40, 43. 8) 40, 34. 9) Cf. Lange R. A. II, p. 261. 10) Liv. 40, 41, capite enim praecedenti de Flacci reditu verba facta sunt et proximo Manlius ipse 'nuper' rediisse dicitur. 11) 40, 42. 12) Liv. ep. 41.

de rebus a se gestis refert et paulo post triumphavit.¹⁾ Gracchum duorum tribunorum illorum patrem bis consulem a. 577 et 591 et censorem a. 585 fuisse nemo nescit. Albinus quoque consulatu a. 581 et legatione in pugna Pydnensi clarus factus est.²⁾

A. 574 lege Baebia sancitum est, ut alternis annis quaterni praetores crearentur.³⁾

576—578. M. Titinius (Curvus?) } praett. (*procons.*)
T. Fonteius Capito }

Liv. 41, 15. M. Cornelius Scipio Maluginensis Hispaniam ulteriorem — habuit. duo deprecati sunt, ne in provincias irent, M. Popillius in Sardiniam — — P. Licinius Crassus sacrificiis se impediri sollemnibus excusabat, ne in provinciam iret. citerior Hispania obvenerat. ceterum aut ire iussus aut iurare pro contione sollemni sacrificio se prohiberi. id ubi in P. Licinio ita statutum est, et ab se uti iusiurandum acciperent M. Cornelius postulavit, ne in Hispaniam ulteriorem iret. praetores ambo in eadem verba iuraverunt. M. Titinius et T. Fonteius proconsules manere cum eodem imperii iure in Hispania iussi. — cf. Obs. 8.

Cum hoc loco de anno 578 agatur, consentaneum est praetores eosdem anno praecedenti Hispanias obtinuisse. De illo autem anno Livius⁴⁾ nihil perhibet nisi haec: 'et legionem unam cum equitibus trecentis et quinque millia peditum sociorum et ducentos quinquaginta mittere equites in Hispaniam consules ad M. Titinium iussi'; de Fonteio tacet. Quodsi initio anni 577 ad M. Titinium milites mittuntur, iam priore anno eum ibi fuisse oportet. Cuius anni res Livio⁵⁾ narranti accidit, ut cum tres tantum praetores primo die creatos esse nullius nomine adiecto dixisset, postero die M. Titinium Curvum Ti. Claudium Neronem T. Fonteium Capitonem praetores factos esse narret. Provinciarum autem sortitio initio proximi

1) Liv. 41, 6 sq.

2) 42, 1. 44, 41.

3) 40, 44. cf. praef. p. 70.

4) 41, 9.

5) 40, 59.

libri intercidit; deinde commemoratur iterum Claudius Nero, qui paludatus Pisas in provinciam profectus est ¹⁾, et M. Titinius praetor, qui in aede Bellonae Ti. Sempronio Graccho et L. Postumio Albino ex Hispania redeuntibus senatum dedit ²⁾, ergo praeturam urbanam, non Hispaniam nactus erat. Duos igitur Titinios eo anno praetores fuisse necesse est, quorum alter cognomine Curvi praeditus — eum enim Livius secundo loco dicere videtur ³⁾ — praetor urbanus, alter alteram Hispaniam provinciam sortitus erat. Utram habuerit, nondum manifestum est; fit autem tertio Livii loco ⁴⁾, quo Celtiberos, qui bello domiti se Ti. Graccho dedissent, pacati mansissent M. Titinio praetore obtinente provinciam, rebellasse refert sub adventum Ap. Claudii; et magis etiam quarto loco ⁵⁾, qui est de quaestione repetundarum propter Hispanorum populorum querelas facta: ‘cum M. Titinio primum, qui praetor A. Manlio M. Iunio consulibus in citeriore Hispania fuerat, reciperatores sumpserunt’. De Titinio igitur nihil reliquum est dubitationis; at ne de Fonteio quidem dubitari potest, quippe cui comitiis praetoriis creato imperium prorogatum esse a. 578 Livius testetur. Utrique praetori illo anno supplementum exercitus miserunt. ⁶⁾ Praeterea de iis pauca adnotanda videntur, qui eodem anno provincias Hispanias repudiabant. M. Cornelium Scipionem Maluginensem periurium fecisse et ex Livii verbis supra exscriptis et ex eo cognoscitur, quod postea a censoribus de senatu eiectus est. ⁷⁾ Quod factum ita Livius commemorat, ut aut memoriae lapsu aut nimis obscure scribat ‘qui biennio ante praetor in Hispania fuerat’, cum scribere debuisset ‘cui b. a. praetori Hispania obvenerat’. Post Sullae aetatem magistratibus nullo iureiurando adhibito licuisse videtur provinciam administrandam aut accipere aut reicere. ⁸⁾

579. Ap. Claudius Centho praet. H. cit. (*procos.*)

Liv. 41, 26. Celtiberi in Hispania, qui bello domiti

1) Liv. 41, 5. 2) 41, 7. 3) Alteri, quotiescunque postea commemorat, cognomen illud nusquam attribuit. 4) 41, 26. 5) 43, 2. 6) 41, 15. 7) 41, 27. cf. Lange R. A. II, p. 245. 261. 8) Cic. fam. 5, 2, 3. cf. Mommsen, Staatsr. II, 1, p. 207.

se Ti. Graccho dederant, pacati manserant M. Titinio praetore obtinente provinciam, rebellarunt sub adventum Ap. Claudii. cf. Obsequ. 10.

Comitiorum et provinciarum sortitionis mentio apud Livium hoc anno desideratur. Ap. Claudium et supplicationis honorem reportasse Livius auctor est et ovantem ingressum esse urbem idem Livius¹⁾ et fasti triumphales testantur. Ulteriore provinciam quis eo anno habuerit nescimus. Ap. Claudium utramque provinciam administrasse, si praecedentium et proximorum annorum consuetudinem respexeris, verisimile non est. Ex iis autem praetoribus, quorum notitiam ex Livio perceptam habemus²⁾, si quid conicere licet, quominus T. Annium Lusum, qui legatus cum Ap. Claudio Centhone et Cn. Servilio Caepione in Macedoniam missus est a. 582³⁾, Hispaniam obtinuisse putemus nihil impedit.

580. P. Furius Philus }
Cn. Servilius Caepio } praet.

Liv. 41, 21. Cn. Servilio Caepioni in Hispaniam ulteriorem et P. Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum, equites centum quinquaginta et socium Latini nominis quinque millia peditum, trecenti equites (decreta).

Philus postea ab Hispanis accusatus est⁴⁾, Caepio, cuius ad annum 579 mentionem fecimus, a. 585 consul fuit.⁵⁾

581. (N. Fabius Buteo praet.)

P. Furius Philus propraetor.

M. Matienus praet.

Liv. 42, 1. praetores deinde provincias sortiti sunt — N. Fabius Buteo Hispaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem. — ib. 4. Ex praetoribus, qui in provincias ierant, N. Fabius Massiliae moritur, cum in citeriorem Hispaniam iret. itaque cum id nuntiatum a Massiliensibus legatis esset, senatus decrevit, ut P. Furius Philus

1) Liv. 41, 28.

2) 41, 25. 28. 42, 9.

3) 42, 25.

4) 43, 2.

5) 43, 11.

et Cn. Servilius, quibus succedebatur, inter se sortirentur, uter citeriorem Hispaniam prorogato imperio obtineret. sors opportuna fuit, ut P. Furius idem, cuius ea provincia fuerat, remaneret.

Matienus simul cum Philo repetundarum accusatus est.¹⁾

582. M. Iunius Pennus }
Sp. Lucretius } praett.

Liv. 42, 10. praetoribus quoque in Hispaniam supplementum petentibus negatum M. Iunio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem.

Hos senatum cum precibus diu fatigassent tandem impetrasse, ut supplementum sibi ad exercitum daretur, in praefatione attigimus.²⁾ M. Iunius Pennus a. 587 ad consulatum pervenit³⁾, Lucretius a. 585 sub Q. Marcio Philippo consule in Macedonia pugnavit.⁴⁾

583 (—584?). L. Canuleius Dives praetor utriusque provinciae.

Liv. 42, 28. his praetoribus provinciae decretae, duae iure Romae dicundo, Hispania et Sicilia et Sardinia, ut uni sors integra esset, quo senatus censisset. — ib. 43, 2. Hispaniae deinde utriusque legati aliquot populorum in senatum introducti — — cum et alia indigna quererentur, manifestum autem esset pecunias captas, L. Canuleio praetori, qui Hispaniam sortitus erat, negotium datum est, ut in singulos, a quibus Hispani pecunias repeterent, quinos reciperatores ex ordine senatorio daret patronosque quos vellent sumendi potestatem faceret.

Utraque provincia uni praetori commissa est ob bellum Macedonicum. De quaestione repetundarum quae memoratu digna esse videntur paucis commemorabo. Accusati erant M. Titinius (576—578), P. Furius Philus (580—581), M. Matienus (581), quorum primus bis ampliatus et denique absolutus est, reliqui duo in exsilium se contulerunt. Patroni erant Hispanorum M. Porcius Cato (559), P. Cornelius Scipio

1) Cf. ad a. 583.

2) Cf. Liv. 42, 18.

3) 45, 16.

4) 44, 7.

(560), L. Aemilius Paulus (563—564), C. Sulpicius Gallus praetor anni 584. Id tantum accusatores perfecerunt, ne frumenti aestimationem magistratus Romanus haberet neve cogeret vicesimas vendere Hispanos, quanti ipse vellet, denique ne praefecti ad pecunias cogendas in oppidis collocarentur. Quo privilegio quanto Hispaniae sors quam reliquarum provinciarum atque inprimis Siciliae praestantior reddita sit, non opus est pluribus demonstrare.¹⁾ Eodem anno altera Hispanorum legatio Romam venit, cui senatus concessit, ut ex Romanis militibus Hispanisque mulieribus nati Carteiam coloniam Latinam deducerentur²⁾, quam civitatem simili condicione conditam esse atque Italicam exposuit Mommsenus.³⁾

Quae Livius de comitiis et sortitione provinciarum proximi anni narraverat, magna libri XLIII post caput tertium lacuna interciderunt. Quae sequitur narratio mutila de tumultu quodam a praetore sedato, ad ea, quae paucis verbis de Olonici in Hispania tumultu ducis morte finito in epitome libri narrantur, pertinere maxime probabile est. Res autem in Hispania gestas cum Livius non ante reliquas narrare soleat⁴⁾, praetor ille, qui tumultum Hispaniensem sedavit, non aliquis eorum, qui in annum 584 creati erant, sed Canuleius fuisse mihi quidem videtur.⁵⁾ Iam circumspiciendum est, num quis illi eo anno successerit. Praetores quidem noti sunt L. Hortensius, quem Livius eodem capite commemorat, M. Raecius praetor urbanus⁶⁾, Q. Maenius Torquatus peregrinus⁷⁾, fortasse praetores fuerunt etiam Q. Aelius Paetus cos. 587⁸⁾ et T. Manlius Torquatus pontifex⁹⁾ et C. Hostilius Tubulus legatus 587¹⁰⁾; sed provinciae eorum incertae sunt. Verum tamen cum bello Macedonico compluribus ducibus opus esset, facile praetori prioris anni in Hispania imperium prorogatum est, cum praesertim

1) Cf. Cat. or. 31. Cic. Verr. accus. 3, 6, 12. 2) Liv. 43, 3. 3) R. G. II, 4. cf. Liv. 28, 30. 4) Cf. praef. p. 73. 5) Quod Florus (2, 17, 13 sqq.) persimilem narrationem de Olyndico multo posteriore tempore affert et consulis castra dicit, ad A. Atilium Serranum consulem anni 584 referres, nisi Livius (43, 4) diserte praetorem diceret. 6) Liv. 43, 9. 7) 43, 6. 8) 45, 16. 9) 43, 11 extr. 10) 44, 19. 29.

Canuleium a. 583 paucos admodum menses res ibi gessisse e praecedentibus manifestum sit.

585. M. Claudius Marcellus praetor utriusque provinciae.

Liv. 43, 15. nam praetores propter iuris dictionem maturius sortiti erant — — Hispaniam M. Claudius Marcellus.

Recte quidem Mommsenus¹⁾ dixit: 'M. Claudius Marcellus, der schon als Praetor 586 sich in Spanien ausgezeichnet hatte', sed cavendum est, ne falso interpreteris. Praetor enim quamvis Marcellus a. 585 fuerit, provinciae tamen administratio atque quae praeclare in Hispania gessit, magnam partem in annum sequentem cadunt.²⁾ Est autem Marcellus insignis ille, qui tertium consul in Hispania iterum pugnavit.³⁾

586. P. Fonteius Balbus praetor utriusque provinciae.

Liv. 44, 17 extr. praetoribus praeter duas iurisdictiones in urbe classis et Hispania et Sicilia et Sardinia provinciae nominatae sunt — — — P. Fonteius Hispaniam (est sortitus).

**587. Cn. Fulvius Gillo } praett.
C. Licinius Nerva }**

Liv. 45, 16 in. Q. Aelio M. Iunio consulibus de provinciis referentibus censuere patres duas provincias Hispaniam rursus fieri, quae una per bellum Macedonicum fuerat. — — praetorum sortes fuere: — Cn. Fulvii Hispania citerior, C. Licinii Nervae ulterior.

C. Licinium Nervam cum T. Quinctio et M. Caninio Rebilo in Thraciam missum esse infra apud Livium legimus⁴⁾, sed neque de permutatione provinciarum neque de rebus in Hispania gestis quicquam invenitur; eundem autem Nervam utroque loco dictum esse, quod Drumannus⁵⁾ sibi persuasit, ut existimemus, nullo modo cogimur.⁶⁾

**588. ? A. Licinius Nerva } praett.
? P. Rutilius Calvus }**

1) R. G. II, p. 6. 2) Cf. de reditu eius Liv. 45, 4. 3) Cf. Cic. Pis. 19, 44. 4) 45, 42 extr. 5) IV, p. 196. 6) Librarii in praenomine aut cognomine eius, qui in Thraciam missus est, errasse videntur.

Liv. 13, 11. deinde praetores postero die L. Iulium, L. Appuleium Saturninum, A. Licinium Nervam, P. Nutilium Calvum, P. Quintilium Varum, M. Fonteium (sc. creaverunt). his praetoribus duae urbanae provinciae sunt decretae, duae Hispaniae, Sicilia ac Sardinia.

Quorum praetorum quam quisque provinciam obtinuerit, id parum certum est. Namque si quis dixerit Livium hic in appellandis provinciis eundem atque in praetoribus secutum esse ordinem, quamquam de provincialium sortitione hic nondum agitur, potest sane anni 586 narrationem similem repetere, quo Livius designatorum praetorum quartum nominat P. Fonteium Balbum, deinde provincialium a senatu nominatarum iterum quartam habet Hispaniam, quam P. Fonteium sortitum esse paulo post idem dicit; atque idem de reliquis eius anni praetoribus et provinciis valet.¹⁾ At contrarium exemplum praecedens annus praebet, quo M. Claudius Marcellus praetor secundo loco, Hispania, quam sortitus esse postea dicitur, tertio loco nominatur²⁾; atque huiusmodi permulta exempla exstant.

Livii narratione hic abrupta fastorum quoque nostrorum magnae incipiunt lacunae, quoniam ex epitomis Livianarum historiarum ceterisque libris pauca admodum erui possunt. Ex praetoribus, quos paucos inter annos 589 et 598 Wehrmannus³⁾ in fastis suis praetoriis affert, ne unum quidem habeo dicere, qui Hispaniae praefuerit. Sed duo proconsules appellandi sunt, quorum memoria inscriptionibus in Hispania repertis conservata est, quos, quamquam de tempore non constat, hic aptissime inserere fastis videar.

Q. Fabius Labeo (*praet.*) procos.

C. I. L. II, n. 4924 (4925) = I, n. 1484 (1485)

Q · FABIVS · Q · F · LABEO

PRO · COS

XCH

1) Liv. 44, 17. 2) 43, 11. cf. 15. 3) Fasti Praetorii ab a. u. 588 ad a. u. 710. composuit P. Wehrmann. Berol. 1875.

Mommsenus et Huebnerus ex litterarum ductu id quidem statuerunt certe liberae rei publicae tempore, probabiliter saeculo urbis septimo inscriptionem illam factam esse et cum Quinti filius Labeo dicatur, fortasse consulis anni 571 filium eum fuisse, de quo Cicero ¹⁾ dicit: 'Sed vivo Catone minores natu multi uno tempore oratores fuerunt — — Quintusque Fabius Labeo fuit ornatus iisdem fere laudibus.' Praetor videtur fuisse proconsulari imperio.

M'. Sergius (*praet.*) procos.

C. I. L. II, n. 4956 = I, n. 1486.

M' · SERGI · M' · f

PRO COS

XXI

Consul huius nominis cum in fastis non reperiatur, praetorem Sergium proconsulari imperio fuisse apparet, aetas eius pariter incerta est ac Q. Fabii Labeonis, nisi 'Sergi' pro 'Sergius' forma brevis aliquanto antiquiorem eam indicat.

Utrumque proconsulem aut citeriorem Hispaniam aut coniunctas provincias obtinuisse loca docent, ubi inscriptiones inventae sunt.

599? M'. Manilius

600. L. Calpurnius Piso } praett. (ult. H.)

App. Ib. 56. τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου μέρος ἄλλο Ἰβήρων αὐτονόμων, οἱ Λυσιτανοὶ καλοῦνται, Πουνίκου σφῶν ἡγουμένου τὰ Ῥωμαίων ὑπήκοα ἐλήζοντο καὶ τοὺς στρατηγούοντας αὐτῶν Μανιλίον τε καὶ Καλπούρνιον Πίσωνα τρεψάμενοι κτείνουσιν ἑξαχισηιλούς καὶ ἐπ' αὐτοῖς Τερέντιον Οὐάργωνα ταμίαν. cf. Liv. ep. 47. Obsequ. 17.

Quisquis Appiani verba legerit, facile concludat duos praetores uno proelio fusos esse, sed vereor, ne minus recte id dicamus.²⁾ Maxime enim offendit, quod Appianus, cum inde a capite quadragesimo altero res a citerioris provinciae imperatoribus gestas rettulerit, hic, ubi ulterioris provinciae bella

1) Brut. 21, 81.

2) Cf. Mommsen R. G. II, 4.

persequitur, ceterioris praetorem immiscere videtur nullo verbo distinctum. Contra non alienum ab Appiani festinatione videtur, si duorum annorum res uno enuntiato coniunctas ab eo esse statuimus.¹⁾ Accedit, quod in Livii epitome dicitur: 'praeterea res in Hispania a compluribus parum prospere gestas continet'; deinde motum Hispaniensem effecisse, ut magistratus inde ab a. 601 Kalendis Ianuariis inirentur, comperimus. Itaque iam ante annum 600 male pugnatum erat, quod Obsequens tentatur. Quare et Manilius (cos 605) et Pisonem (cos 606?) ulteriori Hispaniae praefuisse, alterum a. 599, alterum 600 permissum habeo.

601. Q. Fulvius Nobilior cos.

1. Mummius praet.

App. Ib. 44. ἔτεσι δ' οὐ πολλοῖς ὕστερον πόλεμος ἄλλος ἠγέρθη περὶ Ἰβηρίαν — — ib. 45. στρατηγὸς οὖν ἐπ' αὐτοὺς Νωβελίων ἐπέμπετο μετὰ στρατιᾶς οὐ πολὺ τρισμυρίων ἀνδρῶν ἀποδεύσης. — ib. 56. οὗτος ὁ Καίσαρος Μουμίου μετὰ στρατιᾶς ἄλλης ἐπελθόντι ἀπὸ Ρώμης ἐς μάχην συνηρέχθη καὶ ἠττώμενος ἔφυγεν. cf. Eutr. 4, 9. Diod. 31, 42 Dind.

De Q. Fulvio Nobiliore consule supra iam dictum est, quem post Mummius praetorem in Hispaniam pervenisse neque Mommseno²⁾ neque Langio³⁾ assentiri possum. Neque enim Mummii clades Bellos, propter quos consul in Hispaniam missus est, ad res novandas permovit, sed Bellis iam compulsis Arevacos ad auxilium iis ferendum.⁴⁾ Consul complures clades accepit, Mummius vitio virtute emendato a. 602 triumphavit.⁵⁾

602. M. Claudius Marcellus cos. III

M. Atilius Serranus praet.

App. Ib. 48. τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους Νωβελίωνι μὲν

1) Cf. p. 87, adn. 2. 2) R. G. II, 5. 3) R. A. II, 322. coll. p. 298.

4) App. Ib. 56. Diod. 31, 42; quorum alter signa Mummii per totam Celtiberiam circumlata esse, alter Lusitanorum victoria Arevacos elatos bellum contra Romanos suscepisse tradit. — Eutropius parum diligens scribit: 'Insequenti anno L. Mummius in Hispania pugnavit', cum modo de Prusia Romae commorante dixerit. 5) App. Ib. 57.

ἐπὶ τὴν στρατηγίαν ἀφικνεῖται διάδοχος Κλαύδιος Μάρκελλος. cf. Pol. 35, 1—4. Liv. ep. 48. Entr. 4, 9. Obsequ. 18.

App. Ib. 58. ἐκδέχεται δ' αὐτὸν (Mummium) Μάρκος Ἀτίλιος, ὃς Λυσιτανῶν μὲν ἐς ἑπτακοσίους ἐπιδραμῶν ἀπέκτεινε. cf. Oros. 4, 21.

Marcellus compluribus annis ante praetor Hispaniam strenue administraverat; deinde consul factus erat a. 588, iterum 599, tam tertium, et cum consilio magis quam armis Celtiberos subigere vellet, Romae criminabantur eum, quod bellum timeret, et successorem ei miserunt.¹⁾ Cordubae eum hiemasse cum Appianus praetereat, apud Polybium legimus.²⁾

603—604. L. Licinius Lucullus cos.

Ser. Sulpicius Galba praet.

App. Ib. 49. ὧν ἐστρατήγει Λικίνιος Λούκουλλος ὑπατος, πρεσβευτῇ χρώμενος Κορνηλίῳ Σκιπίωνι τῷ Καρχηδόνα μετ' οὐ πολὺ ἐλόντι καὶ Νομαντίαν ὕστερον. cf. Pol. 35, 3. 4. Liv. ep. 48. Flor. 2, 17, 11.

App. Ib. 58. οὗς (Lusitanos) ἐπειγόμενος ἐξελεῖν τῆς πολιορκίας Σερούσιος Γάλβας δ' Ἀτιλίου διάδοχος ἡμέρα μίᾳ καὶ νυκτὶ πεντακοσίους σταδίους διελθὼν ἐπιφαίνεται τοῖς Λυσιτανοῖς. cf. Liv. ep. 48. Cic. Brut. 23, 89. Suet. Galb. 3.

Utrumque imperatorem priore anno rebus haud bene gestis in Hispania ulteriore hiemasse, alterum in Turdetania, Conistorgi alterum Appianus³⁾ tradidit. Proximo anno num imperium iis prorogatum sit, quaeritur. Auctor nullus diserte dicit: sed quae fecisse eos constat, facile integrum annum consumunt, atque rogatio illa tribunicia, qua Galba in ius vocabatur, sine dubio in annum 605 cadit.⁴⁾

605? C. Vetilius praet.

606? C. Plautius Hypsaeus praet.

607? × Claudius Unimanus praet.

608. C. Nigidius Figulus praet.

1) Pol. 35, 3. 4. App. Ib. 49. 2) 35, 2. 3) Ib. 55. 58. 4) Quam-

Leipziger Studien. I.

... ἐπὶ δὲ ἕστερον ἔσοι διέφυγον ἐκ
 ... καὶ Γάλθα παρανομήσεως ἀλισθέντες
 ... Ἰνδοτανίαν κατέτρεχον. καὶ αὐτοῖς
 ... ἐπελθὼν Γάιος Οὐέλκιος ἄγων τέ τινα
 ... ἄλλων καὶ τοὺς ἐν Ἰβηρίᾳ προσλαβὼν — —
 ... προνομεύουσι. cf. Diod. 33, 1.

Liv. ep. 52. Viriathus in Hispania primum ex pastore
 venator, ex venatore latro, mox iusti quoque exercitus
 dux factus totam Lusitaniam occupavit, C. Vetilium
 praetorem fuso eius exercitu cepit, post quem C. Plautius
 praetor nihilo felicius rem gessit. tantumque ter-
 roris in hostis intulit, ut adversus eum consulari opus
 esset et duce et exercitu. cf. App. Ib. 64. Oros. 5, 4.

Oros. 5, 4. Post etiam Claudius Unimanus cum magno
 instructu belli contra Viriathum missus quasi pro ab-
 olenda superiore macula turpiorem auxit ipse infamiam.
 cf. Flor. 2, 17, 16.

auct. d. vir. ill. 71. Viriathus — — bellum adversus
 Romanos sumpsit eorumque imperatorem Claudium
 Unimanum, dein C. Nigidium oppressit.

Coniunximus quattuor hos homines, quoniam omnes ulte-
 rioris provinciae praesides fuisse confidimus. Mommsenus¹⁾
 aliter censet et sic fere de ea re argumentatus est: Viriathum
 constat primum in proelio contra Vetilium commisso Lusita-
 norum ducem exstitisse²⁾ et anno 615 mortuum esse³⁾; atqui
 Diodorus et Orosius nullam eius mentionem faciunt, nisi post
 Corinthi deletae narrationem, et Appianus⁴⁾ octo annos eum
 Lusitanis praefuisse dicit; ergo Vetilius a. 607 partim, partim
 608 in Hispania erat, reliquorum trium unus vel alter citerioris
 erat provinciae praetor, cum Viriathus non in ulteriore solum
 Hispania pugnaret.⁵⁾ Quibus argumentis haec opponam: primum

quam Cicero (Att. 12, 5, 3) de anno, quo Scribonius Libo tribunus fuerit,
 dubitare videtur; vide tamen Brut. 23, 89. 15, 61. Plinius (9, 48) quem
 Lucullum Baeticae proconsulem dicat nescio. 1) R. G. II, 9. Nobiscum
 facit Zumpt, stud. Rom. p. 10 sq. 2) App. Ib. 61. Liv. ep. 52. Oros. 5, 4.
 Diod. 33, 1, 3. 3) Diod. 33, 21. vid. infr. 4) Ib. 72. 5) Liv. ep. 52.

Livius non contendit inde ab initio belli Viriathum in utraque provincia pugnasse, immo in citeriore bellum excivisse a. demum 611 Appianus¹⁾ refert; deinde si Diodorus Viriathum non ante Corinthum captam commemorat, non ideo contendam de tempore utique posteriore agi; immo Diodorus res in Africa et in Graecia gestas absolvere voluisse, novo libro novum bellum altius paulo repetiisse videtur²⁾, neque potuit is a. demum 608 bellum illud ortum esse existimare, qui usque ad Viriathi mortem a. 615 annos undecim ratiocinando effecerit.³⁾ Orosii autem si testimonio niti volumus, qui sane dicit: 'iisdem consulibus', h. e. quo anno Carthago et Corinthus deletae sint, 'Viriathus Romanis maximo terrori fuit', deinde imperatores Vetilium, Plautium, Claudium Unimanum appellat: ne inde quidem a. 608 primum Viriathum pugnasse concedam necesse est. Sed si quis belli initium tum fuisse statuit, ideo fortasse fecit, quod a. 609 consulari imperio atque exercitu a Romanis bellum susceptum est. Tertium, quod ad annorum numerum attinet, Diodori rationem iam ostendimus, a qua paululum recedunt Iustinus⁴⁾ et Velleius⁵⁾, qui decem praebent; Livius⁶⁾ et qui eum exscripserunt⁷⁾ cum quattuordecim tradunt, non prorsus falsi sunt, quippe qui bellum totum ab a. 601, quo primum consul in Hispaniam missus est, repetant. Denique praetorum numerus plus valere videtur quam annorum, quos alius aliter ratiocinando computat. Nullo vero pacto licet, id quod Mommseno accidit, tres praetores uni anno tribuere, nisi certi scriptoris testimonium praesto est. Id enim Appianus diserte dixit Plautium Hypsaeum post mortuum Vetilium missum

1) Ib. 66. postquam Q. Fabius Aemilianus bellum strenue gessit.
 2) 32, 27, 33, 1. Similia exempla collegit Dindorf ed. Diod. vol. V, p. 221 sqq.
 3) 33, 21^a. 4) 44, 2. 5) 2, 90, 3; nisi viginti eum scripsisse mavis, quo numero, si bellum Numantinum computatione complectimur, in eundem annum belli incobati, quem Livius praebet, reducimur. cf. Strab. 3, 4, 13. 6) ep. 54. 7) Eutr. 4, 16. Oros. 5, 4. Flor. 2, 17, 15. Quid sibi velit iste, quod scribit Olyndicum initio belli Lusitani castra consulis aggressum esse, neque apud editores explicatum inveni neque ipse (cf. p. 92, adn. 5) satis explicare potui. Idem belli Numantini annos undecim enumerans (2, 18, 2) nescio an Viriathinum bellum et illud confundat.

C. Laelium (Mantium) unimanum Orosius, post Clau-
 dium Ciceronem Ciceronem auctor de viris illustribus: tum denique
 Ciceronem Ciceronem Ciceronem consentiunt. Plautium propter
 Ciceronem Ciceronem Ciceronem in exilium se contulisse
 Ciceronem Ciceronem Ciceronem de reliquis nihil praeterea notum est.
 C. Laelius (Sapiens) praet.
 Q. Fabius Maximus Aemilianus cos.

Cic. Lael. 21. Atque, ut ad me redeam, meministis
 Q. Maximo et L. Mancino coss. quam popularis
 lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur — —
 Ciceroni actum est praetore me quinquennio ante quam
 Ciceroni sum factus.

Cic. off. 2, 11, 40. Viriathus Lusitanus — —, quem
 C. Laelius, is qui Sapiens usurpatur, praetor fregit et
 comminuit ferocitatemque eius ita repressit, ut facile
 bellum reliquis traderet. cf. Brut. 21, 84.

App. Ib. 65. ὡν οἱ ἐν ἄστει Ῥωμαῖοι πυνθανόμενοι
 Φαβίον Μάξιμον Αἰμιλιανὸν Αἰμιλίου Παύλου τοῦ
 Περσέα τὸν Μακεδόνων βασιλέα ἀνελόντος υἱὸν ἔπεμ-
 νον ἐς Ἰβηρίαν. — — μετὰ δὲ χειμῶνα γυμνασ-
 μένῳ τῷ στρατῷ τρέπεται [δευτερος ὕδρ] τὸν Οὐρί-
 αθρον καλῶς ἀγωνισάμενον καὶ πόλεις αὐτοῦ δύο τὴν
 μὲν διήρπασεν τὴν δὲ ἐνέπηρσεν, αὐτὸν τε φεύγοντα
 ἐς χωρίον ᾧ ὄνομα ἦν Βαικὸρ διώκων ἔκτεινε πολ-
 λούς· καὶ ἐχειμαζεν ἐν Κορδύβῃ δευτερον ἔτος ἤδη
 στρατηγῶν τοῦδε τοῦ πολέμου. cf. Diod. 33, 1, 3.
 Liv. ep. 52. Val. Max. 6, 4, 2.

Neque Appianus, qui capite 76 ad citerioris Hispaniae res
 inde ab a. 611 gestas revertitur, neque alius auctor praeter
 Ciceronem Laelii administrationem Hispaniensem commemorat;
 e Ciceronis autem locis neque concludendum est Laelium non
 ante 611 in Hispaniam profectum esse²⁾ neque, quod praetor
 dicitur, unum tantum annum ibi fuisse³⁾, immo videtur una

1) 33, 2. 2) Cf. Hoffmann, de Viriathi Numantinoque bello, Gryphis-
 waldiae 1866, p. 41. 3) Cf. Zumpt, stud. Rom. p. 12.

cum consule et advenisse et rediisse. De Aemiliano satis apud Appianum legitur. In miro illo additamento δεύτερος ὕδρ, quod nescio an e sequentibus vocabulis δεύτερον ἔτος irrepserit, Hoffmannus¹⁾ latere suspicatur Laelii victoriam, quam auspiciis consulis a Viriatho reportaverit, quamquam Laelius antea ab Appiano nullo verbo commemoratur.

611—612. Q. Caecilius Metellus cos.

611. × Quinctius praet.

App. Ib. 76. ἐπάνεισι δ' ἐς τὸν Ἀρουακῶν καὶ Νομαντιῶν πόλεμον ἡ γραφή, οὗς Οὐρίαιθος μὲν ἡρέθισεν ἐς ἀπόστασιν, Καικίλιος δ' αὐτοῖς Μέτελλος ἀπὸ Ῥώμης ἐπιπεμφθεὶς μετὰ πλέονος στρατοῦ Ἀρουακοὺς μὲν ἐχειρώσατο. cf. auct. d. v. ill. 41, 3—5. Eutr. 4, 16. Liv. ep. 53. Front. 3, 7, 3.

App. Ib. 65. καὶ τάδε μὲν ὁ Αἰμιλιανὸς ἐργασάμενος ἐς Ῥώμην ἀπῆρε, διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν Κοϊντίου.

Q. Caecilium Metellum Q. Fabio Maximo succedere iussum propter Arevacorum tumultum in citeriore provincia remansisse dicit Mommsenus.²⁾ Quod si verum esset, Quinctium praetorem ignavum, quem Aemiliani locum obtinuisse idem Mommsenus³⁾ confitetur, a consule, non a senatu in ulteriorem provinciam missum esse existimare nos oporteret, quod quamquam fieri potuisse Catonis exemplum docet, Appiani narrationi contrarium est. Praetoris nomen Κοϊντίου, quod Appianus tradidit, cum non conveniat cum eo quod sequitur Πομπηίου τοῦ Αὔλου, hic et praeterea ter in Κοϊντίου mutatum est⁴⁾, iniuria quidem: nam Q. Pompeius A. f. consul a. 613 non potest praetor a. 611 in Hispania ulteriore esse; propraetorem autem eum fuisse⁵⁾ neque quisquam tradidit neque per se veri simile est; delendum est haud dubie Πομπηίου τοῦ Αὔλου, quod ex sequentibus anticipatum videtur⁶⁾, retinendum Κοϊντίος, cum praesertim Appianum ter praenomen tantum scripsisse nemo

1) Zumpt l. l. * 2) R. G. II, 13. 3) Ib. p. 11. 4) Cap. 66 sq. 5) Drumann IV, p. 307. Hoffmann l. l. p. 41. Quintus hic erat annus post primam quaestionem perpetuam institutam neque tum, quod lege Cornelia sancitum est, usitatum. 6) Ib. 76.

crediturus sit. Offendit tamen, quod eodem loco legitur *ἑτέρῳ στρατηγῷ Ῥωμαίων Κοιντίῳ συνεπλέκετο*, quibus verbis auctor, postquam de altera provincia mentionem interposuit, ad illud *διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν Κοιντίου* revertitur; itaque articulo τῷ ante *ἑτέρῳ* vix possumus carere. Metello quae inimicitiae cum successore fuerint, non est quod pluribus exponamus¹⁾; prorogatum ei esse imperium et ex eo, quod proconsul dicitur²⁾, et ex tota illius temporis ratione facile perspicitur.

612—613. Q. Fabius Maximus Servilianus cos. ult. H.

App. Ib. 67. *τοῦ δ' ἐπιόντιος ἔτους Κοιντίῳ μὲν ὁ ἀδελφὸς Αἰμιλιανοῦ Φάβιος Μάξιμος Σερουιλιανὸς ἦλθεν ἐπὶ τὴν στρατηγίαν διάδοχος.*

Liv. ep. 53. a Q. Fabio proconsule pars magna Lusitaniae expugnatis aliquot urbibus recepta est. — —
ib. 54. Q. Fabius proconsul rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit pace cum Viriatho aequis condicionibus facta. cf. Flor. 2, 17, 17.

Q. Fabius Maximus Servilianus cum duabus epitomis Livianis proconsul appelletur et consul anni 614 ei successor sit, non dubium est, quin ei imperium in annum 613 prorogatum sit.

613—614. Q. Pompeius A. f. cos. cit. H.

App. Ib. 76. *Μέτελλος μὲν δὴ κατὰ χειμῶνα τὴν στρατιὰν Κοιντίῳ Πομπηίῳ Αὔλου υἱῷ διαδόχῳ τῆς στρατηγίας οἱ γενομένῳ παρέδωκεν.*

App. Ib. 79. *παραγενομένου δ' αὐτῷ διαδόχου Μάρκου Ποπιλίου Λαίνα οἱ μὲν ἔφερον τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων.* cf. Diod. 33, 17. Liv. ep. 54. Flor. 2, 18, 4. Dio fr. 77 Dind.

Pompeius cum pacem cum Numantinis iniquis condicionibus fecisset, successoris convicia senatusque poenam veritus ad mendacium confugit et Romae precibus impetravit, ut im-

1) Cf. Lange R. A. II, 320. Drumann IV, 308. 2) Liv. ep. 53. cf. Val. Max. 7, 4, 5. 9, 3, 7.

punitus evaderet.¹⁾ Foedus autem ab eo factum senatus diremit.²⁾

614—615. Q. Servilius Caepio cos. ult. H.

App. Ib. 70. ὁ γὰρ ἀδελφὸς Σερουιλιανοῦ τοῦ ταῦτα συνθραμμένου Καιπίων διάδοχος αὐτῷ τῆς στρατηγίας γενόμενος διέβαλλε τὰς συνθήκας. cf. Diod. 33, 21. Vell. 2, 1. auct. d. v. ill. 71, 3. 4. Liv. ep. 54. Dio fr. 78. 80. Eutr. 4, 16.

615—616. M. Popilius Laenas cos. cit. H.

App. Ib. 79 (vid. supr.). καὶ ὁ Ποπίλιος ἐνέβαλεν ἐς τοὺς γειτονας αὐτῶν Λούσονας, οὐδὲν δ' ἐργασάμενος (ἦκε γὰρ αὐτῷ διάδοχος ἐπὶ τὴν στρατηγίαν Ὅστιλιος Μαγκίνος) ἀνέξεν ἐς Ῥώμην. cf. Diod. 33, 19. 21. Vell. 2, 1. Dio fr. 75 Dind. Liv. ep. 55. Flor. 2, 17, 17. auct. d. v. ill. 71, 4.

Discrepantiae auctororum, quorum nonnulli, ut Florus auctor de viris illustribus Dio Popilium Laenatem proeliis cum Numantinis nondum commissis contra Viriathum pugnasse vel de pace cum eo egisse vel interficiendum eum curasse narrant, cum secundum Appianum Laenatis expeditio non pertineat ad Viriathum, Diodori narratione ita explicantur, ut Viriathus, cum a. 614 a Caepione superatus esset, anno proximo, quo Caepio cum Callaecis pugnaret, Laenas illum urgeret, cum utroque de pace egerit, interfectus autem sit per eos, quos Caepio³⁾ subornasset. A. 616 Popilius Laenas bellum contra Numantinos renovavit.⁴⁾

616—617 (?621). D. Iunius Brutus cos. ult. H.

App. Ib. 73. ὁ μὲν δὴ Οὐριάτθου πόλεμος ἐς τοῦτο ἐτελεύτα καὶ ζήλω τῶν ἔργων Οὐριάτθου τὴν Λυσι-

1) Cic. off. 3, 30, 109. cf. de rep. 3, 18, 28. 2) App. Ib. 79. Supra Πομπηίῳ Ἀύλου νίῳ scripsimus pro Πομπηίῳ [Ἀύλῳ], quod Bekker restituere omisit.

3) Caepio, Fabii, Scipio Aemilianus hoc modo fratres vocantur: P. Cornelius Scipio. L. Aemilius Paulus. Q. Fabius Max. Q. Servil. Caepio P. Corn. Scipio Aemilian. Q. Fab. Max. Aem. Q. Fab. Max. Serv. Q. Servil. Caepio.

4) Diod. 33, 19. Liv. ep. 55.

ταύτην ἀποστολὴν οὐλλὰ ἄλλα ἐπιτρέχοντα ἐπόρθει.
 Σὺν τῷ δὲ Τυρρῶτι Βροῦτος ἐπὶ ταῦτα πεμφθεὶς ἀπέ-
 στειλέν τε καὶ διασκεῖν διὰ χώρας μακρᾶς. cf. Diod.
 88, 24-26. Vell. 2, 5. Liv. ep. 55. Eutr. 4, 19.

Argyriatus errat in Bruti praenomine.¹⁾ Quot annos in
 Hispania remanserit Brutus, ambigitur. Qui Eutropium se-
 cundae triumphum eius ponunt in anno quarto decimo
 post Scipionis triumphum de Carthagine actum, h. e. 622²⁾,
 et sanctum imperium eum obtinuisse fortasse credunt, quod
 Romani cum Hispania decertare cupiverint, cui rei perficien-
 dae Brutus et Scipio viri maxime idonei visi sint. Quid enim?
 Brutus non Lusitanos solum pacavit et reliquiis exercitus Vi-
 rianthini domicilia assignavit, sed etiam cum Callaecis signa
 cepit et una cum M. Aemilio Lepido contra Vaccaeos pro-
 ceptus est a. 618³⁾, denique fama eius per totam Hispaniam
 percrebruit.⁴⁾ Neque inaudita in Hispania tot annorum ad-
 ministratio est, ut mox videbimus in T. Didio et in P. Licinio
 (Traian. De imperio eius (prorogato) in urbe actum esse testi-
 monio est Scipionis Africani de imperio D. Bruti oratio a
 Nesto⁵⁾ commemorata. Alii⁶⁾ Eutropii testimonio spreto⁷⁾ tri-
 umphasse Brutum contendunt a. 618, quod et biennio admi-
 nistrationis tum usitato consentaneum est et Appiani⁸⁾ verbis
 probatur: ὅσα Σκιπίων τε ἔλαβε καὶ Βροῦτος πρὸ τοῦ Σκι-
 πίωνος ὑπηγάγετο ἢ ἐχειρώσατο. Id mihi quoque magis quam
 prior sententia placet.

617. C. Hostilius Mancinus

M. Aemilius Lepidus Porcina

618. L. Furius Philus

619. Q. Calpurnius Piso

} coss. cit. H.

1) Cf. Liv. ep. 55. Cic. legg. 3, 9, 20. 2) Drumann IV, 8. Zumpt
 l. l. p. 13. contra ac p. 62, ubi a. 618 scribit. cf. Liv. ep. 59. quamquam
 annum 621 Eutropii verba non excludunt. 3) Conferas, quae de Lepido
 infra dicta sunt. 4) Cf. Strab. 3, 3, 1. 4, 7. Val. Max. 6, 4, 3. C. I.
 L. II, passim. 5) p. 241. 6) Lange R. A. II, 328. Borghesi V, 170.
 7) Videtur enim fontis sui verba exscripta male cum Scipionis triumpho
 coniunxisse. 8) Ib. 99. in fastis triumphalibus anni 600—624 inter-
 cederunt, ut nesciamus, quid in iis de Bruti triumpho dictum fuerit.

App. Ib. 80 (cf. 79). οἱ δ' ἐν ἄστει πυθόμενοι χαλεπῶς ἔφερον ὡς ἐπὶ αἰσχίσταις πάνυ σπονδαῖς καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων Αἰμίλιον Λέπιδον ἐς Ἰβηρίαν ἐξέπεμπον, Μαγκίνον δ' ἀνεκάλουν ἐς κρίσιν. cf. Liv. ep. 55. Eutr. 4, 17. Flor. 2, 18, 5. Diod. 33, 27. Dio. fr. 79 Dind.

App. Ib. 83. καὶ τάδε μὲν ἦν περὶ τὸν Αἰμίλιον, Ῥωμαῖοι δ' αὐτὰ πυθόμενοι τὸν μὲν Αἰμίλιον παρέλυσαν τῆς στρατηγίας τε καὶ ὑπατείας καὶ ιδιότης ἐς Ῥώμην ἐπέστρεφεν καὶ χρήμασιν ἐπεξημιούτο — Μαγκίνον μὲν δὴ Φούριος ἀγαγὼν ἐς Ἰβηρίαν γυμνὸν παρεδίδου τοῖς Νομαντίνοις. cf. Liv. ep. 56. Dio fr. 82. Oros. 5, 5.

App. Ib. 83. στρατηγὸς δ' ἐπ' αὐτοὺς αἰρεθεὶς Καλπύρηνιος Πίσων οὐδ' ἤλασεν ἐπὶ Νομαντίαν, ἀλλ' ἐς τὴν Παλλαντίων γῆν ἐσβαλὼν καὶ μικρὰ δηρώσας χεῖμαζεν ἐν Καρρητανίᾳ τὸ ἐπίλοιπον τῆς ἀρχῆς. cf. Obsequ. 26.

Horum consulum quo quisque tempore in Hispaniam pervenerit, cum disceptare vix quisquam possit, quae traduntur brevi praecidamus. Mancinus cum Ti. Graccho quaestore potissimum auctore¹⁾ pacem turpem cum Numantinis confecisset, anno consulatus nondum circumacto — successor enim Lepidus consul et collega eius nominatur²⁾ — a senatu revocatus, postea Numantinis deditus esse dicitur; Lepidus autem sive eodem anno bellum Vaccaeis intulit sive proximo³⁾, quidquid Appianus hariolatur, summo consulis honore privari nequaquam potuit, potuit autem cogi imperium proconsulare deponere.⁴⁾ Successit ei L. Furius Philus consul, qui Mancinum Numantinis tradendum secum duxit; legatis utebatur Q. Caecilio Metello et Q. Pompeio consularibus viris et sibi et inter se inimicissimis.⁵⁾ In ulteriore provincia a Bruto pacata, siquidem Brutus

1) Plut. Ti. Gracch. 5—7. Dio fr. 83. Vell. 2, 2. 2) Diod. 33, 27. App. Ib. 80. 3) Liv. ep. 56. proconsulem dicit. 4) Cf. Lange R. A. I, 722. II, 551. 659. 5) Val. Max. 3, 7, 5. Dio fr. 82.

decessit ¹⁾, praetores inde ab anno 618 imperium tenuisse consentaneum est.

620—621. P. Cornelius Scipio Africanus cos. II ex plebiscito cit. H.

Liv. ep. 56. cum bellum Numantinum vitio ducum non sine pudore publico duraret, delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque Romano consulatus, quem cum illi capere ob legem, quae vetabat quemquam iterum consullem fieri, non liceret, sicut priori consulatu legibus solutus est. cf. App. Ib. 84. Flor. 2, 18, 8. Eutr. 4, 17. Vell. 2, 4, 2. Oros. 5, 7. auct. d. vir. ill. 58.

App. Ib. 99. *Ῥωμαῖοι δὲ ὡς ἔθος ἐς τὰ προσειλημμένα τῆς Ἰβηρίας ἐπεμψαν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρας δέκα τοὺς καταστησομένους αὐτὰ ἐς εἰρήνην ὅσα Σκιπίων τε ἔλαβε καὶ Βροῦτος πρὸ τοῦ Σκιπίωνος ὑπηγάγετο ἢ ἐχειρώσατο.*

Lex, qua Scipio solutus esse dicitur, a. 603 Catone auctore, ut videtur, lata est.²⁾ Appianus³⁾ de Scipionis aetate in errore versatur, cum scribit: ὁ δὲ καὶ τότε ἦν ἔτι νεώτερος τῆς νενομισμένης τοῖς ὑπατεύουσιν ἡλικίας. Natus enim est Scipio a. 569⁴⁾; tunc igitur quinquaginta annos compleverat. Numantiam quo tempore oppugnare inceperit quove expugnavit, cum viri docti dissentiant⁵⁾, de anno certe, quo triumphavit, constat. Dicit enim Cicero⁶⁾ de bello cum Aristonico gesto P. Licinio L. Valerio consulibus: 'Ita populus Romanus consuli potius Crasso quam privato Africano bellum gerendum dedit' et supra: 'quamquam erat Africanus, qui anno ante de Numantinis triumpharat'. Legati eum sequebantur Q. Fabius Maximus Aemilianus frater, Buteo patruelis⁷⁾; militabant sub eo C. Gracchus⁸⁾ et C. Marius⁹⁾; tribuni militum erant P. Rutilius Rufus et Sempronius Asellio, qui belli Numantini

1) Cf. p. 104. 2) Fest. p. 242. cf. Lange R. A. I, 712. 3) Ib. 84.
4) Plut. Aem. Paul. 22. 5) Cf. Mommsen R. G. II, 17. Hoffmann l. I. p. 68. 6) Phil. 11, 8, 18. 7) App. Ib. 90. 84. 8) Plut. Ti. Gracch. 13.
9) Plut. Mar. 3.

historiam postea scripserunt.¹⁾ Ut Scipio bello Numantino confecto fines provinciarum denuo constituit totamque Hispaniam una cum decem legatis pacavit, ita post bellum Sertorianum Pompeium provinciarum restitutorem videbimus.²⁾

630? Q. Fabius Maximus (Allobrogicus) praetor (*propraetor*).

Plut. C. Gracch. 6. Συνεβούλευε δὲ αἰεὶ τι τῶν ἐκείνη (sc. τῆ συγκλήτῃ) πρεπόντων εἰσηγούμενος· ὅλον ἦν καὶ τὸ περὶ τοῦ σίτου δόγμα μετριώτατον καὶ κάλλιστον, ὃν ἐπεμψε μὲν ἐξ Ἰβηρίας Φάβιος ἀντιστράτηγος. ἐκεῖνος δ' ἔπεισε τὴν βουλὴν ἀποδομένην τὸν σίτον ἀναπέμψαι ταῖς πόλεσι τὸ ἀργύριον καὶ προσεπαιτιάσασθαι τὸν Φάβιον ὡς ἐπαχθῆ καὶ ἀφόρητον ποιοῦντα τὴν ἀρχὴν τοῖς ἀνθρώποις.

Quo anno aut quot annos, utra in provincia Q. Fabius Maximus praetor vel propraetor fuerit, manifestum non est. Sed cum Fabius idem esse videatur, qui a. 633 consul factus est et postea Allobrogici cognomen reportavit, cum C. Gracchum a. 631 primum tribunum plebis post legem frumentariam perlatam³⁾ ea quae Plutarchus tradidit fecisse sit veri simile, recte Wehrmannus Fabium praetorem paulo ante annum 631 induxit, cum Pighius nimis confidenter citeriorem Hispaniam per annos 629 usque 631 eum obtinuisse declaret. Quod *ἀντιστράτηγος* appellatur, id non necessario complurium annorum administrationem indicat: potuit praeturae annus confectus esse, cum Romae de frumento ab illo misso ageretur.

Proximo anno Q. Caecilium Metellum consulem adversus Baliares profectum esse, quia ad Hispaniam ipsam non pertinet, verbo attigisse satis est.⁴⁾

640 (?641). C. Marius praet. ult. H.

Plut. Mar. 6. Μετὰ δὲ τὴν στρατηγίαν κληρῶ λαβὼν τὴν ἐκτὸς Ἰβηρίαν λέγεται καθᾶραι ληστηρίων τὴν ἐπαρχίαν ἀνήμερον οὔσαν ἔτι τοῖς ἐθισμοῖς καὶ θηριώδη καὶ τὸ ληστεύειν οὔπω τότε τῶν Ἰβήρων οὐχί

1) App. Ib. 88. Gell. 2, 13. 2) Cf. praef. p. 67 sq. 3) Liv. ep. 60. Vell. 2, 6. Plut. 1. 1. Diod. 34, 27. 4) Liv. ep. 60.

καλλίστον ἔγομείτων. cf.-Cic. off. 3, 20, 79. Verr. accus. 3, 90, 209.

C. Marius, quo anno praetor fuerit, aperte dicit Cicero ¹⁾: 'cum iam septimum annum post praeturam iaceret — —, Q. Metellum — — cum ab eo imperatore suo Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est', h. e. a. 646. Quare, nisi Plutarchus anachronismo, quem dicimus, deceptus legem Corneliam ad Marii administrationem Hispaniae transfert, provincia extra ordinem ei commissa est, quod propter quaestionum perpetuarum numerum auctum tum iam in usum venisse potest. ²⁾

642. L. Calpurnius Piso Frugi praet. ult. H.

App. Ib. 99. χρόνω δ' ὕστερον ἀποσιτάσεων ἄλλων ἐν Ἰβηρίᾳ γενομένων Καλπούρσιος Πίσων στρατηγὸς ἤρθε-θη καὶ αὐτὸν διεδέξατο μὲν Σερούσιος Γάλβας.

Cic. Verr. accus. 4, 25, 56. Ei, cum esset in Hispania praetor, qua in provincia occisus est, anulus aureus — — comminutus est — — aurificem iussit vocari in forum ad sellam Cordubae.

Piso filius est eius, qui a. 609 legem de repetundis tulit et a. 621 consul creatus est. ³⁾ Ceterum praetura eius terminatur tempore, quo successorem eius Hispaniam ulteriorem obtinuisse scimus.

643. Ser. Sulpicius Galba praet. ult. H.

App. Ib. 99. καὶ αὐτὸν διεδέξατο μὲν Σερούσιος Γάλβας, Κίμβρων δ' ἐπιστρατευτόνων τῇ Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ πολεμουμένης τὸν δεύτερον δουλικὸν πόλεμον στρατιὰν μὲν ἐς Ἰβηρίαν οὐκ ἔπεμπον ὑπ' ἀσχολίας, πρέσβεις δὲ ἀπέστελλον, οἱ τὸν πόλεμον ἔμελλον ὅπη δύναιτο καταθήσασθαι.

Galba consul a. 646 non post annum 643 praetor fuisse potest, alter terminus Calpurnii Pisonis praetura datur. Quare falso Zumptius ⁴⁾, qui consulibus omnibus provincias attribueret

1) off. l. 1. 2) Cf. Marquardt, Staatsverw. I, p. 378, n. 7. 3) Si suo anno, filius ante 602 natus esse vix potest. 4) Stud. Rom. p. 21.

studet, hunc quoque Galbam a. 646 Hispaniam obtinuisse vult, Pisonem a. 647, quem ab Appiano Galbae successorem appellari errore nescio quo dicit.

645. Q. Servilius Caepio praet. ult. H.

Eutr. 4, 27. A M. Iunio Silano collega Q. Metelli Cimbrici in Gallia et a Minucio Rufo in Macedonia Scordisci et Triballi et a Servilio Caepione in Hispania Lusitani victi sunt. cf. Val. Max. 6, 9, 13.

Q. Caecilius Metellus Numidicus et M. Iunius Silanus consules erant a. 645, ipse Caepio consul factus est tribus annis post. Triumphasse eum dicit Valerius Maximus his verbis: 'qui praeturae splendore, triumpho claritate, consulatus decore — in publicis vinculis spiritum deposuit'. Quae ultima verba ad calamitatem eius bello Cimbrico acceptam referes.¹⁾ Appiani de copiis Hispaniensibus dictum, quod modo exscripsimus, non valere nisi post annum 649 et ex Eutropii loco discimus et ex eo, quod Obsequens²⁾ ad annum illum adnotavit: 'a Lusitanis exercitus Romanus caesus'. De incursione a Cimbris in Hispaniam facta admonere licet, quae Livius³⁾ Plutarchus⁴⁾ Obsequens⁵⁾ ea de re tradiderunt. Frontini⁶⁾ autem locus, quo Pighius nisus [M.] Fulvium [Nobiliorem] a. 651 Hispaniae praesidem fuisse opinatus est, huc omnino non pertinet; nam 'Cimbrico bello', quod ibi scriptum est, iam dudum editores sequentia vocabula 'Celtiberis insequentibus' recte perspicientes in 'Celtiberico bello' emendarunt totumque locum ad Q. Fulvium Flaccum rettulerunt, quem similem in modum ingeniose bellum gessisse Livius⁷⁾ tradidit.

652. M. Marius praet. cit. H.

App. Ib. 100. πόλιν δ' ἑτέραν τῆς Κολένης πλησίον ᾗκουσιν μεγάδες Κελτιβήρων, οὓς Μάρκος Μάριος συμμαχίσαντας αὐτῇ καὶ Λουσιτανῶν τῆς βουλῆς ἐπιτροπούσης ἠγάγει πρὸ πέντε ἐνιαυτῶν.

Agitur eo loco de T. Didio consule a. 656, quodsi πρὸ

1) Cic. d. or. 2, 28, 124. Balb. 11, 28. 2) 42. 3) ep. 67.
4) Mar. 14 in. 5) 43. 6) strat. 2, 5, 8. 7) 40, 31.

scripsit, quemadmodum solet, dictum suspicaris, eum quem scripsimus annum tenemus. Fuit autem M. Marius sine dubio clarissimi illius Marii frater, quem aequae atque Cn. Carbonem Cicero ¹⁾ in numero contionatorum Marianae aetatis habet, pater M. Marii Gratidiani ²⁾, quem L. Sulla occidendum curavit.³⁾

633. D. Iunius Silanus praet. ult. H.

Sex. Ruf. 4. Rebellantes Lusitanos in Hispania per Decimum Brutum continuimus. Post ad Hispanos tumultuantes D. Iunius Silanus cum exercitu missus eos vicit. cf. Obsequ. 44.

Collatis nummorum inscriptionibus Borghesius⁴⁾ annum illum constituit, quo Lusitanis devictis Hispaniam ulteriorem pacatam esse Obsequens docet parum memor eorum, quae de proximo anno constant.

654. L. Cornelius Dolabella (*praetor*) procos. ult. H.

C. I. L. I, p. 460. L · CORNELIVS · P · F · L · N ·
DOLABELLA · PROCOS · A · DCLV || EX · HISPANIA · VLTERIOR · DE · LVSITAN · V · K · FEB ·

Triumphus eius secundum nostram temporum rationem anno 656 adscribendus ostendit Dolabellam, nisi provinciam extra sortem adeptus est, non a. 655, sed 654 eo pervenisse. Ceteroquin de Dolabella nihil notum est.⁵⁾

655. C. Caelius Calvus praet. cit. H.

Hunc Hispaniae citeriori praefuisse demonstravit Borghesius⁶⁾ ex nummis inventis, neque tamen consulem anno 661, quoniam de utriusque provinciae imperatore illo anno constet, sed praetorem paucis annis ante. Praetoram autem Calvi, quem Cicero ⁷⁾ aequalem dicit, cum Wehrmannus ante annum

1) Brut. 62, 223. 2) I. I. 168. 3) Hunc falso Florus (3, 21, 26) fratrem C. Marii appellat. 4) V, 170. Neque enim Zumptio (I. I. p. 62) assentiri possum, qui eo quod supra diximus studio Silanum consulem anni 692 fuisse sibi persuasit. Ciceronis locus quem affert nihil demonstrat, Lusitaniae status etiam contradicit. 5) Consulem suffectum eum fuisse suspicatur Marquardt, Staatsverw. I, p. 379, n. 2. 6) I, 327. cf. Mommsen, Münzw. p. 563, n. 180. 7) de or. 1, 25, 117, conferendus est Obsequ. 46.

656 posuerit, accuratius nostris fastis comparatis anno 655 assignabis.

656—660. T. Didius cos. cit. H.

App. Ib. 99. *Κίμβρων δ' ἐξελαθέντων Τίτος Δείδιος ἐπελθὼν Ἀρουακῶν μὲν ἔκτεινεν ἐς διαμυρίους, Τερμησσὸν δὲ μεγάλην πόλιν αἰὲ δισπειθῆ Ῥωμαίοις γενομένην ἐξ ἔρυμνοῦ κατήγαγεν ἐς τὸ πεδῖον καὶ ἐκέλευσεν οἰκεῖν ἀτειχίστους.* cf. Plut. Sert. 3. Sall. ap. Gell. 2, 27. Liv. ep. 70. Obsequ. 47.

T. Didius quoque a Cicerone nonnullis locis homo novus dicitur, qui cum una cum Q. Caecilio Metello Nepote legem Caeciliam Didiam de promulgatione pertulisset, quominus eodem anno in provinciam abiret, ut alia exempla docent¹⁾, nihil obstitit. Quod Livius scribit: 'T. Didius proconsul adversus Celtiberos feliciter pugnavit', non utique ad primum administrationis annum referendum est.²⁾ A. 658 eum in Hispania fuisse Obsequens³⁾ testari videtur; sed ne prius quidem quam a. 661 eum rediisse putamus, quoniam in fastis triumphalibus scriptum est:

T·DIDIVS·T·F·SEX·N·II·PROCOS·EX·HISPANIA·A·DCLX
DE·CELTIBEREIS III·IDVS·IVN·

Nam post reditum triumphum eius retardatum esse propterea veri simile non est, quod a. 661 provincia illa etiam consularis est neque alium interea consulem eam administrasse scimus. De quo triumpho crudelitate atque iniuria reportato Appianus breviter sic: *καὶ ἐπὶ τοῖσδε Δείδιος μὲν καὶ ἔθρι-ἀμβενσεν.* In Didii exercitu tribuni militum locum obtinebat Q. Sertorius.⁴⁾ De nummis proconsulis scripsit Mommsenus.⁵⁾ 657—660. P. Licinius Crassus Dives cos. ult. H.

Asc. ad Cic. Pis. 24, 58. M. Crassi pater P. Crassus ante bellum Italicum de Hispanis triumphavit. cf. Strab. 3, 5, 11.

1) Veniunt in mentem M. Acilius Glabrio cos. 563, M. Baebius Tamphilus a. 573, C. Flaminius a. 537. cf. etiam Cato a. 559 (Liv. 34, 2).
2) Cf. ep. 53. de Metello et Fabio. 3) 48. 4) Plut. Sert. 3. 5) Münzw. p. 450. cf. Borghesi I, 326.

Crassum praetorem inde ab anno 658 demum Hispaniae praefuisse dicit Langius¹⁾; sed cur non iam in ipso consulatu ~~non~~ ministraverit, non possum perspicere. Nam etiamsi legem ~~in~~ ~~anno~~ ~~pro~~ quam tulerit, qua de re non constat, ne alios ~~ex~~ ~~annum~~ totum annum retinebat, ut supra demonstravi-
~~mus~~ Triumphavit autem eodem anno quo T. Didius, et ~~per~~ ~~id~~ quidem Idus Iun., ut in fastis triumphalibus legitur. ~~in~~ Flaccius eques Romanus in exercitu eius militabat²⁾ et Marcus filius Plutarcho⁴⁾ auctore *ἐς Ἰβηρίαν ἔφυγε γεγωνῶς καὶ σφαιραγοῦντος τοῦ πατρὸς αὐτόθι καὶ φίλους πεποιη-
 κένους.* Crassi quoque exstant nummi Hispanienses.³⁾

661. C. Valerius Flaccus cos.

P. Cornelius Scipio Nasica praet.

App. Ib. 100. *πάλιν δὲ τῶν Κελτιβήρων ἀποστάντων Φλάκκος ἐπιπεμφθεὶς ἔκτεινε δισμυρίους· ἐν δὲ Βελγῆθι πόλει ὁ μὲν δῆμος ἐς ἀπόστασιν ὁρμῶν τὴν βουλὴν ὀκνοῦσαν ἐπέπρησεν αὐτῷ βουλευτηρίῳ, ὁ δὲ Φλάκκος ἐπελθὼν ἔκτεινε τοὺς αἰτίους.*

Obsequ. 51. per Nasicam Hispaniae principes, qui rebellabant, supplicio consumpti urbibus dirutis.

Consulem illum Flaccum fuisse probabile est, quoniam Appianus cognomine solo eum significare satis habuit. Verum tamen de anni 668 consule quominus cogites, id prohibet, quod paulo post Appianus⁶⁾: *χρόνῳ δ' ὕστερον*, inquit, *στασιαζόντων τῶν ἐν Ῥώμῃ Σύλλα τε καὶ Κίττα.* Duos annos eum provinciae praefuisse ex inveterascente ratione conicere licet, sed traditum est de Flacco prorsus nihil.⁷⁾ Ulterioris provinciae imperator alius esse non potest nisi L. Licinii Crassi Scipionis pater eius, quem ex Licinia filia sua nepotem Crassus orator adoptavit, et idem pater Q. Caecilii Metelli Scipionis, quem Q. Caecilius Metellus Pius adoptavit.⁸⁾ Quem a. 660 in Hispania fuisse ex Obsequentis verbis — prodigia enim fiunt C. Caelio L. Domitio consulibus — recte concluderemus,

1) R. A. III, 112. 2) Cf. p. 111, adn. 1. 3) Cic. Planc. 13, 32.

4) Crass. 4. 5) Cf. p. 111, adn. 5. 6) Ib. 101. 7) Num idem est apud Cic. Balb. 24, 55? 8) Cic de or. 3, 33, 134. 3, 2, 8. Sex. Rosc. 28, 77.

nisi de P. Licinii Crassi triumpho constaret. Prodigia enim hic sequentis anni res portendere malo quam cum Zumptio ¹⁾ Nasicam Didii legatum facere.

Anni proximi usque ad 668 apud Pighium citerioris provinciae praesidem habent C. Valerium Flaccum modo proconsulem modo praetorem appellatum, ulterioris usque ad a. 663 Scipionem, Perperna consule a. 662 interposito ²⁾, quae mera coniectura est sua ipsius inconstantia futilis. Ignoti sunt Hispaniarum proconsules usque ad annum 672, quo Marianis rei publicae perturbationibus in Italia confectis Sertorianum bellum exarsit in Hispania. A. 666 cum Sulla cum exercitu ad urbem accederet, permulti Marii assectatores eo confugerunt brevique provincias totas ad suam factionem converterunt. Ad annum 667 pertinere videtur, quod in Granii Liciniani fragmentis invenitur: 'et ex Hispania Brutus ceterique exsules ad eum (sc. Marium) confluerunt.'³⁾ Brutus est ille, quem Pompeius Mutinae interficiendum curavit.⁴⁾ Itaque cum M. Crassus patre a Marianis interfecto in Hispaniam pervenisset, diu in specu delitescens a Vibio quodam alimentis subornabatur. Mario autem mortuo prodire ausus oppida nonnulla aggressus est et navibus captis in Africam ad Q. Caecilium Metellum traiecit, qui a. 671 Sullae redeunti se coniunxit.⁵⁾ Tum Hispaniam subito ad alteram partem declinasse ex eo intellegitur, quod Sertorius vix receptus est.⁶⁾

672 (—681). Q. Sertorius propraetor ult. H.

App. b. c. 1, 86. *Σερτώριος δ' ἐκ πολλοῦ στρατηγεῖν ἠρημένος Ἰβηρίας μετὰ τὴν Συνέσεως κατάληψιν ἔφρουγεν ἐς τὴν Ἰβηρίαν. καὶ αὐτὸν τῶν προτέρων στρατηγῶν οὐ δεχομένων πολλοὺς ἐνταῦθα καὶ ὕδρῳ Πωμαίοις ἀνεκίνησε πόνους.*

App. Ib. 87. *τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους ὕψατοι μὲν ἐγένεσθην Παπίριός τε Κάρβων αὐθις καὶ Μάριος ὁ ἀδελφιδοῦς Μαρίου τοῦ περιφανοῦς. cf. Plut. Sert. 6.*

1) Stud. Rom. p. 28. 2) Nummi huic Perpernae falso a Pighio assignati sunt. cf. Zumpt l. 1. 3) p. 23 ed. Bonn. 4) Liv. ep. 90. 5) Plut. Crass. 4—6. 6) App. b. c. 1, 86.

Exup. S. Sall. hist. fr. 1, 55—59 D. App. Ib. 101.
b. c. 1, 108.

Q. Sertorius, quem aliquot annis ante T. Didii tribunum militum in Hispania fuisse vidimus, postea praetor factus erat; utrum a. 671 fuerit an prius, non liquet¹⁾: neutrum Appiani dictum *ἐκ πολλοῦ ἡρημένος* excludit. Provinciam quidem quin suo iure adeptus sit sive sortitus sive extra ordinem, dubium non est, sed quo anno in Hispaniam ulteriorem, quae ei obvenerat, abierit, haud ita viri docti enucleaverunt, ut nihil reliquum sit dubitationis. In quaestionem vocantur duo tantum anni: anno enim 671 Sertorius cum ceteris Marianis apud Suesam rem gessit, anno 673 adversus eum C. Annius Lusius a Sulla missus est. Rerum scriptores comparandi sunt inter se Appianus Plutarchus²⁾ Exuperantius, quorum ultimus Sertorium a Mario et Carbone consulibus — dicit autem Marius magnum — in Hispaniam citeriorem missum esse narrat, qua in re bis erravit. Secundum Appianum Sertorius post Suesam occupatam a. 671 actutum profectus est neque ex Plutarchi verbis *‘νεανίας Μάριος — ὑπατελαν ἔλαβε’* colligas necesse est profectum illum esse postquam Marius iunior magistratum inherit.³⁾ At idem Plutarchus ultimam causam, quare

1) Cf. Mommsen R. G. II, 321 sq. Münzw. p. 599 n. 392; p. 600 n. 393. Drumann IV, 352 sq. A. R. Schneider, Quaestionum in Cic. pro M. Font. orat. capp. IV. Grimae 1876. 2) Plutarchi totum locum describere non alienum videtur: *Ἐπεὶ δὲ Μάριος ἐτελείτησε καὶ Κίνας ἀνῆρεθῆ μικρὸν ἴστερον, ὃ δὲ νεανίας Μάριος ἄκοντος αὐτοῦ παρὰ τοὺς νόμους ὑπατελαν ἔλαβε, Κάρβωνες δὲ καὶ Νωρβανοὶ καὶ Σκηπίωνες ἐπιόντι Σύλλᾳ κακῶς ἐπολέμουν καὶ τὰ μὲν ἀνανδρίᾳ καὶ μαλακίᾳ τῶν στρατηγῶν ἐφθείρετο, τὰ δὲ οἱ προδιδόντες ἀπώλλυσαν, ἔργον δὲ οὐδὲν ἦν αὐτοῦ παρόντος τοῖς πράγμασι μοχθηρῶς ὑποφερομένοις διὰ τὸ χειρὸν φρονεῖν τοὺς μᾶλλον δυναμένους, τέλος δὲ Σύλλας Σκηπίωνι παραστρατοπεδεύσας καὶ φιλοφρονούμενος ὡς εὐρήνης ἐσομένης διέφθειρε τὸ στράτευμα καὶ τὰντα προλέγων Σκηπίωνι καὶ διδάσκων Σερτώριος οὐκ ἐπειθε, παντάπασιν ἀπογνοὺς τὴν πόλιν ἀρμήσεν εἰς Ἰβηρίαν, ὡς, εἰ φθάσει τὴν ἐκεῖ κρατύνόμενος ἀρχὴν, καταφυγὴ τοῖς πταίοισιν ἐνταῦθα τῶν φίλων ἐσόμενος. cf. Sall. hist. fr. 1, 57 D. ‘Cuius adversa voluntate conloquio militum permissio corruptio facta paucorum et exercitus Sullae traditus est.’ cf. App. Ib. 108.*

3) Drumann IV, 353 n. 75.

Sertorius iter celeriter fecerit, eam suppeditat, quod duces Mariani ad Suessam rem male gessissent. Neque id recte dixeris Sullam Sertorio, si a. 671 iam profectus esset, in Hispania consistendi facultatem per integrum annum daturum non fuisse.¹⁾ Id certe non debebat, sed a. 672 nescio an ne potuerit quidem propter Italici belli molem ducem exercitumque in Hispaniam mittere. Attamen e narratione Exuperantii erroribus deductis Sallustii²⁾ fragmento collato manifestum fit Sertorium, antequam in provinciam abiret, Romae commoratum esse, opinor, ut socios et opes cogeret, et per Etruriam iter fecisse. Novi consules, qui interim magistratum inierant, quoniam vitia eorum castigabat, libenter eum decedere passi sunt.

In Livii epitome³⁾ scriptum legitur Sertorium 'octavo ducatus sui anno' interfectum, bellum confectum esse anno fere decimo. De Sertorii morte idem tradit Eutropius.⁴⁾ Quodsi proconsules, qui bellum Sertorianum confecerunt, a. 683, id quod postea apparebit, redierunt, initium belli secundum Livium cadit in annum 674, in eum videlicet, quo Sertorius ex Africa redierat et Lusitanorum princeps factus est; mortuus autem est a. 681. Itaque per annos 674 ad 681 pleraeque res a rerum scriptoribus traditae haud sine magnis dissensionibus disponendae sunt. Sallustii fragmentis bene adhibitis Drumannus rerum ordinem magnam partem recte constituit: quae emendanda reliquit, velut nomen eius, qui a. 674 Hispaniae ulteriori praefuit, vel quo anno Pompei litterae memoriae conservatae ad senatum missae sint, ac si quid restat, talibus in rebus Mommsenus alique sunt audiendi.

1) Drumann l. 1. 2) 1, 58 D. 'Cui nisi pariter obviam iretur'. E Sallustio enim hausisse videtur Exuperantius haec: 'tunc Sertorius de Marii potestate securus Romam venit et omnium coepit accusare segnitiam et ex multis promptissimis factis Sullae industriam laudare.' 3) 96. 4) 6, 1. Temere iste quidem, fortasse Sallustianarum historiarum initium falso interpretatus, M. Aemilio Lepido Q. Catulo consulibus et alia bella et Sertorianum exarsisse dicit, cum nihilo minus Sertorium octavo anno interfectum esse infra testetur.

Sertorius cum post annum 672 neque iure neque pro Mariana factione, sed suo nomine Hispaniam occupatam retinuerit, nimii in eius administratione essemus, si, quomodo cum Mithridate foedus inierit¹⁾ aut quid praeterea egerit, pluribus verbis explicaremus. Legati autem eius et quaestores nominandi sunt: Perperna, qui a. 677 copiarum Lepidi reliquias ei tradidit et a militibus coactus est summam imperii Sertorio permittere²⁾; Iulius Salinator contra C. Annium pugnasse dicitur³⁾, C. Herennium⁴⁾ Pompeius devicit, L. Hirtulei quaestoris victoria et mors commemoratur⁵⁾, M. Marius ad Mithridatem missus est⁶⁾, Tarquitium eundem fortasse, qui C. Annii quaestor fuerat, alios Sallustius et Frontinus appellant, ubi de Sertorii morte verba faciunt.⁷⁾

672—673? C. Valerius Flaccus (*praetor*) imper. Galliae.

(M. Fonteius legat.)

Gran. Licin. p. 39 ed. Bonn. Et Murena ex Asia triumphavit. Et Valerius Flaccus ex Celtiberia et Gallia. Cic. Font. fr. A. 3, 6. Hispaniensis legatio consecuta est turbulentissimo rei publicae tempore, cum adventu L. Sullae [in Italiam] maximi exercitus civium dissiderent de iudiciis et legibus. cf. ib. 20, 45 (15, 35). Cic. Quinct. 6, 24. Roma egreditur a. d. II. K. Feb. Quinctius Scipione et Norbano coss. — ib. 7, 28. Confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tunc erat in provincia. cf. 25, 79. Caes. b. G. 1, 47.

Flaccus, siquidem idem est, quem Cicero a. 671 Galliae Narbonensis praesidem fuisse narrat, atque ille, cuius triumphum Licinianus commemorat post Pompei et Murenarum triumphum, cum Celtiberis conflixisse potest a. 671 vel 672 vel 673. Nam cum secundum Licinianum Pompeius, qui a. 648 prid. Kal. Oct. natus est⁸⁾, annos quinque et viginti natus, h.

1) Plut. Sert. 23. App. Mithr. 68. 2) Plut. Sert. 18. 3) Ib. 7.
4) Sall. h. fr. 2, 96, 5. 5) Liv. ep. 90. 91. 6) Plut. Sert. 24. 7) Sall. h. fr. 3, 4. 5. Front. 2, 5, 31. 8) Quod enim ib. p. 21 de anno, quo Pompeius natus sit, dicitur, inepte interpolatum esse apparet. cf. praef. edit. Bonn. p. XVI.

e. a. 674 a. d. IV. Id. Mart. triumpharit¹⁾, Murenam autem, sive is est sive Flaccus sive alius, qui in fastis triumphalibus post Sullam a. 673 triumphum egisse dicitur, certe ante Pompeium triumphasse consentaneum sit, Licinianus hic temporis ordinem observasse non potest. Mommsenus quidem, cum in libro, quem de re nummaria Romanorum scripsit²⁾, a. 673 C. Annium Lusum Hispaniam utramque e Sullae arbitrato obtinuisse dixisset, in historia sua Romana³⁾ sic rem sibi composuit, ut Flaccus et Annius Luscus simul in Hispanias missi sint, alter ulterioris provinciae proconsul, alter citerioris, et postea: 'Spanien, inquit, unterwarf sich hierauf willig den sullanischen Beamten (um 673) und Flaccus focht glücklich mit den Kelten, durch deren Gebiet er marschirte, und mit den spanischen Keltiberern (674).' Hoc alterum mihi minus probabile videtur neque aliter rerum scriptorum silentium, cum de Anno Lusco dicant, satis mirum explicare possum nisi ita: Flaccus, qui Galliam provinciam Mariana factione rem publicam obtinente adeptus erat, cum Sulla in Italiam rediisset, aequae atque M. Fonteius ille absens pacem cum victore fecit, quam amicitiam ut confirmaret, Hispaniam illi reconciliare studuit⁴⁾, frustra quidem, ut videtur, cum C. Annium Lusum quoque mitti oporteret, attamen Sulla propter illa in se merita Flacco triumphum concessit.

673. C. Annius Luscus (*propraetor*) procos.

Plut. Sert. 7. 'Ὡς δὲ Σύλλα μὲν ἐπυνθάνετο τῆς Πώμης κρατεῖν, ἔρρειν δὲ τὴν Μαρίου καὶ Κάθρων σιάσιν, αὐτίκα προσδοκῶν στρατιὰν διαπολεμήσουσαν αὐτῷ μεθ' ἡγεμόνος ἀφίξεσθαι, φράγγνται τὰ Πυρηναία ὄρη διὰ Ἰουλίῳ Σαλινάτορος ἑξακισχιλίους ὀπλίτας ἔχοντος. Καὶ μετ' οὐ πολὺ Γάιος Ἄννιος ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Σύλλα καὶ τὸν Ἰούλιον ἀπρόσμαχον ὄρων ἐν ἀπόρῳ καθῆστο παρὰ ταῖς ἐπωρελαῖς. cf. Sall. h. fr. 1, 59 - 64. Liv. ep. 90. Oros. 5, 23.

1) Cf. Lange R. A. III, 169. Mommsen R. G. II, 332 annum 675 praebet. 2) p. 600 n. 393. 3) II, 331. 4) Num Flaccus et Fonteius οἱ πρότεροι στρατηγοί App. b. c. 1, 86?

Utramque provinciam C. Annium obtinuisse videri modo dictum est. Sertorius eo anno a continenti depulsus Pityusas insulas occupavit, deinde navali pugna victus in Africa bellum gessit. Quaestores Annii, quorum memoria nummis repertis conservata est, erant L. Fabius et C. Tarquinius.¹⁾

674. M. Domitius Calvinus (*propraetor*) *procos.*

L. Fufidius *propraetor.*

Plut. Sert. 12. οὐ μόνον ἐθνῶν ἐκράτησε (Sertorius) μεγάλων καὶ πόλεις εἴλε πολλὰς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιστρατήγων Κότταν μὲν ἐν τῇ περὶ τὴν Μελλαρίαν πορθμῷ κατεναυμάχησε, Φουφίδιον δὲ τὸν ἄρχοντα τῆς Βαιτικῆς περὶ τὸν Βαῖτιν ἐτρέψατο διαχιλλοὺς ἀποκτείνας Ῥωμαίων, Δομέτιον δὲ Καλοῦνον ἀνθύπατον ἦντα τῆς ἐτέρας Ἰβηρίας διὰ τοῦ ταμίου καταγωνισάμενος. cf. Sall. h. fr. 1, 66—69.

Apud Plutarchum cum traditum sit Δομέτιον δὲ καὶ Λούσιον, unde magna rerum perturbatio exorta est, quia Q. Caecilii Metelli legatus, quem mox afferemus, intellegebatur, difficultates omnes removentur hac coniectura Δομέτιον δὲ Καλοῦνον, quam complures docti viri invenerunt.²⁾ Proconsulari imperio Calvinum fuisse non Plutarchus solum, qui ἀντιστρατήγων et ἀνθύπατον consulto distinxit, sed Sallustius etiam disertè dixit: 'Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, accessivit (sc. Fufidius³⁾).' L. Cottam, quem Plutarchus *propraetorem* fuisse vult haud dubie, miror quod Wehrmannus silentio praeteriit. Quem quamquam Hispaniae praefuisse negamus, extra ordinem tamen a Sulla classi praefectum eo missum esse nonne concedes? Sertorii quaestori, quem Plutarchus vicisse dicit, nomen erat Hirtuleio.⁴⁾ 675—682. Q. Caecilius Metellus Pius *procos. ult. H.*

Plut. Sert. 12. καὶ Θωράκιον ἄλλον ἡγεμόνα τῶν ὑπὸ Μετέλλου πεμφθέντων μετὰ δυνάμειος ἀνείλεν.

1) Mommsen, Münzw. p. 600 n. 393. 2) Cf. Dietsch ad Sall. h. fr. 1, 69. Borghesi II, 11. Lange R. A. III, 176. Mommsen R. G. III, 21. Drumann IV, 355 difficultatem non effugit, neque Wehrmann f. pr. p. 33 offendit. 3) Cf. fr. 1, 68 et 1, 41, 21. 4) Flor. 3, 22, 6.

App. b. c. 1, 108. καὶ πρὸς Μέτελλον ἐπιπεμφθέντα ὑπὸ Σέλλα ἀπειμάχεται γενναίως. cf. Ib. 101. Liv. ep. 90. Eutr. 6, 1. Oros. 5, 23. Exup. 8.

Flor. 3, 22, 6. prima per legatos habita certamina, cum hinc Domitius et Thorius, inde Hirtulei proluderent.

Auctorum nemo Metellum consulem profectum esse dicit, et cum comitiis praetoriis Romae eum adfuisse constat¹⁾, certum est e lege Cornelia²⁾ cum provinciam nactum non ante annum 675 in Hispaniam pervenisse. Quo anno utrum utramque provinciam administraverit, an Calvino citerioris provinciae proconsuli imperium sit prorogatum, haud facile discernas. Rerum a Metello gestarum has potissimum referre consilio nostro convenit: a. 676 Galliae proconsulem L. Manlium, cuius nomen alii aliter tradiderunt, arcessivit, sed ille ab Hirtuleio devictus esse fertur.³⁾ Inde ab a. 678 una cum Pompeio bellum ita gerebat, ut modo alter in altera provincia esset, modo coniunctis copiis pugnarent. Exeunte a. 679 Metellus in Galliam ad M. Fonteium, qui proconsules multis rebus adiuvabat, recessit.⁴⁾ Post aliquot proeliis prospere commissis, cum praesertim Sertorius interfectus esset, stolidae tarditati luxuriaeque totum se tradere incepit.⁵⁾ Legati Metelli nominantur L. Domitius Ahenobarbus, quem Eutropius⁶⁾ praetorem pro Calvino, ut videtur, vocat, L. Thorius Balbus⁷⁾, qui apud Plutarchum Thorianus dicitur, Cornelius Aquinus⁸⁾; C. Urbinus quaestor erat.⁹⁾ De Titurio ambigitur, sitne Metelli legatus an Pompei.¹⁰⁾ Nummos Metelli Hispanienses descripsit Mommsenus¹¹⁾, de triumpho eius postea dicitur.

676. Q. Calidius propraetor cit. H.

Ps. Asc. in Verr. p. 145 Or. Q. Calidius M. Calidi orato-

1) Cic. Planc. 29, 68. cf. Val. Max. 5, 2, 7. 2) Cf. praef. p. 70.
3) Plut. Sert. 12. Caes. b. G. 3, 20. Sall. h. fr. 1, 72. — nummos vide apud Borghesium I, 364. 4) Cf. Schneider l. l. p. 10 sqq. 5) Plut. Sert. 22. Macrob. Sat. 3, 13, 6—9. 6) 6, 1. 7) Cf. Cic. fin. 2, 20, 63. 8) Plut. Sert. 13. 9) Sall. h. fr. 2, 23, de Memmio quaestore cf. p. 121 adn. 6. 10) Cf. Dietsch. ad Sall. h. fr. 2, 28. cf. ib. 70 de M. Terentio Varrone. 11) Münzw. p. 612.

toris pater ex praetura Hispaniensi accusatus a Gallio, pro quo postea Cicero dixit, atque damnatus est.

Q. Calidius tribunus plebis rogationem de Q. Metello Numidico revocando tulerat¹⁾; quare cum praeturam peteret a. 674, Metellus Pius consul pro eo populo Romano supplicare non dubitavit et in iudicio Calidii post administrationem Hispaniensem accusati supplicavisset, ut ait Cicero²⁾, si Romae esse potuisset. Itaque quin aut quo anno in Hispania fuerit, dubium esse non potest. Citeriori provinciae eum adscripsimus, quia Metellus plerumque in ulteriore pugnavit.

677—682. Cn. Pompeius Magnus procos. ex senatusconsulto (cit. H.)

Liv. ep. 91. Cn. Pompeius cum adhuc eques Romanus esset, cum imperio consulari adversus Sertorium missus est. cf. App. b. c. 1, 108. Ib. 101. Plut. Sert. 18. Pomp. 17. auct. d. vir. ill. 77. Oros. 5, 23. Sall. h. fr. 2, 96.

Cic. de imp. Cn. Pomp. 21, 62. Quid tam inusitatum, quam ut, cum duo consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidulosissimumque pro consule mitteretur? Missus est. Quo quidem tempore, cum esset non nemo, qui diceret non oportere mitti hominem privatum pro consule, L. Philippus dixisse dicitur non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere. cf. Phil. 11, 8, 18.

Missus est Pompeius a. 677, sed cum et aliis rebus et a Gallis retardatus esset³⁾, vix ante exitum anni in Hispaniam pervenit.⁴⁾ De rebus usque ad annum 679 a se gestis gloriosius ad senatum scripsit, quibus litteris auxilium petebat.⁵⁾ Petenti ut senatus satisfaceret, Lucullus cos. 680 inprimis perfecit, cum metueret, ne Pompeius, id quod minitatus erat, in Italiam exercitum reduceret sibi imperium adversus Mithri-

1) Cf. p. 119 adn. 1. 2) Planc. 29, 70. 3) Cic. de imp. Cn. Pomp. 11, 30. Sall. h. fr. 2, 96, 5. 4) Cf. Mommsen R. G. III, 29. 5) Sall. h. fr. 2, 96.

datem eriperet.¹⁾ Communi consilio Pompeium una cum Metello bellum gessisse, prout res postulabat, supra demonstravimus. Per hiemem anni 680 apud M. Fonteium in Gallia se continuit.²⁾ Sertorio et Perperna occisis Pompei unius opera et consilio Hispania pacata est resque plurimae denuo constitutae sunt. Tum lege Gellia Cornelia sancitum est, ut quos Pompeius imperator de consilii bellici sententia singillatim civitate donasset, cives Romani essent optimo iure.³⁾ Legatorum Pompei, quos commemoremus, digni sunt hi: L. Afranius⁴⁾, cuius ope postea quoque contra Caesarem usus est, D. Laelius, qui proelio ad Lauronem commisso cecidit⁵⁾, denique C. Memmius, quem cum in exercitu Metelli tum Pompei quaestorem fuisse Cicero⁶⁾ testatur. De victis Hispanis postquam tropaea in Pyrenaei iugis constituit⁷⁾, in Italiam Pompeius revertit et cum Metello a. 683 exeunte triumphum egit.⁸⁾ Quo anno utrum proconsules vicarios in provinciis reliquerint an successores praetorii eos exceperint, e fontibus non apparet. Zumptius⁹⁾ Cn. Aufidium Orestem alteram provinciam accepisse opinatur nullo scriptorum testimonio comprobatum, neque post Pompeium Hispaniam alteram consularem fuisse magis credo quam post Lucillum et Culleolum Macedoniam.

684. M. Pupius Piso Calpurnianus propraetor procos.

Ascon. in Pis. § 62. 'Irrisa est a te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorreere: qui etiamsi minus magnum bellum gesserat, istum honorem omittendum non putavit.' Fuit autem — — Pupius Piso iisdem temporibus quibus Cicero, sed tanto aetate maior, ut — — Biennio tamen serius quam

1) Plut. Pomp. 20. 2) Liv. ep. 93. cf. p. 119 adn. 4. 3) Flor. 3, 22, 9. Plin. n. h. 3, 3 (4), 18. Strab. 3, 4, 10. — Cic. Balb. 5, 19. 15, 32. 33. 17, 36. 4) Plut. Sert. 19. 5) Sall. h. fr. 2, 16. cf. Obsequ. 55. 6) Balb. 2, 5. cf. Plut. Sert. 21. duos Memmios quaestores in Hispania fuisse docet Mommsen, Münzw. 597 sq. 7) Sall. h. fr. 4, 29. Strab. 3, 4, 1. 7. 8) Cf. Drumann IV, 363 n 55. Lange R. A. II, 630. De reliquiis Sertorianarum copiarum cf. Caes. b. G. 3, 20—27. Oros. 6, 8. Cic. Verr. accus. 5, 28, 72. 9) Stud. Rom. p. 53 sq.

Cicero consul fuit; triumphavit procos. de Hispania Q. Hortensio L. Metello Cretico coss. ante Ciceronis consulatum. cf. Cic. Flacc. 3, 6. 2, 5 (fr.). Pis. 26, 62. (C. I. L. I p. 173 n. 594.)

Quaestor fuerat Piso Calpurnianus a. 671¹⁾, consul est factus a. 693²⁾; itaque praetura perfunctus Hispaniam provinciam sortitus erat, de qua cum a. 685 triumphasse dicatur, eo quem adscripsimus anno ibi eum fuisse necesse est. M. Pisonis quaestor erat L. Valerius Flaccus, quem Cicero a. 695 defendit.³⁾ Utram provinciam habuerit, disceptari non potest.⁴⁾ 686. × Antistius Vetus propraetor ult. H.

Vell. 2, 43, 4. et praetura quaesturaque mirabili virtute atque industria obita in Hispania, cum esset quaestor sub Vetere Antistio avo huius Veteris consularis atque pontificis. cf. Suet. Caes. 7. Dio 37, 52 (41, 24). Caes. b. Hisp. 42.

Plut. Caes. 5. *Θάψας δὲ τὴν γυναῖκα ταμίαν εἰς Ἰβηρίαν ἐνὶ τῶν στρατηγῶν Βέτερι συνεξήλθεν, ὃν αἰτόν τε τιμῶν ἀεὶ διετέλεσε καὶ τὸν υἱὸν πάλιν αὐτὸς ἄρχων ταμίαν ἐποίησε.*

Ulteriorem provinciam Antistium Veterem obtinuisse cum reliquorum auctorum tum Suetonii verba docent: 'Quaestori ulterior Hispania obvenit'; de tempore e Caesaris temporibus constat. Ceterum de Antistio Vetere patre nihil notum est, de Gaio filio infra dicendum erit.

Proximo anno qui propraetores in Hispania fuerint, nescimus; fortasse alter eorum erat C. Licinius Macer ille, qui annales scripsit, quem a. 688 a Cicerone praetore de repetundis damnatum esse constat.⁵⁾ Eodem anno Pompeius plebiscito imperium infinitum adversus piratas nactus legatos suos imperio praetorio ornatos ad singula litora disposuit, ex quibus duo Ti. Claudius Nero et Manlius Torquatus Hispanias ob-

1) Cic. Verr. accus. 1, 14, 37. 2) Cic. Att. 1, 12, 4. 13, 6. 14, 1. 3) Cic. Flacc. 3, 6. cf. 2, 5 (de frugalitate Pisonis). 4) Praetura a. 684 functi sunt M'. Acilius Glabrio, L. Aurelius Cotta, M. Mummius. 5) Cic. Att. 1, 4, 2. Val. Max. 9, 12, 7.

servabant.¹⁾ L. Volcatium Tullum cos. a. 688, quoniam 689 Roma abesse videtur neque alia provincia vacat, Zumptius²⁾ Hispaniae ulteriori adscripsit, quam coniecturam non praeterire quam sequi malui.

689. Cn. Calpurnius Piso qu. propr. ex senatusconsulto cit. H. I. L. A. p. 174. Cn. Calpurnius Cn. f. quaestor pro pr. ex S. C. provinciam Hispaniam obtinuit. Sall. Cat. 19. Postea Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est adnitente Crasso — Sed is Piso in provincia ab equitibus Hispanis, quos sine exercitu ductabat, iter faciens occisus est. cf. Cic. Sull. 24, 67 sq. Mur. 38, 82. Suet. Caes. 9. Dio 36, 44.

Postea, ait Sallustius, missus est, scilicet postquam Catilinae coniuratio prior L. Cotta L. Torquato coss. Nonis Februariis oppressa est.³⁾ Occisus autem est Piso antequam Cicero orationem in toga candida habuit⁴⁾, et post Kal. Iun., quo tempore Catilina socios convocavit⁵⁾, aut, si tum mortuus iam erat, nuntius certe de morte eius Romam nondum allatus erat.⁶⁾ Initio eius anni P. Sittius in ulteriorem Hispaniam profectus est, sive P. Sulla adhortante, ut coniurationem eo transferret, sive, quod Cicero ad Sullam defendendum affirmat, negotii cum Mauretaniae rege gerendi causa; in Mauretania eum iam esse socii Catilina apud Sallustium ostendit.⁷⁾

692. C. Cosconius propraetor (*procos.*) ult. H.

Cic. Vatin. 5, 12. Post quaesturam exierisne legatus in ulteriorem Hispaniam C. Cosconio proconsule?

Cicero Sull. 14, 41 sq. — constitui senatores, qui omnia

1) Liv. ep. 99. App. Mithr. 95. Flor. 3, 6, 9. 2) I. l. p. 56. Praetores proximorum annorum collegit Hölzl, Fasti praetorii ab a. 657 usque ad a. 710. Lips. 1876. 3) Sall. Cat. 19. 4) Ascon. in or. in tog. cand. p. 117. 5) Sall. Cat. 17. in. cf. 21. 6) Nisi forte quis temere Sallustium illa oratione Pisonis mentionem fecisse credit. — Pisonem propterea in Hispaniam missum esse, quod is qui provinciam illam sortitus erat abire eo non potuit vel noluit, probabile est, sed num is consul fuerit (Zumpt I. l. p. 57) incertum est. 7) Cap. 21.

~~indium et Allobrog.) dicta interrogata responsa per-~~
~~scriberent — — C. Cosconium, qui tum erat praetor.~~
 Praetur igitur Cosconius erat a. 691, mortuus est a. 695.¹⁾
 P. Vatinius legatum eius Cicero exagitavit, quod iter mirum in
 modum per Sardiniam et Africam confecerit, in Hispania sor-
 didorum furtorum culpam contraxerit.²⁾ Quis citiorem pro-
 vinciam administraverit, non habeo dicere. Ex iis autem,
 quibus provincias lege Cornelia sortiri licuit, quaeri nequit
 nisi de L. Roscio Othone et C. Sulpicio.³⁾
 693. C. Iulius Caesar propraetor ult. H.

Suet. Caes. 18. Ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam retinentes creditores interventu sponsorum removit. cf. Plut. Caes. 5. Liv. ep. 103. App. b. c. 2, 8. lb. 102. bell. Hisp. 42. Cic. Balb. 19, 43.

De praeturae Caesaris anno inter omnes constat; qua permutatum ne expectasse quidem dicit Suetonius, dum provinciae ornarentur. De Hispania quam bene cum aliis rebus tum iurisdictione instituta meritus sit, scriptores nonnulli testes sunt.⁴⁾ Idem, qui aere alieno grandi tam brevi tempore expeditus sit, documento esse potest, quantam pecuniam imperatores e provinciis reportare potuerint. Sed Caesar imperatoris titulo a militibus ornatus, cum triumphi spem certam haberet, consulatum assequi quam triumphare maluit.⁵⁾ Rediit autem a. 694 ineunte mense Iunio.⁶⁾ Plutarchus, qui C. Antistium Vetterem filium eius, cuius quaestor Caesar fuerat, Caesaris quaestorem factum esse narrat, utrum hunc annum 693 an posteriorem 709 in mente habeat, quo Antistius Vetus quaestor Caesaris Apameae Caecilium Bassum obsidebat⁷⁾, diiudicare non audeo. Sed posterius probabilius est propter aetatem patris et filii. L. Cornelius Balbus praefectus fabrum erat.⁸⁾

1) Cic. Att. 2, 19, 4. 2) Vat. 5, 13. 3) Cf. Hözl p. 46. 4) Plut. Caes. 12. App. b. c. 2, 8. Cic. Balb. 19, 43. vectigalia, quae Metellus Pius Hispanis imposuerat, sustulit. cf. bell. Hisp. 42. 5) De lege Tullia de ambitu huc pertinenti cf. Lange R. A. III, 263. 6) Cic. Att. 2, 1, 9. cf. Drumann III, 187. 7) Cic. Att. 14, 9, 3. ad Brut. 1, 11. cf. Plut. Brut. 25. 8) Cic. Balb. 28, 63.

Quod Silanum cos. 692 citeriorem provinciam obtinuisse Zumptius suspicatur, nullo argumento nititur, ut ad annum 653 adnotavimus.

Proximo anno praetorios, qui Hispanias administrare poterint, habemus M. Valerium Messallam et L. Cornelium Lentulum Nigrum.¹⁾

695. P. Cornelius Lentulus Spinther propraetor cit. H.

Caes. b. c. 1, 22. Caesaris in se beneficia exponit, quod per eum in collegium pontificum venerat, quod provinciam Hispaniam ex praetura habuerat, quod in petitione consulatus sublevatus.

Cic. fam. 1, 9, 13. Postea quam tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres neque res publica consules haberet.

Lentulus Spinther quo anno praetor fuerit, non e Cicero-
nis solum verbis cognoscitur, quibus Caesaris consulatum describit, sed ex eo quoque, quod a. 697 consul erat et aedilem curulem eum fuisse anno, quo Cicero consul fuerit, memoriae tradidit Plinius.²⁾ Trium praeter Lentulum praetorum a. 694 provinciae notae sunt, de Q. Caecilio Metello Nepote dubitamus.³⁾ Duorum proximorum annorum nimium multi sunt, quorum provinciae incertae sunt, quam ut nomina afferamus.⁴⁾

698—699. Q. Caecilius Metellus Nepos procos.

698. Sex. Quinctilius Varus propraetor (*procos.*).

Dio 39, 54. Ἐν ᾧ δὲ ἐκεῖνα ἐγίνετο, καὶ ἡ Ἰβηρία ἐκινήθη, διὸ καὶ τῷ Πομπηίῳ προσετέχθη. ἐπαναστάντες γὰρ τινες καὶ Οὐακκαίους προστησάμενοι μάχῃ μὲν ὑπὸ τοῦ Νέπωτος τοῦ Μετέλλου ἀπαράσκευοι ἔτ' ὄντες ἠττήθησαν, πολιορκοῦντι δ' αὐτῷ Κλονίαν ἐπελθόντες ἀμείνους ἐγένοντο καὶ ἐκεῖνην οἱ μὲν περιεποιήσαντο, ἐτέρωθι δὲ ἐσφάλησαν οὐ μὴν ὥστε καὶ δι' ὀλίγου δουλωθῆναι, τῷ γὰρ πλήθει πολὺ τῶν ἐναντίων περιῆσαν, ὥστε καὶ τὸν Νέπωτα

1) Cf. Hözl p. 47. 50. 2) n. h. 9, 39 (63), 137. cf. Cic. Brut. 77, 268. 3) Cf. Hözl p. 51. 4) Ib. p. 53 sqq.

ἀγαπᾶν, ἃν τὴν ἱσχυλᾶν ἀκινδύως ἄγη. cf. Metell. ap. Cic. fam. 5, 3.

Asin. Poll. apud Cic. fam. 10, 32, 2. (Balbus quaestor) exules reduxit non horum temporum (sc. 711) sed illorum, quibus a seditiosis senatus trucidatus aut expulsus est Sex. Varo procos. cf. p. red. in sen. 9, 23.

Metellum Nepotem non prius quam versus finem mensis Aprilis in provinciam pervenire potuisse inde intellegas, quod conventus illius Lucensis particeps erat.¹⁾ Qui dum in Hispania citeriore haud ita prospere bellum gerit, P. Crassus (Caesaris legatus in Aquitania cum veteribus Sertorianis militibus pugnavit.²⁾ A. 698 ante comitia consularia provinciae consulares in annum 700 designantur³⁾, quas, cum aliae idoneae non fuerint, Hispaniam ulteriorem et Syriam fuisse Zumptius⁴⁾ habet pro certo. Citerioris Hispaniae rationem haberi potuisse negat, quia Q. Caecilius Metellus maioris auctoritatis vir fuerit, quam cui successorem tam cito mitterent; qua ignominia Piso Macedoniae proconsul tum affectus est.⁵⁾ Pompeius consul cum mense iam Aprili exeunte⁶⁾ Syriam ambitioni suae satisfacturam non esse prae se tulisset, effecit, ut lege Trebonia utraque Hispania sibi committeretur. Quod — sic enim argumentatur Zumptius — nequaquam sibi sumpsisset, nisi interea, fortasse mense Maio, Metellum Nepotem mortuum esse Romam nuntiatum esset. Quae conclusio, cum proconsulis nullam apud rerum scriptores mentionem postea reperiamus, recte facta esse videretur, nisi hoc unum obstaret, quod Nepos ex novem illis consularibus, qui a. 700 Scaurum accusatum laudabant, unus fuisse dicitur.⁷⁾ Etenim, licet tabellis eum laudasse credas, quo tandem tempore id eum fecisse arbitramur? Nullone verbo Ciceronem mortui viri testimonium prae ceteris ostentasse? Non possum adduci, ut credam. Quid igitur censendum videtur? Non mortem Nepotis opportunam

1) Plut. Crass. 14. Pomp. 51. Caes. 21. App. b. c. 2, 17. 2) Cf. p. 121 adn. 8. 3) Cic. d. provv. coss. 4) l. l. p. 77. cf. Lange R. A. III, 322. 328. 5) Cic. Pis. 36, 88. Ascon. in Pis. init. 6) Cic. Att. 4, 9, 1. 7) Ascon. in Scaur. § 46.

effecisse, ut Trebonius rogationem illam ferret, sed lege Trebonia Nepoti post biennium iustum successorem missum esse, mortuum autem esse Nepotem paulo post. — Praetorem a. 697 Sex. Quinctilium laudat Cicero oratione, quam post reditum in senatu habuit¹⁾, quem eundem esse atque illum, qui ab Asinio Pollione apud Ciceronem nominatur, veri simillimum est.²⁾ Num qui propraetor eum anno proximo exceperit, ignoramus.

699—703. 702—705? Cn. Pompeius Magnus procos. ex plebiscito.

Liv. ep. 105. idem (Cato), cum legem impediret, qua provinciae consulibus in quinquennium, Pompeio Hispaniae, Crasso Syria et Parthicum bellum dabantur, a. C. Trebonio tribuno plebis legis auctore in vincula ductus est. cf. Flor. 4, 2, 12. Eutr. 6, 18. auct. d. vir. ill. 57, 8. Vell. 2, 48, 1.

App. b. c. 2, 18. αἰρεθέντες δ' οἷν ὑπατοὶ Κράσσοι τε καὶ Πομπήϊος Καίσαρι μὲν ὥσπερ ὑπέστησαν τὴν ἑτέραν πενταετίαν προσεψηφίσαντο, τὰ δὲ ἔθνη διακληρούμενοι καὶ στρατιὰν ἐπ' αὐτοῖς ὁ μὲν Πομπήϊος εἴλετο Ἰβηρίαν τε καὶ Λιβύην καὶ ἐς τὰςδε τοὺς φίλους περιπέμψων αὐτὸς ὑπέμεινεν ἐν Ῥώμῃ. cf. Dio 39, 33. Plut. Cat. min. 43. 45. Crass. 15. 16. Caes. 28. 36. Pomp. 52. 53.

Pompeius igitur Hispanias, non Africam, quam Appianus et Plutarchus addunt, plebiscito in quinquennium adeptus est, aut inde a die rogationis latae usque ad eundem diem anni 704 aut, quod Langio³⁾ magis placet, a Kal. Ian. 699 usque ad ultimum diem anni 703. Perdifficilis mihi quidem etiam nunc videtur esse quaestio illa, quamvis egregio doctorum virorum acumine sit saepius tractata, ex quonam die imperium rogationibus talibus, quales erant Vatinia et Trebonia, delatum valuerit.⁴⁾ Utramque enim constat medio fere consulum anno de provinciis iisdem consulibus assignandis sanxisse aliquid,

1) 9, 23. cf. Wehrmann. f. pr. a. 697. 2) Cf. Borghesi I, 310. 3) R. A. III, 335. 4) Cf. Mommsen, Die Rechtsfrage zwischen Caesar und dem Senat. Zumpt l. l. p. 97 sqq.

~~quo~~ ~~senatus~~ consulta priore anno de provinciis consularibus
~~mutata~~ ~~mutata~~ vel remota sint¹⁾ et quo consules illi nescio qua-
~~tempore~~ lege Cornelia de provinciis liberati sint. Quodsi quis
~~legem~~ dixerit Caesarem lege Vatinia Galliarum imperium inde
 a Kal. Mart. 695 usque ad Kal. Mart. 700 adeptum esse, eidem
 nescio an censendum sit Pompeium quoque Hispaniarum im-
 perium inde a Kal. Mart. 699 usque ad eundem diem anni
 704 lege Trebonia obtinuisse. Mirum autem videtur, quod,
 cum Caesar post consulatum Romam reliquerit, Crassus con-
 sulatu fungens in provinciam abiit. Sed equidem hoc missum
 facio et ea, quae de Pompeio nota sunt, refero. Vituperabatur
 ille cum ab aliis²⁾ tum a Caesare³⁾, quod post consulatum in
 provincias non abiret: 'in se novi generis imperia constitui,
 ut idem ad portas urbanis praesideat rebus et duas bellico-
 sissimas provincias tot annis obtineat'; sic querebatur Caesar,
 quamquam idem⁴⁾: 'Nihil horum', inquit (exercitus videlicet et
 duces dicit), 'ad pacandas Hispanias, nihil ad usum provinciae
 provisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium
 desideravit.' Rebelle Hispanos Caesar non debuit negare,
 nisi forte sine causa a. 698 consularis dux exercitusque contra
 eos missus erat. Habebat sane excusationem Pompeius curam
 annonae a. 697 mense Septembri sibi commissam⁵⁾; sed eo
 ipso, quod frumentariam provinciam alteramque prorsus con-
 trariam in se cumulabat, mos maiorum violatus est.⁶⁾ Quo
 accedit, quod a. 702 Kal. Mart. etiam consulatum tertium iniit
 'absens et solus, quod nulli alii unquam contigit.'⁷⁾ Tum Pom-
 peius lege sanxit, ut consules et praetores quinquennio demum,
 postquam urbanis magistratibus functi essent, in provincias
 mitterentur⁸⁾; idem Hispanias provincias in alterum temporis
 spatium plebiscito sibi deferendas curavit, quod spatium quin-
 que iterum annorum fuisse narrat Dio, quattuor Plutarchus.⁹⁾

1) Neutra ante Maium mensem lata esse videtur; de senatus con-
 sultis cf. Suet. Caes. 19. Cic. Pis. 36, 88. cf. p. 126 adn. 3 et 4. 2) Plut.
 Pomp. 53. 3) Caes. b. c. 1, 85. 4) l. l. paulo ante. 5) App. b. c.
 2, 18. Dio 39, 39. 6) Cf. Lange R. A. III, 343. 7) Liv. ep. 107.
 8) Dio 40, 56. 9) App. b. c. 2, 24. *και χρόνον ές την άρχήν έτερον*

Iterum hic existit quaestio, unde initium capiat prorogatio illa, eone anno, quo rogatio lata est, sive eodem die sive Kal. Ian., an priore quinquennio peracto. In hanc sententiam legem Pompeiam Liciniam de imperio Caesari prorogando docti viri interpretati sunt.¹⁾ Utut est, habebat Pompeius provincias etiamtum, cum bellum civile exardescebat; numquam autem eo abiit, quamquam se iturum esse simulabat²⁾ atque eundem ei esse nonnulli aperte dicebant.³⁾ Legatos miserat primum duos: L. Afranium consularem et M. Petreium praetorium.⁴⁾ Q. Cassius quaestor, cum Hispanos crudelitate incendisset, mox tumultu facto vulneratus est.⁵⁾ Cicero⁶⁾ quod Pompeio legatum se esse profitetur ex Id. Ian. 701, ad provinciam frumentariam referendum est. Tertius autem in Hispania legatus M. Terentius Varro paulo ante bellum civile videtur in Hispaniam pervenisse⁷⁾, quem legatum pro quaestore fuisse Mommsenus⁸⁾ arbitratur, idem Cn. Pisonem nummorum inscriptionibus repertum. Provincias exercitusque⁹⁾ quo modo bello exorto inter se dividerint, plane exponit Caesar¹⁰⁾ his verbis: 'Adventu L. Vibullii Rufi, quem a Pompeio missum in Hispaniam demonstratum est, Afranius et Petreius et Varro legati Pompei, quorum unus Hispaniam citeriorem tribus legionibus, alter ulteriorem a saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat, officia inter se partiuntur'.¹¹⁾ Rebus ita constitutis, dum Caesar Pompeium ex Italia decedere cogit, per C. Fabium Hadrianum legatum Hispaniam occupavit.¹²⁾

τῶ Πόμπειῳ προσεψηφίσαντο. Dio 40, 56. Plut. Caes. 28 extr. Pomp. 55 extr. εἰς ἄλλην τετραετίαν. 1) Lange R. A. III, 339. cf. Mommsen, Rechtsfr. p. 50, n. 2. Zumpt, stud. Rom. p. 85 sqq. 2) Cic. Att. 5, 11, 3. 3) Caes. b. c. 1, 2. 9. cf. Cic. fam. 6, 6, 5. contra Att. 5, 11, 3. 4) Vell. 2, 48, 1. per triennium! 5) Caes. b. Alex. 48. 50. cf. infra ad a. 705. 6) Att. 4, 19, 2. 7) Cic. fam. 9, 13, 1 C. Subernius Calenus — cum vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum. 8) Münzw. p. 654 sq. 9) Unam legionem a. 701 Caesari permissam a. 704 repetivit, receptam in Italia retinuit. cf. Caes. b. G. 8, 54. App. b. c. 2, 29. Dio 40, 65. Plut. Caes. 29. Pomp. 57. 10) b. c. 1, 38. 11) De partitione illa provinciarum cf. praef. p. 68 adn. 1. 12) Caes.

Tum Caesar ipse proelio ad Ilerdam commisso Pompei legatis remotis provincias pacavit, civitatem Gaditanis donavit, quae postea lege Iulia confirmata est.¹⁾ Comites ei erant praeter Fabium et P. Sulpicium Rufum²⁾ legatos et alii et Q. Cassius Longinus, qui cum anno ineunte urbem deseruisset, tribunus plebis esse ex lege desierat.³⁾ Eum Caesar mense fere Octobri ex Hispania decedens provinciae praefectum reliquit; sed cum a. 705 Galliarum proconsul, antequam dictator factus esset et consul designatus liberum arbitrium provinciarum administrandarum a senatu accepisset⁴⁾, non potuerit Caesar quemquam iure Hispaniae praeficere, proximo demum anno Cassium in proconsulum seriem redigendum esse iudico.

706. M. Aemilius Lepidus propraetor.

Q. Cassius Longinus propraetor e. o.

App. b. c. 2, 48. ἡγεμονίας τε ἐς τὰ ἔθνη περιέπεμπεν ἢ ἐνήλλαττεν ἐφ' ἑαυτοῦ καταλέγων, ἐς μὲν Ἰβηρίαν Μάρκον Λέπιδον. cf. Dio 43, 1.

Caes. b. c. 2, 21. Provinciae Q. Cassium praeficit: huic IV legiones attribuit. cf. App. b. c. 2, 43.

Liv. ep. 111. propter Q. Cassii praetoris avaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania cum duabus Varonianis legionibus a partibus Caesaris desciverunt. cf. Caes. b. Alex. 48 sqq. Dio 42, 15 sq.

Lepidus a. 705 praetor erat⁵⁾; ergo Caesar legem Corneliam observavit, cum Cassium extra ordinem pro praetore in Hispania reliquisset, ut supra iam diximus.⁶⁾ Cum iam in eo esset, ut Cassius ex Caesaris sententia in Africam traiceret ad Iubam regem opprimendum, Hispanorum seditio exorta est. Quam cum exercitu suo infenso⁷⁾ sedare non posset, Bogudem ex Mauritania, Lepidum e citeriore provincia arcessivit. Interim annus praeteriit, quamquam auctor belli Alexandrini id

b. c. 1, 37 sqq. Cic. Att. 8, 3, 7. 1) App. b. c. 2, 43. Liv. ep. 110. cf. ad a. 676. Cic. Balb. 15, 34, ad a. 548 praef. p. 66. 2) Caes. b. c. 1, 74. 3) Ib. 1, 5. 4) Cf. Lange R. A. III, 422. 5) Caes. b. c. 2, 21. 6) Errasse Wehrmannum de Cassii praetura docet Hölzl l. I. p. 76 sq. 7) Cf. de quaestura eius p. 129.

dicere omittit, certior enim iam factus erat Cassius de pugna Pharsalia, priusquam Lepidum arcessivit¹⁾, neque Lepidi intercessione concordia militum perfecta erat, cum Cassii successor, qui a. 706 praetor urbanus fuerat²⁾, advenit. Cassius provincia relicta cum magna praeda in Ibero flumine interiit.³⁾ Legatus ei erat alter Q. Cassius⁴⁾, quaestor M. Marcellus, seditionis princeps⁵⁾, tribunus militaris L. Titius.⁶⁾ Lepido Caesar propter res tum gestas a. 707 triumphum concessit⁷⁾ collegamque sibi consulatus fecit.⁸⁾

707 (—706). ? Q. Pedius }
C. Trebonius } propaetores procos.
(*procos.*)

bell. Hisp. 2. Quibus rebus adductus, quos legatos ante exercitui praefecerat, Q. Pedium et Q. Fabio Maximum de suo adventu facit certiores (sc. Caesar. a. 708 fin.).

Dio 43, 31. Ἦσαν μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ καὶ τοῦ Καίσαρος στρατηγοὶ Κόϊντος τε Φάβιος Μάξιμος καὶ Κόϊντος Πέδιος· οὐ μέντοι καὶ ἀξιόμαχοι οἱ νομιζόντες εἶναι αὐτοὶ τε ἡσύχαζον καὶ ἐκείνον σπουδῆ μετεπέμποντο.

Caes. b. Alex. 64. Sub idem tempus Trebonius proconsul ad provinciam obtinendam venit. cf. Dio 43, 29.

Trebonium a. 706 praetorem fuisse supra diximus, eodem anno Q. Pedius praetor erat⁹⁾, de Q. Fabio Maximo certum testimonium desideratur. Atqui Trebonius quin a. 707 provinciam ulteriorem obtinuerit nemini dubium est et M. Lepidum eodem anno triumphasse constat, nonne Q. Pedium quoque a. 707 citeriorem provinciam obtinuisse per se maxime veri simile est? Legem enim Corneliam Caesar, quantum poterat, observabat.¹⁰⁾ Sed quid Fabio faciamus, quem una cum Pedio legatum vel *στρατηγόν* a Caesare missum esse dicunt, quem triumphasse etiam de Hispania constat? Tres proconsules Caesarem misisse persuadere mihi nequeo. Quod Fabius

1) B. Alex. 56. 2) Caes. b. c. 3, 20. 3) B. Alex. 64. Dio 42, 16.

4) B. Alex. 52. 5) Ib. 57 sqq. 6) Ib. 57. 7) Dio 43, 1. 8) Eutr.

6, 23. 9) Caes. b. c. 3, 22. 10) Cf. Hölzl p. 83. 85.

postea ad Mundam oppugnandam relictus esse dicitur¹⁾, cum de Pedio nihil dicatur, hunc in citeriore provincia relictum esse testari videtur. Itaque Fabius tantum legatus, licet priore anno praetor fuerit, aut, quoniam triumphavit, post Trebonium expulsum propraetor ulteriori provinciae videtur praefuisse.²⁾ De Trebonio enim iam dicendum est. Accessit sub finem anni 707 ex Africa Cn. Pompeius Magni filius a seditiosis militibus invitatus, qui cum in Balearibus diuturno impetu captis morbo retardaretur, seditiosi morae impatientes Trebonium expulerunt, praesertim cum audivissent Caesarem pugna ad Thapsum commissa C. Didium praefectum classi ad se misisse. Tum Pompeius advenit et Sexto fratre Labieno P. Atio Varo aliis ex Africa receptis ulteriorem Hispaniam brevi tempore totam occupavit et citerioris provinciae praesidem tantopere terruit, ut ille Caesarem ipsum arcesseret.³⁾ Advenit Caesar sub finem anni⁴⁾, ut mireris, quam brevi Pompeius tantas res effecerit, sed reputandum est annum illum fastis a dictatore emendatis tribus mensibus fuisse longiorem.⁵⁾ Pugna Mundensi a. d. XVI. Kal. Apr. commissa⁶⁾ Cn. Pompeius e Didii persequentis manibus elapsus paulo post a Caesonio interfectus est⁷⁾, Sextus effugit. Caesar, cum Gades pervenisset contionemque Hispali prid. Kal. Mai. habuisset⁸⁾, quamdiu ad res componendas remanserit in Hispania, non liquet. Romae expectabatur a Cicerone mense Sextili⁹⁾; triumphum egit cum Pedio et Fabio¹⁰⁾. Fabius et Trebonius a. 609 consules suffecti erant, in Fabii pridie Kal. Ian. mortui locum C. Caninius Rebilus, qui Caesaris legatus fuerat¹¹⁾, creatus est, Q. Pedius a. 711 consulatum accepit. Praeter hos Hirtium Dolabellam

1) b. Hisp. 41. 2) Verum fere intellexisse Zumptius mihi videtur (comment. epigr. II, p. 226), sed pravis argumentis usus est. 3) Dio 43, 1. 28—31. bell. Hisp. 1. 4) App. b. c. 2, 103. 5) Cf. Mommsen, Röm. Chronologie p. 276 sqq. 6) bell. Hisp. 31. cf. C. I. L. I, p. 330. De Caesaris itinere in Hispaniam incredibili celeritate perfecto in praefatione p. 73 diximus. 7) Flor. 4, 2, 86. Dio 33, 40 (Caesennius Lento). Oros. 6, 16 falso Sex. Pompeium dicit. 8) Cic. Att. 13, 20, 1. b. Hisp. 40, 42. 9) Cic. Att. 13, 21, 6. cf. 37. 4. 47^a, 47^b, 1. 10) Plut. Caes. 56. Dio 43, 42. 11) b. Hisp. 35.

C. Octavium cum Caesare in Hispania fuisse notum est. Dum redit Caesar, Sex. Pompeium bellum in Hispania renovare certior factus est.¹⁾

709. C. Albius Carrinas propraetor (ult. H.?).

App. b. c. 4, 83. ὃν ὁ Γάιος πυνθανόμενος ἔπεμπε σὺν στρατῷ πλέονι Καρρίναν ἐκπολεμήσοντα Πομπήιον. ὃ δὲ καὶ τούτῳ κουφότερος ὢν ἐπεφαινετο ἄφρων καὶ ἀφιπτάμενος ἠνώχλει καὶ πόλεις ἤδη τινὰς ἤρει βραχυτέρας τε καὶ μελζους.

Carrinas consul factus est a. 711, itaque a. 708 praetor fuisse potest.²⁾ Citeriorem provinciam quis obtinuerit ignotum adhuc est.³⁾

710 (—711). M. Aemilius Lepidus procos. cit. H. et Gall. N. C. Asinius Pollio propraetor.

App. b. c. 2, 107. ὑπάτους ἐς τὸ μέλλον ἀπέφηνεν αὐτόν τε καὶ Ἀντώνιον τὸν ἱππαρχὸν ἑαυτοῦ Λεπίδῳ προστάξας ἱππαρχεῖν ἀντὶ τοῦ Ἀντωνίου, ἄρχοντι μὲν Ἰβηρίας, ἡγεμονεῖοντι δ' αὐτῆς διὰ γίλων. cf. Dio 43, 51. Vell. 2, 63.

App. b. c. 4, 84. καὶ ὁ Γάιος ἔπεμψε τῷ Καρρίνῳ διάδοχον Ἀσίνιον Πολίωνα πολεμεῖν Πομπηίῳ.

Lepidus mense Aprili ex senatus auctoritate cum Sex. Pompeio de pace agere incepit; tandem cum commovit, ut a bello desisteret et in Italiam rediret; Antonius eum restituendum senatus consulto curavit.⁴⁾ Asinius Pollio, quem praetorem a. 709 fuisse veri simile est⁵⁾, initio anni bellum secundum Velleium praeclarum, secundum Dionem minime prosperum adversus Pompeium gessit.⁶⁾ Lepidum Antonius et lege sua de pontifice maximo creando⁷⁾ et supplicationibus, quas senatum ob pacem cum Sex. Pompeio factam decernere coegerat⁸⁾, sibi conciliavit, deinde initio fere mensis Decembris praetores

1) App. b. c. 4, 83. 2) Hölzl p. 88. 3) De reliquis anni 708 praetoribus cf. l. l. 4) Cic. Phil. 3, 9, 23. 5, 15, 49. 13, 4, 8. Att. 16, 1, 4. App. b. c. 3, 4, 4, 84. 94. Dio 45, 10. 45, 17. 5) Hölzl p. 90. 6) Vell. 2, 73, 2. Dio 45, 10. 7) Liv. ep. 117. Vell. 2, 63. 8) Cic. Phil. 3, 9, 23.

provincias in annum 711 inter se sortiri iussit.¹⁾ Hispaniae obvenisse videntur L. Cornelio Lentulo, fortasse Nigri flaminis Martialis filio, et Q. Cassio, quem supra Q. Cassii Longini in Hispania legatum cognovimus.²⁾ Quae sortitio Cicerone auctore a senatu irrita facta est a. d. XII. Kal. Ian.; senatus consultum enim hunc in modum factum est: 'senatum ad summam rem publicam pertinere arbitrari a D. Bruto et L. Planco imperatoribus, consulibus designatis, itemque a ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege Iulia, quoad ex senatus consulto cuique eorum successum sit, eosque dare operam, ut eae provinciae atque exercitus in senati populique Romani potestate praesidioque rei publicae sint.'³⁾ Prorogatum igitur imperium est Lepido et Pollioni. Lentulus quidem provinciam iam pridem remisisse dicitur, cum Q. Cassius remittere nollet.⁴⁾ Eodem fere tempore Lepidus, cum Antonium bello persequi iussus esset, suator pacis cum illo consilia communicavit et prid. Kal. Quint. hostis rei publicae iudicatus est.⁵⁾ Asinius Pollio autem, qui a senatus parte stare videbatur, mense Iunio Corduba profectus mense fere Septembri cum Antonio se coniunxit.⁶⁾ Tum triumviratu rei publicae constituendae facto primum provincias Bononiae principes inter se partiti sunt.⁷⁾ Lepidus prid. Kal. Ian. de Hispania triumphavit⁸⁾; legatos eius in provinciis remansisse arbitror.

712. M. Aemilius Lepidus IIIvir leg. Tit. cos.

App. b. c. 4, 2 extr. *ἔχειν Ἀντώνιον μὲν τὴν Κελτικὴν ἅπασαν ἄνευ τῆς συναφοῦς τοῖς Πυρρηναίοις ὄρεσιν, ἣν παλαιὰν ἐκάλουν Κελτικὴν, ταύτης δὲ Λέπειδον ἄρχειν καὶ Ἰβηρίας ἐπὶ ταύτῃ.* cf. Dio 46, 55. 47, 16. Plut. Ant. 19, 21. Cic. 46. Liv. ep. 120. Suet. Aug. 27. Flor. 4, 6. Eutr. 7, 2.

1) Cic. Phil. 3, 10, 24. 2) L. Lentulus Niger cand. cons. 695. Cic. Vat. 10, 25. de Cassio cf. p. 131. 3) Cic. Phil. 3, 15, 38. 4) Ib. 10, 25. 26. 5) Cic. fam. 10, 6. 27. 11, 18, 2. Phil. 13, 4, 7. — App. b. c. 3, 84. Plut. Ant. 18. Liv. ep. 119. Vell. 2, 63. 64. 6) Liv. ep. 120. Vell. 2, 63. App. b. c. 3, 97. 7) App. b. c. 4, 2 sqq. cf. ad a. 712. 8) C. I. L. I, p. 475.

Lepidus consul factus Romae remansit, dum Antonius et Octavianus bellum contra Brutum et Cassium gererent¹⁾; legatos igitur auspiciis Lepidi Hispanias eo anno administrasse manifestum est. Altera provinciarum partitione post pugnam Philippensem facta Lepidus, quia in suspicionem cum Sex. Pompeio conspirandi vocabatur, ab Hispaniarum administratione remotus est.²⁾

713—723. C. Iulius Caesar Octavianus IIIvir.

Dio 48, 1. — *τὴν τε γὰρ ἀρχὴν αὐτίκα ἀνεδάσαντο καὶ Καίσαρι μὲν ἢ τε Ἰβηρία καὶ ἡ Νουμιδία, Ἀντωνίῳ δὲ ἢ τε Γαλατία καὶ ἡ Ἀφρική, ἐγένετο.* cf. App. b. c. 5, 3. Suet. Aug. 13.

Ex eo tempore Octavianum Hispanias retinuisse per totum triumviratus tempus constat.³⁾ Restat igitur, ut proconsules, qui auspiciis eius Hispanias usque ad annum 723 deinceps administraverunt, quorum plerique ex inscriptionibus tantum triumphalibus cognoscuntur, in fastos redigamus. Sunt autem hi:

713. C. Albius Carrinas procos.

App. b. c. 5, 26. *Βόχχον δὲ τὸν Μαυρουσίῳ βασιλέα Λεύκιος* (sc. Antonius) *ἔπεισε πολεμῆν Καρρίνα τῷ τὴν Ἰβηρίαν ἐπιτροπεύοντι τῷ Καίσαρι.* cf. Dio 48, 45.

Carrinas consul suffectus erat a. 711, ulteriori Hispaniae a. 709 propraetorem eum praefuisse supra demonstratum est. Appiani⁴⁾ verba legenti: *Καίσαρι δὲ ἐν μὲν Καπύῃ τέσσαρα ἦν τέλη καὶ περὶ αὐτὸν αἱ στρατηγίδες, ἔξ δὲ ἕτερα Σαλουδιηνὸς ἦγεν ἐξ Ἰβηρίας* — facile opinio existat Q. Salvidienum Rufum simul cum Carrinate Hispaniam administrasse; sed ex aliis locis⁵⁾ perspicitur itinere nondum confecto eum ab Octaviano ad bellum Perusinum revocatum esse. Notandum videtur Appianum loco commemorato Bocchum vix recte dicere; constat enim Bogudem Africae ad occidentem vergenti praefuisse. Eundem Dio perhibet.⁶⁾

1) Plut. Ant. 21 extr. Dio 47, 20. 2) Dio 48, 1. App. b. c. 5, 3.
3) App. b. c. 5, 95. 134 sq. Dio 48, 54. Plut. Ant. 35. 4) b. c. 5, 24.
5) Ib. 20. cf. 27. 6) 48, 45. cf. Lange R. A. III, 566.

714. L. Antonius procos.

Sex. Peducaeus } *procoss.?*
Λεύκιος?

App. b. c. 5, 54. ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτὸν (sc. L. Antonium) καὶ τέως ἐν θαύματι ἄγων οὐκ ἔφη μὲν οὐδὲ βουλόμενον ἐπάξεσθαι κατ' ἀδελφοῦ, πιστεύσειν δὲ ὡς τοιῷδε ἀνδρὶ πᾶσαν Ἰβηρίαν καὶ τὸν ἐν αὐτῇ στρατὸν ὑποστρατηγούντων αὐτῷ τῶν νῦν ἡγουμένων αὐτῆς Πεδουκαίου τε καὶ Λευκίου.

Bello Perusino finito cum Octavianus Galliam Narbonensem Antonii provinciam in suam potestatem redegisset¹⁾, L. Antonio, qui Marco fratri, si regnum affectaret, inimicum se fore declarabat, utramque Hispaniam permisit. Cuius cum postea mentio nusquam fiat, paulo post ibi mortuum esse veri simile est. Quos Appianus *ὑποστρατηγούοντας* appellat, eorum alter videtur ille esse Sex. Peducaeus, quem Caesar a. 706 Sardiniae praefecerat²⁾, alter Lucius quis sit, equidem eruere non potui.

715—717. Cn. Domitius Calvinus procos.

Dio 48, 42. Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ Κερητανῶν (sc. κίνησις) καὶ αὐτοῖς ὁ Καλοῦνος κατεστρέψατο — —, τυχῶν τε τῶν ἐπινικίων καίτοι τῆς Ἰβηρίας τῷ Καίσαρι προστεταγμένης (πρὸς γὰρ τὰς τῶν κρατούντων βουλήσεις καὶ αἱ τιμαὶ τοῖς ὑποστρατηγοῦσι σφίσι ἐγγίγνοντο) τό τε χρυσίον τὸ παρὰ τῶν πόλεων ἐς αὐτὰ εἰλωθὸς δίδοσθαι ἐκ μόνων τῶν Ἰβηρικῶν ἔλαβε καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ μὲν τι ἐς τὴν ἑορτὴν ἀνάλωσε, τὸ δὲ δὴ πλεῖον ἐς τὸ βασιλείον.

Domitius Calvinus primum consul fuerat a. 701, iterum 714, proelio Pharsalio interfuit a Caesaris partibus³⁾ et in Africam eundem secutus est.⁴⁾ Quem usque ad annum 717 Hispaniis praefuisse triumpho eius probabile fit, qui in fastis ita traditur:

1) App. b. c. 5, 51. cf. Lange R. A. III, 569 n. 5. 2) Ib. p. 422 n. 9. 3) Caes. b. c. 3, 69. 4) bell. Afr. 86.

C. I. L. I, p. 461 (cf. p. 478):

CN · DOMITIVS · M · F · M · N · CALVINVS · AN · DCCXVII
PROCOS · EX · HISPANIA · XVI · K · SEXTIL

718—719. C. Norbanus Flaccus procos.

C. I. L. I, p. 461 (cf. p. 478):

C · NORBANVS · C · F · FLACCVS · PROCOS · AN · DCCXIX
EX · HISPANIA IIII IDVS OCTOBR

C. Norbanus Flaccus ad Philippos contra Brutum et Cassium pugnaverat¹⁾, postea a. 716 consul factus est.

720. L. Marcius Philippus procos.

fast. tr. Barb. C. I. L. I, 478:

L · MARCIVS · PHILIPPVS · EX · HISPANIA · V · K
MAI · TRIVMPHAVIT · PALMAM · dEDIT ·

Philippus, praetor a. 710²⁾, Augusti vitrici consulis a. 698 filius erat.

721. Ap. Claudius Pulcher procos.

fast. tr. Barb. C. I. L. I, 478:

AP · CLAVDIVS · PVLGER · EX · HISPANIA · K · IVN
TPIVMHAVIT PALMAM · DedIT

Reliquorum duorum annorum proconsules ignoti sunt.

1) App. b. c. 4, 87. Dio 47, 35. 2) Cic. Phil. 3, 10, 25.

T A B U L A
PRAESIDES*

a. u.	citerioris	Hispaniae et	ulterioris.
536—543 (?)		P. Cornelius Scipio <i>procos.</i> †	
543—544 (?)		Cn. Cornelius Scipio <i>legat. (imperat.)</i> †	
544—548		C. Claudius Nero <i>propr.</i> P. Cornelius P. f. Scipio <i>procos.</i> M. Iunius Silanus <i>propr.</i>	
549—553		L. Cornelius Lentulus <i>procos.</i> C. Cornelius Cethegus <i>procos.</i>	L. Manlius Acidinus <i>procos.</i>
554		Cn. Cornelius Blasio <i>procos.</i>	- - -
555—556		C. Sempronius Tuditanus <i>praet. (procos.)</i> †	L. Stertinius <i>procos.</i> M. Helvius <i>praet. procos. (-559)</i> Q. Fabius Buteo <i>praet.</i>
557		Q. Minucius Thermus <i>praet.</i>	
558		M. Porcius Cato <i>cos.</i>	
559		P. Manlius <i>praet.</i> Sex. Digtius <i>praet.</i> C. Flaminius <i>praet.</i>	
560		- - - <i>propr.</i>	Ap. Claudius Nero <i>praet.</i> P. Cornelius Scipio Nasica <i>praet.</i> M. Fulvius Nobilior <i>praet. (procos.)</i>
561—562		L. Plautius Hypsaesus <i>praet.</i>	L. Aemilius Paulus <i>praet. procos.</i> P. Iunius Brutus <i>propr.</i>
563—564		L. Manlius Acidinus Fulvianus <i>praet. (procos.)</i>	C. Atinius <i>praet.</i> †
565		L. Quinctius Crispinus <i>praet.</i>	L. Calpurnius Piso <i>praet.</i>
566—567		A. Terentius Varro <i>praet. (procos.)</i>	P. Sempronius Longus <i>praet. (procos.)</i> †
568—569		Q. Fulvius Flaccus <i>praet. (procos.)</i>	P. Manlius <i>praet. II.</i>
570—571		Ti. Sempronius Gracchus <i>praet. (procos.)</i>	L. Postumulus Albinus <i>praet. (procos.)</i>
572—573		M. Titinius (Curvus?) <i>praet. (procos.)</i>	T. Fonteius Capito <i>praet. (procos.)</i>
574—575		Ap. Claudius Centhio <i>praet. (procos.)</i>	
576—578		P. Furius Philus <i>praet.</i> - - - <i>propr.</i> M. Iunius Pennus <i>praet.</i>	Cn. Servilius Caepio <i>praet.</i> M. Matienus <i>praet.</i> Sp. Lucretius <i>praet.</i>
579			
580			
581			
582			
583 (-584?)		L. Canuleius Dives <i>praet.</i> M. Claudius Marcellus <i>praet.</i> P. Fonteius Balbus <i>praet.</i>	
585			
586			

599—598 (?)	Q. Fabius Labeo (<i>praet.</i>) procos. [cit. ?]	—	—
599 ?	M. Sergius (<i>praet.</i>) procos. [cit. ?]	—	—
600	—	—	—
601	Q. Fulvius Nobilior cos.	—	M. Manilius praet.
602	M. Claudius Marcellus cos. III.	—	L. Calpurnius Piso praet. [ult. ?]
603—604	L. Licinius Lucullus cos.	—	L. Mummius praet.
605 ?	—	—	M. Atilius Serranus praet.
606 ?	—	—	Ser. Sulpicius Galba praet. \
607 ?	—	—	C. Vedilius praet. †
608	—	—	C. Plantius Hypsaetus praet. } [ult. ?]
609—610	—	—	× Claudius Ummianus praet.
611	C. Laelius Sapiens [610 ?]	—	× Nigidius Figulus praet.
612	Q. Caecilius Metellus cos.	—	Q. Fabius Maximus Aemilianus cos.
613	Q. Caecilius Metellus procos.	—	× Quinctius praet.
614	Q. Pompeius A. f. cos.	—	Q. Fabius Maximus Servilianus cos.
615	— procos.	—	— procos.
616	M. Popilius Laenas cos.	—	Q. Servilius Caepio cos.
617	— procos.	—	— procos.
618	C. Hostilius Mancinus cos.	—	D. Iunius Brutus cos.
619	M. Aemilius Lepidus cos.	—	— procos. (-621 ?)
620—621	L. Furius Philus cos.	—	—
630 ?	Q. Calpurnius Piso cos.	—	C. Marius praet. (?)
640 ?	P. Cornelius Scipio Africanus cos. II.	—	L. Calpurnius Piso Frugi praet. †
642	Q. Fabius Maximus (Allobrogicus) praet. [cit. ?]	—	Ser. Sulpicius Galba praet.
643	—	—	Q. Servilius Caepio praet.
645	—	—	—
652	M. Marius praet.	—	D. Iunius Silanus praet.
653	—	—	L. Cornelius Dolabella (<i>praet.</i>) procos.
654	C. Caelius Caldus praet.	—	—
655	—	—	—

*) Haec tabula qui uti vult ut recte utatur, is conferat p. 69 adn. 2. Simul moneo eos viros, quibus cruce[m] addidi, aut in itinere aut in ipsa provincia mortem occubuisse.

PRÆFIDUS

a. u.	citerioris	Hispanias et	ulterioris
656	T. Didius cos.		
657—660	— procos.		P. Lælius (propr.) <i>liber cos</i>
661	C. Valerius Flaccus cos.		P. Cornelius <i>propr.</i> <i>liber cos</i>
672?	(C. Valerius Flaccus (propr.) imper. Gall.)		Q. Sertorius <i>propr.</i> <i>liber cos</i>
673	C. Annius Luscius (propr.) procos.		Q. Sertorius <i>propr.</i> <i>liber cos</i>
674	M. Domitius Calvinus (propr.) procos.		L. Fulvius <i>propr.</i>
675—682	—		Q. Caecilius Metellus <i>liber cos</i>
676	Q. Calpidius <i>propr.</i>		—
677—682	Cn. Pompeius Magnus procos.		—
684	—		—
686	—		—
689	Cn. Calpurnius Piso qu. propr. †		M. Pupius Piso Calpurnianus <i>propr.</i> <i>procos.</i> [ult. ?]
692	—		× Antistius Vetus <i>propr.</i>
693	—		C. Cosconius <i>propr.</i> (<i>procos.</i>)
695	P. Cornelius Lentulus Spinther <i>propr.</i>		C. Iulius Caesar <i>propr.</i>
698	Q. Caecilius Metellus Nepos procos.		Sex. Quinctilius Varus <i>propr.</i> (<i>procos.</i>)
699	—		—
700—705	—		—
706	—		Cn. Pompeius Magnus <i>procos.</i>
707 (—708)	M. Aemilius Lepidus <i>propr.</i>	(L. Afranius consularis M. Petreius praetorius M. Terentius Varro legati.)	Q. Cassius Longinus <i>propr.</i> (ab 705.)
709	? Q. Pedius <i>propr.</i> procos.		C. Trebonius <i>propr.</i> (<i>procos.</i>)
710 (—711)	—		C. Albius Carrinas <i>propr.</i> [ult. ?]
712	M. Aemilius Lepidus procos.		C. Asinius Pollio <i>propr.</i>
713—723	—		M. Aemilius Lepidus <i>IIIvir cos.</i>
713	—		C. Iulius Caesar Octavianus <i>IIIvir procos.</i>
714	—		C. Albius Carrinas <i>procos.</i>
	{ Sex. Peducaeus [cit. ?]		L. Antonius <i>procos.</i>
			Lucius ? [ult. ?]
715—717	—		Cn. Domitius Calvinus <i>procos.</i>
718—719	—		C. Norbanus Flaccus <i>procos.</i>
720	—		L. Marcus Philippus <i>procos. ?</i>
721	—		Ap. Claudius Pulcher <i>procos. ?</i>

Hispaniarum provinciarum.

N O Σ T O Σ

VON

GEORG CURTIUS

Der wesentliche Inhalt der hier folgenden Erörterung ist in italienischer Uebersetzung schon im Juliheft der Rivista di Filologia ed Istruzione classica, Turin 1873, erschienen. Da diese Zeitschrift in Deutschland nicht sehr verbreitet ist, schien es mir nicht unpassend, hier in völlig anderer Fassung und mit Hinzufügung verschiedener Zusätze auf dieselbe Frage zurückzukommen.

C.

Wer unsere Lexika als untrügliche Orakel für die Wörterbedeutungen zu verehren gewohnt ist — wie mir dies bei angehenden Philologen in einer für unsere skeptische Zeit verwunderlichen Weise oft entgegen getreten ist — hat bei dem Worte *νόστος* und seinen Ableitungen einen schweren Stand. Dass *νόστος* in der Regel Rückkehr, aber auch, wie es bei Passow heisst „überhaupt“ Gang, Fahrt, Reise bedeute, wird manchen Lehrer — obgleich sich schon hiergegen Bedenken erheben — vielleicht weniger befremden. Auch wenn für das Adjectiv *νόστιμος* in erster Reihe die seltsamen Sprachgebilde „rückkehrlich“, „rückkehrbar“ zur Uebersetzung empfohlen werden, so kann man das der Kürze wegen dem Lexikographen allenfalls hingehen lassen. Anders aber steht es mit dem was folgt. Es wird nämlich für das Adjectiv eine zweite Bedeutung hinzugefügt „zur Rückkehr geschickt“ „daher“ von Feldfrüchten zur Einfuhr reif, „daher“ *reif, saftig, süss*, b) „fruchtbar machend“ (*ἔδωρ* Joseph.). Diese curiose Bedeutungsentwicklung wird doch niemand, der einen Augenblick nachdenkt, ohne die ernstesten Zweifel hinnehmen. In Stephanus Thesaurus ist es nicht besser bestellt. Dort fehlt zwar der Versuch den Begriff der Süssigkeit aus dem der Einfuhr zu erklären, dafür wird aber dem Eustathius nachgesprochen *‘διὰ τὸ ἡδὺ τοῦ νόστου καὶ νόστιμον ἔδεσμα ἡδὺ λέγεται’* und an die homerischen Beiwörter von *νόστος* im gewöhnlichen Sinne *γλυκερός* und *μελιήδης* erinnert. Dem Sprüchwort nach ist auch die Rache süss, aber ich glaube nicht, dass deshalb jemand die Stüssigkeit selbst oder etwa den Honig Rache genannt hat.

Es handelt sich aber hiebei nicht bloss um die Leistungen unsrer Lexikographen, sondern auch um die unabweislichste Aufgabe der Philologie, das Verständniss der Texte, hier zunächst des homerischen, welchem zwar jene allerseltsamste Bedeutung Süßigkeit fremd ist, für den sich aber eine andre Controverse erhebt. Jeder Irrthum rächt sich gelegentlich, so auch der, in den fast alle Erklärer des Wortes gerathen sind, die häufigste Bedeutung von *νόστος* müsse auch nothwendigerweise die älteste, die eigentliche*), folglich die bei Vater Homer allein zu erwartende sein. Durch diesen Irrthum ward Nitzsch in seinen trefflichen „Anmerkungen zur Odyssee“ zu einer höchst befremdlichen Erklärung von ε 344 geführt. Es handelt sich um die Worte, welche Ino Leukothea dem Odysseus zuruft

*ἀτὰρ χεῖρεσσι νέων ἐπιμαίεο νόστου
γαίης Φαιήκων*

über die Nitzsch folgendes sagt: „*γαίης Φαιήκων* steht im ächten Appositionsverhältniss, wo mit wiederholter Beziehung des regierenden Zeitworts etwas im vorangegangenen Hauptbegriff Enthaltenes hinzugefügt wird.“ Wir erhalten so etwa folgenden Gedanken: schwimmend strebe nach Heimkehr, [nämlich zunächst] nach dem Phaeakerlande. Ohne die in Klammern beigefügten Worte hinzuzudenken, wird die Stelle sinnlos. *γαῖα Φαιήκων* kann in keinem Sinne Apposition zu dem nomen actionis *νόστος* sein. Die als Beleg solcher Construction beigebrachte Stelle K 401 *δώρων ἐπεμαίετο θυμός, ἵππων Ἀλακίδαο* ist offenbar sehr verschieden. Auch bei andern Versuchen neuerer Erklärer, welche von einem „prägnanten“ Gebrauche von *νόστος* und *νοστεῖν* reden, brauchen wir nicht zu verweilen. Denn kein Mensch wäre auf diese künstlichen Deutungen gerathen, wenn es nicht unmöglich erschienen wäre, *νόστος* auch bei Homer in dem Sinne zu nehmen, welchen *νόστος* nach Homer, wie allerseits anerkannt ist, und den

*) So schon Suidas s. v. *περινοστούντας*. *νόστος κυρίως μὲν ἢ ἀπ' ἄλλοδαπῆς οἰκάδ' ἀφιξίς, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἴ' ἀπὸ τόπου εἰς τόπον.*

das Stammverbum *νέεσθαι* nebst dem verwandten *νίσσεσθαι* sogar auch bei Homer, wie allbekannt, nicht selten hat, nämlich im Sinne des Fahrens, Kommens, Gehens überhaupt. „Schwimmend strebe nach Erreichung des Phäakenlandes“ ist ein sehr einfacher Gedanke. Der vielleicht in dieser Anwendung nicht allzu häufige, so genannte objective Genitiv hat in *νόστος Ἀχαιίδος* ψ 68, wo *νόστος* die gewöhnliche Bedeutung hat, seine Parallele. So, wie es uns natürlich schien, deutete der Scholiast (HT): *ἐφίεσο τοῦ νόστου τῆς γῆς τῶν Φαιήκων* und glücklicherweise ist diese richtige Auffassung, die unter anderm Ernesti's Uebersetzung 'Quaere accessum terrae Phaeacum' zu Grunde liegt, nur vorübergehend durch jene verfehlten Versuche verdrängt worden.*) Wahr ist, dass für *νόστος* diese weitere Bedeutung an keiner andern homerischen Stelle so entschieden hervortritt. Indess gibt es Verse, für welche die Uebersetzung Fahrt mindestens natürlicher ist, als Rückfahrt z. B. δ 517

ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κείθεν ἐφαίνετο νόστος ἀπήμων
und vor allem ι 37, wo Odysseus zum Alkinoos sagt
εἰ δ' ἄγε τοι καὶ νόστον ἐμὸν πολυκίθε' ἐνίσπω,
ὄν μοι Ζεὺς ἐφέηκεν ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντι.

Von wirklicher Rückkehr war O. damals weit entfernt. Das abgeleitete *νοστεῖν* hat die allgemeinere Bedeutung nur einmal in einer zweimal wiederholten Wendung (δ 619, ο 119) *κεῖσέ με νοστήσαντα*, wobei der Zusammenhang jeden Gedanken an Rückkehr ausschliesst. Dass die Anwendung auf Heimkehr

*) Bei der Abneigung der meisten Homerinterpreten, diese Deutung zuzulassen, ist es beinahe verwunderlich, dass nicht jemand v. 279 f. benutzt hat zu Gunsten solcher Tendenz. Denn dort heisst es, Odysseus sei mit seinem Flosse schon ganz nahe beim Phaeakenlande gewesen (vgl. v. 283). Es könnte also leicht jemand der Gedanke kommen, *ἐπιμαίσο νόστον γαίης Φ.* hiesse, trachte das Phaeakenland wieder zu erreichen. Solcher Erklärung würde aber der Gebrauch des Worts entschieden widersprechen, denn *νόστος* heisst nie schlechtweg das wiederholte Gelangen an einen schon früher berührten Ort, sondern, wo sich nicht diese allgemeinere Bedeutung Fahrt erhalten hat, stets das glückliche Gelangen in's Vaterland.

keineswegs von Anfang an fest ausgeprägt war, beweisen auch die vielen Zusätze *οἰκόνδε, οἴκαδε, ὄνδε δόμονδε, φιλῆν* etc. welche zum im homerischen Sprachgebrauch, denen ähnliche bei späteren Schriftstellern zur Seite stehen wie *ὀπίσω δούρατος* (Herod. III, 26), *νοστήσει πάλιν* (Aristoph. Av. 1271). Dass *νόστος* im Drama keineswegs immer Heimkehr, sondern auch öfter Fahrt, Zug, Ausfahrt bedeutet ist allgemein anerkannt. Am klarsten wird dies aus Eurip. Iph. Aul. 1261 *οἷς νόστος οὐκ ἔστ' Ἰλίου πύργους ἔπι, εἰ μὴ σε θύσω*

Für das Verbum *νοστεῖν* genügt es auf Eurip. Helena 474 und Aristoph. Acharn. 29 zu verweisen. In *περινοστεῖν* ist überhaupt nirgends eine Spur von rückläufiger Bewegung zu finden.

Eine umstrittene Stelle ist Soph. Philoct. 43, wo es vom Helden des Stückes heisst

*ἀλλ' ἢ πὶ φορβῆς νόστον ἐξελέλυθεν
ἢ φύλλον εἴ τι νόδονον κατεῖδέ που.*

Der Scholiast erklärt *νόστον* mit *δόον*. Die verschiedenen kritischen Versuche der neueren findet man in Blaydes Ausgabe beisammen. Nachdem man sich vielfach bei Gottfr. Hermann's Erklärung '*in viam qua victum quaereret exiit*' beruhigt hatte, sind neuerdings die Zweifel wieder mehr hervorgetreten, die in Wecklein's Worten (*Ars Sophoclis emendandi* p. 76) '*nullo modo potest non falsum videri*' ihren entschiedensten Ausdruck finden. Man hat an zweierlei Anstoss genommen. Zunächst pflegt *ἐπί* m. Acc. bei Verben am häufigsten den Gegenstand zu bezeichnen, welcher das Ziel der Bewegung ist: *ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐξιέναι* (Xen.), *ἐπὶ λείαν ἐλθεῖν* (Isocr.), während in der Wendung *ἐπὶ νόστον ἐξελέλυθεν* die beabsichtigte Handlung selbst durch *ἐπί* mit dem Verbum verbunden ist; sodann ist der Genitiv bei *νόστος* an dieser Stelle allerdings von anderer Art als in der vorhin besprochenen Odysseestelle *νόστος γαίης Φαιήκων*. Beide Anstösse sucht Blaydes durch die leichte Aenderung

ἀλλ' ἢ πὶ φορβῆν νόστον ἐξελέλυθεν

zu heben. Es fragt sich aber, ob die Aenderung nothwendig

ist. *ἔξιέναι ἐπὶ Θήραν* ist in attischer Prosa geläufig und jenes *φορβῆς νόστος* ist nichts anderes als die für Philoktet zum Gewinn der Nahrung dienende Jagd. Ich sehe also keinen wesentlichen Unterschied zwischen der Anwendung von *ἐπί* m. Acc. in dem einen und in dem andern Falle. Aehnlich heisst es bei Thuc. III, 111 *πρόφασιν ἐπὶ λαχανισμὸν καὶ φρυγάνων ξυλλογὴν ἐξελεθόντες*. Es kann also kein Zweifel darüber bestehen, dass *ἐπί* mit dem Acc. wirklich nicht nur den erstrebten Gegenstand, sondern auch eine beabsichtigte Handlung bezeichnen kann. Für unsere Stelle gewinnen wir so den Sinn „er ist fort (hat seine Höhle verlassen) auf einen Proviantzug“. Denn ich glaube, dass auch der kühnere Gebrauch des Genitivs bei dem Dichter unangefochten bleiben kann, wenn wir ihn nicht mit Krüger (Poet. Syntax § 47, 7, Anm. 7) als objectiven, sondern als den bei Dichtern weiter als in Prosa verbreiteten Genitiv der Eigenschaft oder, wenn man will, als genitivus definitivus auffassen. *φορβῆς νόστος* ist gesagt, wie ohne Zweifel *θήρας νόστος*, *θήρας ἔξοδος* dichterisch gesagt werden konnte, ein „Nahrungszug, Jagdzug“, oder wie *διπλῆς μεριμνῆς διπτύχους ἰὼν ὁδοῦς* von Eurip. Or. 633 gesagt ist. Man vergleiche *κῆλις συμφορᾶς* Soph. OR 833 und andere von Krüger § 47, 5, A. 2 zusammengetragene Stellen.

Die auf diese Weise gesicherte Thatsache, dass *νόστος* bei Dichtern aller Zeiten nicht bloss Heimkehr, sondern Fahrt, Zug überhaupt bedeutet, steht, wie schon angedeutet ward, in unverkennbarster Parallele zu dem Gebrauche des Verbums *νεισθαί*. Aber während unsre Lexika für das Substantiv *νόστος* den engeren Gebrauch als den eigentlichen betrachten, und, wie wir sahen, nur durch das Hinterpförtchen „dann überhaupt“ zu dem weiteren gelangen, heisst es bei Passow unter *νέομαι* „gehn, kommen, besonders mit näherer Bestimmung weggehn oder zurückgehn“. Es wird hier also das geradezu entgegengesetzte Verfahren eingeschlagen, obgleich am Schlusse von *‘νόστος’* der Zusammenhang dieses Substantivs mit dem Verbum anerkannt wird. Nun dürfte aber der Weg

Gebrauch unterordnen derjenigen Gebrauchsweise der Nominalcomposita, welche Bopp durch den Ausdruck Abhängigkeitscomposita, Curtius als objective, Andere als casuale bezeichnen¹⁰⁴), und für welche es charakteristisch ist, dass der zweite Bestandtheil gleichsam vom ersten regirt wird. Diese Gebrauchsweise kann bei den mit der Präposition *ἐπί* zusammengesetzten Nominalcomposita belegt werden durch: *ἐπαίτιος*, *ἔπακμος*, *ἐπάρουρος*, *ἔπαυλος*, *ἐπίγαμος*, *ἐπίδημος*, *ἐπίδικος*, *ἐπίδοξος*, *ἐπιθάνατος*, *ἐπικαιρος*, *ἐπικίνδυνος*, *ἐπικληρος*, *ἐπίνικος*, *ἐπίπεδος*, *ἐπίσκηρος*, *ἐπίσιος*, *ἐπίτιμος*, *ἐπίφρων*, *ἔποικος*, *ἔφαλος*, *ἔφεδρος*, *ἔφέστιος*, *ἔφηβος*, *ἔφήμερος*, *ἔφιμερος*, *ἔφιππος*, *ἔφορμος*, und nach meiner Etymologie auch durch *ἔφέται*¹⁰⁵). Man kann also *ἐπώνυμος* in diesem Sinne auflösen durch¹⁰⁶) *ἐπ' ὀνόματος* (scil. *τινὸς ἄν*), gerade so wie das für *ἀντωνυμία* vorauszusetzende *ἀντώνυμος* und das für

104) Vgl. Fügner, de nominibus Graecis cum praepositione copulatis. Lips. 1878.

105) Lange, de ephetarum Atheniensium nomine. Lips. 1873. S. 11. Vgl. die Epheten und der Areopag vor Solon. Leipz. 1874. (a. a. O.) S. 199. Die von R. Schöll in der Neuen Jen. Lit. Z. 1874. Art. 703. dagegen geäußerten grammatischen Bedenken sind hinfällig. Neben dem voraussetzenden *ἐπιπέτης* konnte *ἐφέτης* gerade so gut aufkommen, wie bei Homer neben einander stehen *ἐπιανδάνειν* und *ἐφاندάνειν*. Die von mir postulierte Bedeutung des Wortes *έτης* (civis optimo iure, eupatrida) lässt sich allerdings für den attischen Sprachgebrauch, wie mein College Lipsius (in Bursians Jahresber. 1873. S. 1349) betont, nicht direct erweisen; allein sie folgt aus dem sonst bekannten Gebrauche des Wortes *έτης* mit innerer Nothwendigkeit, eben desshalb aber ist die Nichterweisbarkeit kein zwingender Grund, um sie dem attischen Sprachgebrauche der älteren Zeit abzusprechen.

106) Dass sich die Wendung *ἐπ' ὀνόματι* oder *ὀνόματος εἶναι* nicht belegen lässt, liegt daran, dass die z. B. von den Ἴφρωες *ἐπώνυμοι* sprechenden Schriftsteller sich anderer deutlicherer Wendungen bedienen, um die Beziehung zum Namen des benannten Gegenstandes auszudrücken, wie z. B. *ἀφ' ὧν προσηγορεύθησαν* oder *ἀφ' ὧν ὄνομα ἔσχον* (oben S. 162 und Anm. 71). Die Redensart *ἐπὶ τοῦ ὀνόματος εἶναι* (berechtigt sein zum Führen des Namens) bei Dem. adv. Boeot. de nom. 21 gehört natürlich nicht hieher. Zu vergleichen ist aber für den postulirten Begriff von *ἐπί*: *οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως* u. dgl.

μετωνυμία vorauszusetzende μετώλυμος, vielleicht auch das oben anders gedeutete παρώνυμος¹⁰⁷⁾, ist ἀντὶ, μετὰ, παρὰ ὀνόματος (scil. τινὸς ὄν).

Dass in einem und demselben Compositum beide Gebrauchsweisen, die attributive und die casuale, nebeneinander vorkommen, ist aus leicht begreiflichen Gründen zwar verhältnissmässig selten, aber keineswegs unerhört. So ist z. B. das Homerische ἐπήρετος von Schiffen gebraucht attributiv, von Ruderern gebraucht casual zu verstehen; dergleichen haben, um mich auf Composita mit ἐπί zu beschränken, ἐπίκωπος, ἐπίτοκος, ἐπίρϑονος, ἔφυδρος beide Gebrauchsweisen.

In unserem Compositum ist sogar die dritte Gebrauchsweise, die determinative, gleichfalls anzunehmen¹⁰⁸⁾, für welche von den Compositis mit ἐπί als Beispiele gelten können: ἐπιμάρτυρος, ἐπιστωρ, ἐπιβώτωρ, ἐπιβούκολος, ἐπιτομιήν, ἐπίουρος, ἐπιστράτηγος, ἐπίκουροι, ἔπαινος, ἔφοδος¹⁰⁹⁾; denn das vorhin erwähnte ὄνομα ἐπιώνυμον nebst ἐπιώνυμον in der Bedeutung „Name“ lässt sich nicht anders auffassen, als ἐπί (τινος) ὄνομα (ὄν)¹¹⁰⁾, sowie ἐπίσημος z. B. ἐπί (τινος oder τινι) σῆμα (ὄν)¹¹¹⁾, und das substantivirte ἐπίσημον¹¹²⁾ gleichbedeutend mit σῆμα selbst ist.

107) So fasst es Fügner S. 35 f., der übrigens selbst eingesteht (S. 62), dass bei manchen Compositis der Art eine doppelte Auffassung gleich möglich ist.

108) Als Beispiele solcher in allen drei Gebrauchsweisen vertretener Composita führt Fügner S. 61 an ἐκλογος, πάριππος, περίμετρος.

109) Vgl. de ephetarum nomine S. 12.

110) So ist also Ὀδυσσεύς (Anm. 102) ein ὄνομα ἐπιώνυμον, weil es ein ὄνομα ἐπὶ (τοῦ ὀδίσσασθαι) ist.

111) So heisst z. B. bei Steph. Byz. s. v. Φεράρροι, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Λεοντίδος γιλιῆς, ἀπὸ Φεράρρων Ἀθήνηθιν ἐπισήμον ἤρωος der ἤρωος ἐπιώνυμος des Demos ἐπίσημος, weil er gleichsam das σῆμα (Wahrzeichen) für den Demos ist. ἐπίσημος also vereinigt in sich den determinativen und attributiven Gebrauch, wie z. B. ἀπόξενος (exul und inhospitalis) und einige andere bei Fügner S. 60.

112) Herod. 8, 68 τὸ ἐπίσημον τῆς νεός.

Das scheinbar active *ἐπώνυμος* aber als casuales Compositum zu fassen, sind wir um so zweifelloser berechtigt, als bei dieser Auffassung sich nicht bloss die *ἥρωες ἐπώνυμοι τῶν φυλῶν* (als *ἐπὶ τῶν ὀνομάτων τῶν φυλῶν ὄντες*) und alle andern als *ἐπώνυμοι* im activen Sinne bezeichneten Wesen, das *εὐρὸν σάκος Εὐρυσάκου* *ἐπώνυμον* des Sophokles nicht ausgeschlossen, sich leicht und einfach, auf jeden Fall grammatisch correcter, als durch die Hineintragung des Begriffes „geben“, sondern auch *ἐπώνυμον* in der vorhin noch nicht erklärten Bedeutung „Beiname“¹¹³⁾, d. i. *ἐπὶ τοῦ ὀνόματος (ὄν)*¹¹⁴⁾, und namentlich auch die *ἐπώνυμοι τῶν ἡλικιῶν, τῶν λήξεων, τῶν ἀρχόντων* ganz ungezwungen und in Einklang mit dem, was über dieselben überliefert ist, erklären.

Was zunächst die *ἐπώνυμοι τῶν ἡλικιῶν* betrifft, so sagt ja Aristoteles ausdrücklich, dass die Epheben in früherer Zeit auf *λελευκωμένα γραμματεῖα ἐνεγράφοντο*, und dass ihnen *ἐπεγράφοντο ὅ τε ἄρχων, ἐφ' οὗ ἐνεγράφησαν, καὶ ὁ τῷ προτέρῳ ἔτει δεδιωκτικῶς*. Die Archonten waren also *ἐπώνυμοι τῶν ἡλικιῶν*, weil ihre Namen an der Spitze der zu den einzelnen *ἡλικίαι* gehörenden Namen der Epheben standen, als *ἐπὶ τῶν ὀνομάτων (τῶν καθ' ἡλικίαν ἐγγραφέντων ἐφηβῶν ὄντες)*.

Was ferner die *ἐπώνυμοι τῶν λήξεων* betrifft, so ist es klar, dass das *γραμματεῖον ληξιαρχικόν* in Bezug auf die äussere Anordnung dem Ephebenregister muss ähnlich gewesen sein, da auch in ihm die *δοκιμασθέντες* oder *εἰς ἄνδρας, εἰς δημότας ἐγγραφέντες* oder *ἐκ παιδῶν ἐξεληθέντες* als nunmehr sofort oder eventuell berechtigt zur selbständigen Vermögensverwaltung eingetragen wurden. Also ist der Schluss

113) Wie in *ἐπώνυμον*, Name und Beiname, der determinative und casuale Gebrauch vereinigt ist, so in *ἀντιστράτηγος*, Gegenfeldherr und Stellvertreter des Feldherrn, *πρόθυρον*, Vorthür und Raum vor der Thür.

114) Ebenso *ἐπαθλον*, Kampfpriis, als *ἐπὶ τῷ ἄθλῳ (ὄν)* und *ἐπίσσωτρον*, eiserner Beschlag der Radfelge, als *ἐπὶ τῷ σώτρῳ (ὄν)*.

berechtigt, dass auch ihnen ἐπεγράφοντο ὁ τε ἄρχων, ἐφ' οὗ ἐνεγράφησαν, καὶ ὁ τῷ προτέρῳ ἔτει δεδιωκτικῶς, umso mehr als der Archon die Oberaufsicht über das Familienrecht und was damit zusammenhing hatte.¹¹⁵⁾ Daraus würde nun freilich zunächst nur folgen, dass die Archonten hätten genannt werden können ἐπάνυμοι τῶν ληξιάρχων. Denn ληξίαρχοι hiessen ohne Zweifel diese δοκιμασθέντες. Wie nämlich der πολέμαρχος der Kriegsherr, der δῖμαρχος der Herr des Demos ist, so waren die δοκιμασθέντες nunmehr Herren ihrer λῆξις, d. i. ihres κλήρου und ihrer οὐσία. Wenn das Wort ληξίαρχος in dieser Bedeutung auch nicht durch eine Stelle direct belegt werden kann, so folgt die Nothwendigkeit seiner einstmaligen Existenz doch indirect aus den Angaben, die wir über die bürgerliche Bedeutung des ληξιαρχικὸν γραμματεῖον besitzen, und aus dem Namen dieses γραμματεῖον selbst¹¹⁶⁾;

115) Pollux 8, 89 δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται κακώσεως, παρνοίας, εἰς διαιτητῶν αἰρεσιν, ἐπιτροπῆς ὄρφανῶν, ἐπιτρόπων καταστάσεις, κλήρων καὶ ἐπικλήρων ἐπιδικασίαι. ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν γυναικῶν, αἱ ἂν φῶσιν ἐπ' ἀνδρὸς τελευτῇ κύειν, καὶ τοὺς οἴκους ἐκμισθοῖ τῶν ὄρφανῶν. Meier und Schoemann, attischer Process S. 41 ff.

116) Dass ληξιαρχικὸν nur durch das Mittelglied ληξίαρχος von λῆξις abgeleitet werden kann, versteht sich von selbst; dass aber die δοκιμασθέντες selbst ληξίαρχοι heissen, sagen unsere Quellen allerdings nicht direct, aber sie sagen es doch deutlich genug indirect. Schol. zu Lucian. Ζεὺς τραγ. 26 δύο ἦσαν γραμματεῖα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἐν τῷ ἐνὶ ἐνεγράφοντο ἅμα τῷ γεννηθῆναι, ἐν δὲ τῷ ἐτέρῳ ἡνίκα τῆς ἐννύμου ἡλικίας γέγοντο. τοῦτο δὲ ἐκαλεῖτο ληξιαρχικόν, ἐπειδὴ (so ist ohne Zweifel zu lesen statt des überlieferten ἐπεὶ δὲ) οἱ ἐγγραφόμενοι ἐν αὐτῷ κύριοι ἐγίνοντο τίτε τῆς πατρῴας λήξεως, τοῦτ' ἐστὶ τοῦ κλήρου καὶ τῆς ὑποστάσεως. λῆξις γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ πατρῴα κληρονομία. ἐπὶ οὖν τῶν ὄρφανῶν καταλειπομένων ὑπὸ ἐπιτρόπου παρεπέμπετο τὰ πατρῴα, ὡς ἂν αὐτῶν διεπόντων μὴ φθείροιτο τὰ τῶν ὄρφανῶν, εἴτα ἐπειδὴ (so wiederum für ἐπεὶ δὲ) [ἂν] ἐπιδιετέ: οἱ ὄρφανοὶ ἦβησαν, ἐξῆν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν νόμων εἰς τὸ ληξιαρχικὸν ἐγγραφέντας ἀναλαμβάνειν τὰ πατρῴα. τὸ δὲ ἦν τὸ τῆς λήξεως ἦτοι τῆς ἐαυτοῦ ἄρχειν κληρονομίας. Harpokration (nebst Suid. Art. 2) s. v. ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. Λίσχινης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχον, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ τελεωθέντες τῶν παιδῶν, οἱς ἐξῆν ἤδη τὰ πατρῴα οἰκονομεῖν, παρ' ὃ καὶ τοῦνομα γεγονέναι,

denn dass dasselbe nicht benannt sein kann von den sechs die Volksversammlungen controlirenden *ληξιαρχοι*¹¹⁷⁾, liegt auf der Hand. Dass die Archonten aber *ἐπιώνυμοι τῶν λήξεων* und nicht *τῶν ληξιάρχων* genannt wurden, ist durchaus analog der Benennung als *ἐπιώνυμοι τῶν ἡλικιῶν* (nicht *τῶν ἐφηβων*). Nämlich *λήξις* als Nomen actionis¹¹⁸⁾ bezeichnet den *κλῆρος* und die *οὐσία*, oder vielmehr eigentlich die Erlangung des *κλῆρος* und der *οὐσία*; diese Erlangungen aber eines sofort oder später zu realisirenden Vermögensrechts auf ein bestimmtes Vermögen konnten nicht eingetragen werden ohne die Namen derer, denen die *κλήροι* früher gehört hatten¹¹⁹⁾,

διὰ τὸ τῶν λήξεων ἄρχειν. λήξεις δὲ εἰσιν οἱ τε κλήροι καὶ αἱ οὐσίαι, ὡς καὶ Δείναρχος ἐν τῇ πρώτῃ καθ' Ἡγελόχου συνηγορία ἐπέε ἐπικλήρου. Schol. zu Aesch. Tim. 18 τὴν ἐφημερίδα λέγει τὴν δημοσίαν, εἰς ἣν ἐνεγράφοντο οἱ τελειωθέντες τῶν παιδῶν, οἳ ἐξῆν ἤδη τὰ πατρῶα οἰκονομεῖν καὶ τῶν λήξεων ἄρχειν. Ebendas. ἐκλήθη δὲ τὸ ληξιαρχικόν. . . ἢ ἀπὸ τοῦ τοῖς ἐν αὐτῷ γραφομένοις ἄρχειν τῆς λήξεως, ὅπερ ἐστὶ τοῦ κλήρου. Aeschin. Tim. 103 ἐπειδὴ δ' ἐνεγράφη Τιμαρχος εἰς τὸ ληξιαρχικόν γραμματίον καὶ κύριος ἐγένετο τῆς οὐσίας. Hyperides bei Harpokr. s. v. ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι. . . ὁ νόμος. . . ὃς κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου καὶ τῆς οὐσίας ἀπάσης τοὺς παῖδας, ἐπειδὴν ἐπιδιετὲς ἡβῶσιν. Dazu der technische Ausdruck κρατεῖν τῶν χρημάτων Isaeus 10, 12 und bei Suid. s. v. τέως. [Dem.] adv. Steph. II 20.

117) Pollux 8, 104 *ληξιαρχοι* ἐξ καθίσταντο τῶν πολιτῶν ἐγγεγραμμένων ἐν λευκάματι, καὶ τριάκοντα ἀνδρῶν αὐτοῖς προαιρεθέντων τοὺς μὴ ἐκκλησιάζοντας ἐζημίουν καὶ τοὺς ἐκκλησιάζοντας ἐξήταζον, καὶ σχοινίον μιλιώσαντες διὰ τῶν τοξοτῶν συνήλαννον τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν. ὁ δὲ εἰς τὸ ληξιαρχικόν γραμματίον ἐγγραφεῖς ἤδη τὰ πατρῶα παρελάμβανεν· ἢ δὲ πατρῶα οὐσία καὶ λήξις ἐκαλεῖτο. Womit Pollux natürlich nicht sagt, dass das *ληξιαρχικόν* von diesen *ληξιαρχοι* benannt worden sei. Diese Beamten mochten den Titel *ληξιαρχοι* daher haben, dass sie, sowie jeder einzelne *δοκιμασθεῖς* für sich *τῆς ἐαυτοῦ λήξεως ἄρχων* war, so sie ihrerseits in gewissem Sinne *ἀπασῶν τῶν εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν πίνακα ἐγγραφειῶν λήξεων ἄρχοντες* waren.

118) Vgl. Meier und Schoemann, attischer Process S. 594, über *λήξις δίκης*.

119) Vgl. die Titel der Reden des Isaeus: *περὶ τοῦ Κλεωνίμου κλήρου* u. s. w., in denen bekanntlich der im Genetiv stehende Name den früheren Eigenthümer bezeichnet.

und die Namen derer, denen sie, sei es sofort, sei es nach dem Tode ihrer Väter, gehören sollten. Die Namen der *ληξιαρχοι* waren also zugleich die Namen der *λήξεις*, wie die Namen der *ἐφηβοι* zugleich die Namen der *ἡλικιαί* waren. Mag nun das *ληξιαρχικόν* so eingerichtet gewesen sein, dass zuerst die *κληροί*, auf welche sich die *λήξεις* bezogen, mit dem Namen der früheren Besitzer bezeichnet, registriert¹²⁰⁾, und dann die Namen der *ληξιαρχοι*¹²¹⁾ hinzugefügt wurden, oder so, dass die Namen dieser neuen *ληξιαρχοι* voranstanden und hinter jedem die Bezeichnung des *κληρος*, auf den sich seine *λήξις* erstreckte, durch den Namen des früheren Besitzers, erst folgte: immer waren es *ὀνόματα τῶν λήξεων*. welche das *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* enthielt, und so konnten die an der Spitze dieser *ὀνόματα* stehenden Archonten (als *ἐπὶ τῶν ὀνομάτων τῶν λήξεων ὄντες*) mit vollem Recht genannt werden *ἐπώνυμοι τῶν λήξεων*.

Zugleich wird nunmehr klar, inwiefern der Schol. zu Arist. Nub. 37 sagen konnte: *ἔστι δὲ δῆμαρχος τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἄρχων* (oben S. 178). Denn da das *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* in den einzelnen Demen von den Demarchen geführt wurde, so versteht es sich auch ohne weiteres Zeugniß von selbst, dass den Namen der übergeschriebenen Archonten auch der Name des eintragenden *δήμαρχος* hinzugefügt wurde. Auch die *δήμαρχοι* konnten also neben den Archonten als *ἐπώνυμοι τῶν λήξεων* bezeichnet werden. Das Scholion zu Arist. Nub. 37, das vollständiger ist, als die seinem Inhalte entsprechenden Artikel bei Harpokration und Suidas, ist also wegen des Ausdrucks *δήμαρχος ὁ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἄρχων* nicht etwa

120) Dass im *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* die einzelnen Grundstücke, die innerhalb des *δῆμος* lagen, verzeichnet waren, scheint aus den Stellen über *δήμαρχος* hervorzugehen. Schol. zu Ar. Nub. 37 (Harpokration u. Suidas s. v. *δήμαρχος*) *οἱ δὲ δήμαρχοι οὗτοι τὰς ἀπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν ἐν ἐκάστῳ δήμῳ χωρίων*.

121) Suidas s. v. *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* (Art. 1). *Ἀθηναίων τῶν ἀστῶν, τῶν ἐχόντων ἡλικίαν ἄρχειν, ἀναγράφεται τὸ ὄνομα, προστιθεμένων τῶν δήμων αἰτοῖς. καὶ ἐξ ἐκείνων τῶν γραμματείων κληροῦσι τὰς ἀρχάς.*

anzuklagen einer unverzeihlichen Verwechslung des Demarchen mit dem Archonten, sondern in dieser Beziehung als ein schätzenswerther Rest älterer Ueberlieferung anzusehen, wenn auch der abstracte Ausdruck *ἐπώνυμος ἀρχή* nach dem Obigen (S. 176 f.) auf Rechnung der Redaction der Notizen, frühestens durch einen Zeitgenossen des Plutarch, zu bringen ist.

Was endlich den *ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων* betrifft, so gehören die erhaltenen Verzeichnisse der Mitglieder des Archontencollegiums in mehreren aufeinander folgenden Jahren allerdings erst der Zeit des zweiten Jahrhunderts v. Chr. und der nachfolgenden Jahrhunderte an¹²²⁾; auch ist mir nicht bekannt, dass eine Notiz darüber vorliegt, dass in classischer Zeit solche Archontenlisten amtlich geführt worden seien. Aber es liegt in der Natur der Sache, dass Athen seit 683 v. Chr. etwas den römischen *Fasti* oder *Libri magistratum* Analoges gehabt haben muss, und von dieser Voraussetzung gehen auch Budaeus (A. 31), Ubbö Emmius (A. 32), Meursius (A. 38), als von einer selbstverständlichen aus, wenngleich sie die wahre Bedeutung des Ausdrucks *ἐπώνυμος* trotzdem verfehlen. Natürlich hiess der Archon eben deshalb *ἐπώνυμος*, wenn er in den Verzeichnissen selbst auch nicht so genannt wurde, weil sein Name vor den Namen des βασιλεύς, des πολέμαρχος und der ἐξ θεσμοθέται stand.

Für diese Erklärung der Entstehung und Bedeutung des Ausdrucks *ἐπώνυμος* vom Archon spricht nun noch der Umstand, dass man bei derselben begreift, wie die Bezeichnung der Archonten als *ἐπώνυμοι ἡλικιωῶν, λήξεων, ἀρχόντων* uralt und in gewissen Wendungen officiell sein konnte, und *ἐπώνυμος* doch nicht als Amtstitel erscheint. Der rein äusserliche Umstand, dass der Name des Archon bei allen Namensverzeichnissen obenan stand, war zur Bildung eines Amtstitels ebenso wenig geeignet wie die Datirung der Urkunden durch

122) Sauppe, de creatione archontum atticorum. Gotting. 1864. Dumont in der Revue archéol. Bd. 25. 1873. S. 246. Vgl. oben Anm. 56.

ἐπὶ τοῦ δεῖνα ἄρχοντος, welche Plutarch (oben S. 174) mit dem Ausdruck ἐπώνυμος in demselben Zusammenhange erwähnt¹²³). Zugleich ergiebt sich aus meiner Deutung des Wortes ἐπώνυμος sehr leicht, wie die falsche Auffassung, dass der Archon ἐπώνυμος τοῦ ἐνιαυτοῦ sei, entstehen konnte. Die ἐπώνυμοι τῶν ἀρχόντων wurden gerade als ἐπώνυμοι τῶν ἡλικιῶν und τῶν λήξεων im Kriegswesen und im Gerichtswesen häufig zur Bestimmung der Jahre benutzt; ebenso dienten sie zur Datirung der Urkunden; da sie jährlich wechselten, so war Nichts natürlicher, als dass man schliesslich glaubte, die Benennung ἐπώνυμος hänge damit zusammen, dass nach ihnen die Jahre gezählt würden, dass das Jahr nach ihnen bezeichnet werde.

Dabei muss man sich jedoch eigentlich wundern, dass diese missverständliche Auffassung selbst bei den Grammatikern der späteren Zeit so unsicher und gleichsam zaghaft auftritt. Aber auch diess erklärt sich aus dem Umstande, dass die wahre Bedeutung des Ausdrucks ἐπώνυμος den Athenern selbst noch im zweiten und dritten Jahrhundert gegenwärtig gehalten wurde durch die ἐπώνυμοι τῶν προτάσεων, die ich, zugleich als letzten Beweis für die Richtigkeit meiner Deutung, noch anzuführen habe.

Es war nämlich in jener Zeit Sitte, dass die Rathsmitglieder aus den einzelnen φυλαί, welche zusammen προτάσεις τῆς βουλῆς waren, neben ihrem ἐπιστάτης und γραμματεὺς auch einen ἐπώνυμος bestellten, der, wie Boeckh C. I. G. Bd. 1, S. 323 nachgewiesen hat, mit dem ἄρχων ἐπώνυμος nicht verwechselt werden, und auf den natürlich auch die Glosse des Hesychius ἄρχων· πρότασις Ἀθήνησιν ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων (oben S. 168) nicht bezogen werden darf. In den Inschriften der Zeit nach Trajan, in welchen Verzeichnisse der Prytanen erhalten

123) Aus dieser Datirung der Urkunden übrigens konnte der Ausdruck ἐπώνυμος nicht entstehen; wenigstens geben dazu die auch in den Urkunden etwa vorkommenden Namen weit weniger Veranlassung als die Namensregister der Epheben, der Lexiarchen und der Archonten.

und die zum Theil verstümmelt sind ¹²⁴), steht in der Regel der *ἐπώνυμος* an der Spitze der Namen. So z. B. C. I. G. n. 190 *Ἀγαθῆ τύχη. Ἐπὶ ἄρχοντος Μ. Βαλερίου Μαμερτίνου Μαραθωνίου πρωτανείας ἢ οἱ πρωτάνεις τῆς Πανθειονίδος φυλῆς τεμήσαντες ἑαυτοὺς καὶ τοὺς αἰσίτους ἀνέγραψαν. Ἐπώνυμος Φλ. Εὐθυκόμας* u. s. w. Es folgen die übrigen Prytanen nach den Demen geordnet und zuletzt die *αἰσίτοι*. Ebenso n. 186. 193. 194. 195 und wohl auch 201. In n. 184 steht der *αὐτοκράτωρ* [*Καίσαρ Ι. Αἴλιος Ἀδριανός*] voran, so dass Boeckh vor ihm [*ἐπώνυμος*] ergänzt. Ich halte diese Ergänzung für irrig, weil auch in n. 189 *Πολιάς Ἀθηνᾶ* voransteht, und dann erst der *ἐπώνυμος Αἴλιος Ἀπολλώνιος Παλλη*. folgt. In keinem Falle hat Boeckh Recht, wenn er im Zusammenhang mit jener Ergänzung zu n. 184 (S. 315) meint: *is videtur eponymi herois loco esse, qui Adrianidi ipse est Hadrianus vel eius successor eodem nomine utens*. Der *ἐπώνυμος* der Prytanen hat mit dem *ἥρωος ἐπώνυμος* der Phyle Nichts zu schaffen; er heisst so, weil ihm durch Beschluss seiner Collegen die Ehre erwiesen ist, an der Spitze ihrer Namen zu stehen. Wenn er trotz dieser Benennung in zwei Inschriften nicht an der Spitze der Namen steht, nämlich in n. 191, wo er in der Mitte der Namen da steht, wohin er seinem Demos nach gehört, und in n. 192, wo er ganz am Ende steht, so liegt darin kein Gegenargument gegen meine Deutung dieses Titels; denn auch bei Aufzählung der Archonten kommt es vor, dass die sechs Thesmotheten voran stehen ¹²⁵), und bei Archontenverzeichnissen kommt es vor, dass der *ἄρχων ἐπώνυμος* nicht voransteht ¹²⁶), ohne dass darum der *ἄρχων* aufhörte *ἐπώνυμος* deshalb zu heissen,

124) C. I. G. n. 183 ff.

125) Suidas s. v. *ἄρχων*. *θεσμοθέται ἕξ, ἄρχων, βασιλεύς, πολέμαρχος*. Ebenso Bekker anecd. 449, 17; vgl. auch 450, 11. Argum. II zu Dem. Androt. nennt die Thesmotheten vor den *ἄλλοι τρεῖς*.

126) Bei Sauppe, de creatione archontum, enthalten n. 3 und 7 nur die Namen der Thesmotheten.

weil er an der Spitze der Namen stand und eigentlich immer stehen sollte.

Diese ἐπιώνυμοι der Prytanen zeigen zugleich deutlich, dass Jemand, selbst ein Jahresbeamter, ἐπιώνυμος sein kann, ohne dass nach ihm die Jahre gezählt werden, wie z. B. in Athen auch die Demarchen ἐπιώνυμοι waren, und wie jetzt die Rectoren der Universitäten, obwohl die Jahre nicht nach ihnen gezählt werden, mit Recht ἐπιώνυμοι genannt werden könnten, da sie an der Spitze des Personalbestandes stehen.

Die ἄρχοντες also — das ist das Resultat unserer Untersuchung — hiessen ἐπιώνυμοι nicht, weil sie Jahresbeamten waren, geschweige denn, weil sie ἐπιώνυμοι τοῦ ἐνιαυτοῦ waren, sondern weil sie aus Gründen, die in ihrer amtlichen Stellung beruhten, an der Spitze verschiedener officieller Namensverzeichnisse standen.

Eine praktische Nutzenanwendung der gegebenen Auseinandersetzung ist aber die, dass wenn Boeckh, Schoemann, Hermann und viele Andere nicht bloss die spartanischen Ephoren, auf welche Pausanias den Ausdruck wirklich anwendet, sondern auch die delphischen Archonten und die kretischen Protokosmen ohne antiken Vorgang als eponyme Magistrate bezeichnen, diess nur insofern gerechtfertigt ist, als nachgewiesen oder mit Wahrscheinlichkeit angenommen werden kann, dass auch sie an der Spitze irgend welcher Namensverzeichnisse standen, was ja in der That bei ihnen, ebenso wie bei den ausserattischen ἐπιώνυμοι ἄρχοντες der Inschriften recht gut möglich ist. Die römischen Consuln also darf man anknüpfend an den Sprachgebrauch des Appian allerdings eponyme Magistrate nennen, aber nur desshalb, weil sie in den Libri magistratum an der Spitze der Namen der andern Magistrate standen, nicht etwa desshalb, weil die Urkunden nach ihnen datirt wurden. Wenn man aber in Anknüpfung an den spätern Sprachgebrauch der griechischen Schriftsteller von eponymen Aemtern in dem Sinne spricht, als ob damit Aemter gemeint seien, deren Träger dem Jahre den Namen gegeben hätten, oder wenn man gar hinausgehend über den Sprach-

gebrauch der Alten das Substantivum Eponymie anwendet als Ausdruck für das „Recht“ oder die „Ehre“ dem Jahre den Namen zu geben, so befindet man sich in einem Irrthum ähnlich dem, in welchem die lateinischen Grammatiker sich befanden, als sie die *πτῶσις αἰτιατική* ihrer griechischen Vorgänger mit *casus accusativus* übersetzten.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ERSTER BAND.

Mit einer Schrifttafel.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL.

1878.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ERSTER BAND

Zweites Heft.

Mit einer Schrifttafel.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL.

1878.

INHALT.

	Seite
MALVINUS BECHERT De M. Manili emendandi ratione . . .	1
DETLEVIUS WILSDORF Fasti Hispaniarum provinciarum . . .	63
GEORG CURTIUS <i>Νόστος</i>	141
LUDWIG LANGE <i>Ἐπώνυμος ἀρχων</i>	157
CAROLUS ANTONIUS HILLE De scribis Atheniensium publicis .	203
GEORG GOETZ Zu Plautus Curculio (Miscelle)	250
IOANNES VOIGT Quaestionum de titulis Cypriis particula (Mit einer Schrifttafel.)	251
GEORGIUS THOURET De Cicerone, Asinio Pollione, C. Oppio rerum Caesarianarum scriptoribus	303
GEORG GOETZ und GUSTAV LOEWE Mittheilungen aus italie- nischen Handschriften	361
LUDWIG LANGE Ovid. metamorphos. 6, 82 (Miscelle)	381
LUDWIG LANGE Valer. Flacc. Argon. I, 174 (Miscelle)	396
GEORG CURTIUS <i>Γεγονέω</i> (Miscelle)	388



INHALT.

	Seite
MALVINUS BECHERT De M. Manilii emendandi ratione . . .	1
DETLEVIUS WILSDORF Fasti Hispaniarum provinciarum . . .	63
GEORG CURTIUS <i>Νόστος</i>	141
LUDWIG LANGE <i>Ἐπάνυμος ἄρχων</i>	157
CAROLUS ANTONIUS HILLE De scribis Atheniensium publicis .	203
GEORG GOETZ Zu Plautus Curculio (Miscelle)	250
IOANNES VOIGT Quaestionum de titulis Cypriis particula (Mit einer Schrifttafel.)	251
GEORGIUS THOURET De Cicerone, Asinio Pollione, C. Oppio rerum Caesarianarum scriptoribus	303
GEORG GOETZ und GUSTAV LOEWE Mittheilungen aus italie- nischen Handschriften	361
LUDWIG LANGE Ovid. metamorphos. 6, 82 (Miscelle)	381
LUDWIG LANGE Valer. Flacc. Argon. I, 174 (Miscelle)	396
GEORG CURTIUS <i>Γεγονέω</i> (Miscelle)	388



DE
SCRIBIS ATHENIENSIVM PUBLICIS

SCRIPSIT

CAROLUS ANTONIVS HILLE

De scribis Atheniensium publicis disputaturus omnes hinc segregandos esse statui qui singulis magistratibus aliisque qui in aliquo imperio vel potestate sunt adiungi solent, ut archontibus ¹⁾, thesmothesis ²⁾, praetoribus, undecimviris ³⁾, iudiciorum praesidibus ⁴⁾, isagogis ⁵⁾, operum publicorum curatoribus ⁶⁾, rei frumentariae praefectis ⁷⁾, empori magistris ⁸⁾, templorum quae- storibus ⁹⁾, Hellenotamiis ¹⁰⁾, logistis ¹¹⁾, ephoborum cosmetis ¹²⁾, aliis ¹³⁾. Quorum et provincia minuta et auctoritas nulla est.

1) Poll. VIII, 92: *προσαιφούνται δὲ* (sc. *ἄρχων καὶ βασιλεὺς καὶ πολίμαρχος*) *καὶ γραμματεῖα*. Schol. ad Aristoph. Vesp. 775. Cf. Schoemann. antiqu. Gr. I³ p. 456.

2) Titulus apud Koehlerum Mitth. des deutschen archaeol. Instit. in Athen III p. 144.

3) *Γραμματεὺς τῶν ἑνδεκα* Boeckh, Urkunden über das Seewesen p. 535. Poll. VIII, 102. Cf. von Stojentin, de Juli Pollucis in publicis Atheniensium antiquitatibus enarrandis auctoritate p. 30. Rud. Schoell. diurn. litter. Jen. a. 1876 p. 598.

4) *Γραμματεῖς τῶν ἐπιμελητῶν τῶν δικαστηρίων*, CIA III, 1017. 1018.

5) *Γραμματεὺς τῶν εἰσαγωγέων* CIA I, 37. Cf. Koehler. Urkunden und Untersuch. p. 68.

6) *Γραμματεὺς τῶν ἐπιστατῶν* sc. *τῶν ἔργων* s. *ἀγαλμάτων* CIA I, 285—322. Hos falso Rangabis Antiqu. Hell. I p. 167 et p. 320 senatus principes esse duxit, quorum scribae nulli fuerunt.

7) *Γραμματεὺς τῶν σιτωνῶν* CIA II, 335.

8) *Γραμματεὺς τῶν τοῦ ἐμπορίου ἐπιμελητῶν* (Demosth.) LVIII, 8.

9) *Γραμματεὺς τῶν ταμιῶν τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας* CIA I, 117—167, *τῶν ταμιῶν τῶν ἄλλων θεῶν* CIA I, 318.

10) *Γραμματεὺς τῶν Ἑλληνοταμιῶν* CIA I, 260. 315.

11) *Γραμματεὺς τῶν τριάκοντα* CIA I, 226—259.

12) CIA II, 469. 470. 478. III, 1052 et saepius. Cf. Grasberger. act. soc. phil. Wirceb. a. 1862 p. 26. Neubauer. commentt. epigraph. p. 45.

13) Velut eis etiam *γραμματεῖας* fuisse suspicari licet, quorum tantum

Equidem eos tractavi, qui senatus aut civitatis sunt, quorum notitia ad omnem magistratum Atheniensium scientiam non parvi momenti est. De quibus ut certiora quam ei, qui adhuc hac de re scripserunt, exponere potuerim, factum est Kirchoffii Koehleri Dittenbergeri operis, quibus inscriptionum Atticarum eas, quae hanc ad quaestionem profligandam quam maxime necessariae sunt, nunc collectas digestas ex parte etiam enarratas habemus Corporis inscriptionum Atticarum volumine primo et secundi tertiique voluminis partibus prioribus, quibus accedit quarti fasciculus primus.

Recentiorum¹⁴⁾ qui de his scribis exposuerunt duo quasi greges distingui possunt, quorum prior nullis titulis adhibitis satis habebat veterum testimonia iterum et denuo prolata digerere, cum scriptorum locis conferre, siquid discrepare videretur commutare. Inter hos nominandi sunt Sigonius de rep. Ath. IV, 3, Petitus de leg. Att. III, 2, Kuehniius animadvers. ad Poll. onom., Meursius lect. Att. VI, 25, Valesius ad Harpocrat. p. 29 et p. 70, Antonius van Dale dissertationum novem etc. V p. 424, Spanhemius de praestantia et usu numism. antiqu. p. 705 ss., Barthelemyus Mémoir. de l'académ. des inscript. tom. 48 p. 345, Siebelis ad Philochorum p. 43.

Alterius gregis dux est is, qui huius omnis quae in Graecorum legibus et institutis cognoscendis versatur disciplinae et auctor et princeps iure fertur, Augustus Boeckhiius, qui etsi fere nunquam data opera hac de re scripsit sed ἐν παρέργῳ potius aliis quaestionibus implicitus eam curavit, tamen, ut aliter fieri non poterat, tam plena tamque elaborata dedit, ut sicut omnes qui postea rem attigerunt ab eo pendent, ita nostra

ὑπογραμματῆς commemorantur (vide § 10 a. 1). Omnino nullus certe Athenis tam vilis magistratus fuit, cui non *γραμματῆς* vel praeter hunc etiam *ὑπογραμματῆς* adiunctus esset.

14) Omitto veteres Aristotelem (Harpocr. s. vv. *γραμματῆς* et *ἀντιγραφεύς*) Philochorum (id. s. v. *ἀντιγραφεύς*) grammaticos, quorum de nexu et fontibus disputare longum et a consilio meo alienum est. Scripserunt ea de re Valent. Rose, Aristotelis Pseudepigraph. p. 439 s. et von Stojentin l. s. s. p. 19 ss.

etiam ubique oratio ab hoc potissimum proficisci debeat. Et primum quidem a. 1817 in priore editione libri illius clarissimi de oeconomia civitatis Atheniensium scripti cum de contrarotulatoribus publicis, quos non raro servos publicos fuisse demonstravit, dixisset, cum his ne confunderentur, de reliquis scribis publicis, quos penes multo maior auctoritas fuisset, verba fecit vol. I p. 199—203. Post a. 1828 cum iussu academiae litter. reg. Boruss. ederet Corporis inscriptionum Graecarum volumen primum permultis in titulis singillatim occasione data de illis scribis exposuit. Quae ibi invenerat, eorum summam argumentis plerumque omissis cum denuo (a. 1851) ederet librum de oeconomia repetivit: quamquam hic quoque, ut iam in proecdosi, non omnia plana et expedita esse non negavit (p. 253 adn. d). Postquam autem nemo inventus est qui ei repugnaret, ipse cum quartum de scribis publicis verba faceret a. 1856 in Studiis epigraphicis et chronologicis (Fleckeisen. annal. suppl. vol. II p. 32—44 et p. 85 s.) haud pauca retractavit addidit correxit.

Huius igitur auctoritatem secuti sunt quicumque postea vel in universum de Graecis antiquitatibus scripserunt (Wachsmuth. II¹, 1, 436 s., Schoemann. de comitiis p. 318—321, antiquitat. iuris publ. Graec. p. 218, antiquit. Graec. I³, 401, C. F. Hermann. antiquit. Graec. I⁵ p. 491) vel singillatim scribentes occasione data hanc in quaestionem inciderunt. Quos quantum mihi innotuerunt omnes, sicubi novi quid dignum quod commemoretur attulerunt, infra suo loco recensitos videbis. Multa autem etiam post quartas Boeckhi curas ceterorumque virorum doctorum supplementa remansisse obscura dubia retractanda, praesertim cum nunc titulorum copia mirum quantum aucta sit, Koehlerus monuit Herm. vol. V p. 18 adn. Quod recte monitum esse ea quam instituimus disputatione probabitur, in qua si quid profecerimus, eius rei laus omnis ad eos, quos initio nominavi, viros deferenda est Corporis inscriptionum Atticarum editores.

Iam ipsam rem adgrediamur.

§. 1.

Omnium scribarum publicorum praestantissimus is est, qui plene adpellatur *ὁ κατὰ πρυτανείαν γραμματεὺς τῆς βουλῆς* (CIA I, 61 ex probabili supplemento Koehleri).¹⁾ Est is, ut nomen indicat, scriba senatus, qui per singulas prytanias mutatur. Huius nomen in praescriptis decretorum tribui praesidenti additur: *ἡ δεῖνα ἐπρυτάνευεν ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν* (I, 32 et saepius)²⁾ vel post Euclidis annum *ἐπὶ τῆς δεῖνος . . .* (ad-dito quota prytania fuerit) *πρυτανείας ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν* (II, 50. 17) vel quod posterioribus temporibus solum in usu est *ἐπὶ τῆς δεῖνος . . . πρυτανείας ἢ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν* (ut praetermittam II, 49, ubi est coniectura Koehleri satis incerta, primum reperitur II, 51, ol. 102, 4).³⁾

Totus autem annus designatur primae prytaniae scriba cum archonte nominato *ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος ἐπὶ τῆς βουλῆς ἢ ὁ δεῖνα πρῶτος ἐγραμμάτευεν*.⁴⁾ Singulorum vero decretorum tempus plerumque non (ut Boeckhius statuit CIG 81) ita designatur, ut primum annus archonte et scriba primae prytaniae nominatis notetur, tum cum suo scriba ea prytania, qua decretum fit, sed haec sola prytania eiusque scriba eo quem supra diximus modo subiuncto epistatae interdum etiam

1) Vide epimetrum.

2) Semel in tanta veterum titulorum (nam recentiores inde ab Augusto quibus eius nomen saepius deest prorsus hinc segregandi sunt) copia scribae nomen simul cum archontis omittitur IV fasc. 1, 27a, ut iure inde cum Kumanude et Kirchhoffio conicere liceat alterum decretum huic adiunctum fuisse, quod utroque nomine insigne esset.

3) Omisi praescriptum prorsus singulare *ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος ἐκτῆς πρυτανεύουσης ἢ Πλάτων Νικοχάρου Φλευνὲς ἐγραμμάτευε* II, 8, ol. 96, 3. Quamquam ne id quidem omni analogia caret, velut in quaeorum tabulis persaepe invenies *ἐπὶ τῆς δεῖνος . . . πρυτανεύουσης . . . ἡμέρα τῆς πρυτανείας*.

4) Semel CIA I, 322 legitur *ἐγραμμάτευσεν*: quo in titulo temporis significatio etiam eo mira est, quod nomen tribus, quae primam prytaniam habuit, additur.

archontis nomine inscribuntur. Duo tantum exempla⁵⁾ illius plenioris, ut ita dicam, temporis significationis nisi in gravissimis scriptis publicis ut videtur non adhibitae in populiscitis extant CIA IV, fasc. 1, 33 et 33 a, eiusdem prytaniae ol. 84, 4: *Ἐπ' Ἀψεύδους ἄρχοντος καὶ τῆς βουλῆς ἣ Κριτιάδης (πρωτὸς) ἐγραμμάτευε. ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Ἀκαμαντὶς ἐπρυτάνευε Χαρίης ἐγραμμάτευε Τιμόξενος ἐπεστάτει Καλλίας εἶπε κτλ.*

§. 2.

Iam de tempore, quo quisque hoc munere fungitur, pauca monenda sunt. Quod minime inutile est. Nam etsi per se id constare videtur, alias per prytanias alios scribas fuisse, non semper res ita se habebat. Extant exempla quibus eundem scribam pluribus eiusdem anni prytaniis fuisse probetur. E quibus Boeckhius oec. civ. Ath. I² p. 255 unum illud (CIA II, 311. 312), quod ei tum notum erat, inde explicabat, quod quo quis libentius hoc munus suscepisset, eo saepius ad sortitionem se praebuisset. Postea vero (stud. p. 37 s.) cum plura exempla ei innotuissent¹⁾, hoc statuit, ante Euclidem scribam per singulas prytanias mutatum, ipso Euclidis anno vel paullo post annum factum esse. Sed nunc iam accuratius annus definiri potest. Ipso enim Euclide archonte Pandionidi Agyrrius Erechtheidi Cephisophon scribae fuerunt. Post eum archonte Ebulide ol. 96, 3 Aristocrates Aegeidi Plato Nicocharis f. Pandionidi, archonte Nausinico ol. 100, 3 Callibius Cephisophontis f. Hippothontidi Aristoteles Euphileti f. Leontidi, archonte Callia ol. 100, 4 Aeschylus et Sotio Eleusinius scribae nominantur. Quibus, postquam Koehlerus (ad CIA II, 52 c) titulum II, 50 recte ad ol. 103, 1 rettulisse videtur, quintum exemplum accedit quo terminum, ad quem diversi prytaniarum scribae fuerint, longius etiam promovere cogamur. Nunc

5) Id, quod Boeckhius habere sibi videbatur (= CIA II, 23), nunc, cum titulus plenius lectus est, contra eum facit.

1) Et haec et reliqua, quotquot inde usque ad hoc tempus inventa sunt, facili negotio unus quisque ex indice quem adiecimus colligere poterit.

enim Nausigene archonte ol. 103, 1 Mnesibulus Cecropidi et Moschus Aeantidi scribae fuisse perhibentur. Anni vero prytaniae scribae antiquissimum exemplum nunc est ol. 104, 2, quo anno Nicostratum Acamantidi secundae et Oeneidi tertiae et Aeantidi scribam fuisse probatur CIA II, 54. 55. *Αθήν.* V p. 516. Itaque inter ol. 103, 1 et 104, 2 scribam prytaniae, etsi nomen maneret, annum factum esse statuendum est.²⁾ Neque repugnat quod ol. 115, 1 duo diversi scribae exhibentur Erechtheidi secundae *Θηραμένης Κηφισαίης*, Antiochidi quintae *Νικόδημος Αναφλίστιος*. Est nimirum alter in alterius locum suffectus, ubi hic provinciam suam diutius administrare vel morbo vel alio casu vel etiam morte prohibitus est. Quae quidem causa mihi ita rerum humanarum naturae convenire videtur, prope ut mirer in tanta multitudine non plura eiusmodi exempla usu venire. Neque desunt profecto, si quid video. Namque ol. 101, 2 in eadem etiam prytania diversos scribas deprehendere nobis contingit: CIA II, 49 prytaniae secundae (quae est satis certa coniectura Koehleri) *Φιλοκλήης Ω* — — scriba est. Sed in titulo nuper edito *Αθήν.* VI p. 269 eiusdem prytaniae, quam nunc Antiochidem fuisse discimus, scriba est [*Φί*]λακος quidam *Οίναϊος*. Vix quemquam haec ita expedire posse puto, ut unus ex duobus efficiatur.

§. 3.

Pergo ad quaestionem multum tractatam nec dum ad liquidum perductam, quae est de tribu huius scribae. Et Boeckhius quidem ab eo profectus, quod *ὁ γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν* in catalogis prytanum (CIG 186 b. 191) inter aisitos

2) Verbo monendum videtur hoc iam refelli opinionem Boeckhi, quam olim protulit de archontibus Atticis qui volgo nominantur pseudonymi (act. acad. Berol. a. 1827 = opusc. IV, 266 ss.) Cum enim hos scribas secundum prytaniam esse coniecisset, post ol. 104, 2 plures eodem anno posuit, quod fieri nequit. Ceterum non nulla ex istis nominibus scribis prytaniae sed aliorum annorum indita videmus, id quod nimirum casui tribendum est. Demonicus est vit. Antiph. p. 233, 76 Westerm., Mnesiphilus CIA II, 230.

commemoratur non inter prytanes, huius rei causam inde repetit, quod hic scriba non fuerit *γελῆς τῆς πρυτανειότητος*, sed alius tribus. Immo hoc necessarium fuisse dicit ad CIG 81 idque non nullis exemplis probare videtur. Unum CIG 124 = CIA II, 475 quod obstabat, quia ibi Aeantidis scriba est quidam Rhamnusius, qui est demus illius tribus, ita expediebat, ut eius decreti aetate Rhamnuntem in aliquam ex novis tribubus relatum esse diceret. Quod tamen probari nequit. Nec mutavit sententiam (CIG v. I p. 907 a in Addendis) postquam aliud accedere vidit decretum contra Antiphontem (vit. Antiph. p. 233, 75 Westerm.). Cum enim ibi epistates esset *Φιλόστρατος Παλληγρέης*, scriba autem *Δημόνιος Ἄλωπεκιθεύς*, qui est demus eiusdem tribus Antiochidis, pro *Παλληγρέης*, quae est coniectura Taylori, librorum scripturam *Πελληγρέης* retinuit, ut *Πελλήγη* esset demus aliunde non cognitus. Sed causa illa, qua maxime ut in sententia sua perseveraret motus est, quod *ὁ γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν* in catalogis prythanum nunquam his, sed aisitis adnumeretur, ut ipse postea concessit (stud. p. 41), nulla est. Nam cum ipse statueret hunc scribam per singulas prytanias mutatum esse, id simul statuere coactus est, eum non annum parasitum (id autem est aisitus) esse sed parasitum in ea sola prytania, cuius scriba est. Itaque enim in aisitis referri non eam ob causam, quod revera aisitus, sed tantum quod non prytanis esset. Et Schoemannio quidem (antiqu. iur. publ. p. 218 et adn. 14) non persuasit, qui duobus illis exemplis, quae contra Boeckhium sunt, tertium addidit Diurn. litt. Hal. 1834 Intell. n. 31 = CIA II, 312. Postremo ipse Boeckhius (oec. civ. Ath. I² p. 255 et stud. p. 32) sententiam ita mutavit, ut scribam prytaniae etiam tribus praesidentis esse potuisse concederet.

Attamen eius sententia, ut mox videbimus, ex parte vera est. Quando enim quidem nunc constat scribam secundum prytaniam primum per prytanias mutari tum annum esse, quaestio sine dubio duplex instituenda est. Et primum quidem cum annuus esset, certe fieri non potuit, ut, quoniam unius ex decem vel duodecim tribubus esse debebat, non aliqua

prytania tribus praesidentis esset. Cuius rei exempla praeter CIA II, 312 (ol. 123, 3) et 475 (ultimi ante Ch. n. saeculi) supra commemorata haec adfero. Ol. 104, 3 scriba Ὀῦθεν Oeneidis Oeneidi scriba est II, 57 b, cum antea fuerit Erechtheidi. Item ol. 106, 2 Πάνδιος ἐξ Οὔου Hippothontidis eidem scriba est II, 68, cum alias sit Pandionidi quintae, Acamantidi nonae, denique sextae cuius nomen nescimus. Plura exempla qui desideraverit indicis ope quem adiecimus sibi comparare poterit.

Illud tamen non minus certum videtur, antequam scriba prytaniae annuus factus sit, ex tribu praesidente eum eligi non licuisse. Iam exempla enumerabo quibus et demoticum scribae et nomen prytaniae sciamus.

- Ol. 88, 3 Hippothontidi Λευκοιοιεύς Leontidis
 89, 4 eidem Εὐωνυμεύς Erechtheidis
 92, 3 Aeantidi Ἀλαιεύς Aegeidis
 eod. a. Hippothontidi ἐκ Κηδῶν Erechtheidis¹⁾
 92, 4 Cecropidi Μαραθῶνιος Aeantis
 eod. a. Acamantidi Φρεάρριος Leontidis
 94, 2 Pandionidi Κολλυτεύς Aegeidis
 eod. a. Erechtheidi Παιανιεύς Pandionidis
 96, 3 Pandionidi Φλυεύς Cecropidis
 98, 2 Cecropidi Ἐρχιεύς Aegeidis
 100, 3 Hippothontidi Παιανιεύς Pandionidis
 eod. a. Leontidi Ἀχαρνεύς Oeneidis
 ante ol. 101 Pandionidi Ἀχερδοῦσιος Hippothontidis
 101, 2 Antiochidi Οἰναῖος Hippothontidis
 103, 1 Aeantidi Κυδαθηναιεύς Pandionidis.

Ex his exemplis omnibus — nec extant alia ante ol. 104, 2 — id elucet, scribam prytaniae alius ac praesidentis tribus esse debuisse. Unus tantum locus obstat nec vero is quidem in

1) Omisi CIA I, 59 [Φ]ίλιππος . . . εοδ — — [ἐ]γγραμμάτευεν Οἰ — —, ubi Οἰ num sit demoticum propter verborum collocationem dubitari potest. Non displicet Schoelli (comm. phil. in hon. Mommsenii p. 458) [Φ]ίλιππος . . . εὐν Δ[ιο]μεεὺς Aegeidis (vel Δ[ε]κελειεύς Hippothontidis) ἐγγραμμάτευεν Οἰ[νη]ίδε[ι] quamquam hic rursus Οἰνηίδε[ι] offensione non caret.

titulo sed in vita Antiphontis, idem in quo Boeckhius offendit. Quo tamen eo minus sententiam meam infringi posse existimo, quod ipsum illud *Παλληγεύς* ex coniectura scriptum est pro eo, quod libri praebent *Πελληγεύς*. Itaque in eo haud scio an cum Boeckhio faciendum sit, ut *Πελληγεύς* scripturam retineamus, cuius autem tribus *Πελλήγη* pagus fuerit nescire nos profiteamur: Antiochidis certe non fuit. Quamquam etiam aliam corruptelam hoc loco latere posse non negaverim.

§. 4.

Hunc prytaniae quem dicimus scribam, de quo adhuc sermo fuit, eundem esse Boeckhius censebat atque scribam senatus idque ipsis nominibus quodam modo probari videtur, cum hic sit *ὁ κατὰ πρυτανείαν γραμματεὺς τῆς βουλῆς*, ille simpliciter *ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς*. Sed iam accuratius num stare possit coniectura viri gravissimi quaerere placet.

Profectus est Boeckhius inde, quod, quantum quidem ipsius temporibus ex titulis disci potuit, usque ad ol. 114, 3 *ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς*, inde ab hoc anno *ὁ γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν*, quod nomen ante hunc annum omnino non inveniebatur, decreta publica inscribere iubetur. Inde Boeckhius coniecit (CIG I, p. 148 a, id quod repetivit oec. civ. Ath. I² p. 257) nomen eius scribae, cui officium illud mandaretur, ita mutatum esse, ut qui ante illum annum dictus esset scriba senatus postea scriba prytaniae diceretur. Cum enim id temporis alius scriba senatus novus institutus esset, cum hoc ne confunderetur, ei scribae, qui adhuc solus fuisset, aliud nomen inditum esse. Duos autem locos, qui soli obstare videbantur, hunc in modum expediebat. Primum quod in populiscito de munimentis Athenarum reficiendis CIA II, 167, quod ol. 113 recentius esse nequit, *ὁ γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν* munere illo fungeretur, id inde factum esse, quod ille usus non statim tam firmus fuisset, ut non aliquamdiu utrumque nomen adhiberetur. Alterum autem decretum apud Demosthenem XXIV, 63 ante ol. 106, 4 factum, in quo idem nomen scribae prytaniae legitur aut genuinum non esse aut ex repetita recensione

nomen illud in textum recepisse.¹⁾ Nec mutavit sententiam vir doctissimus (stud. p. 32), cum titulus inventus esset quo iam ol. 110, 4 scribam secundum prytaniam fuisse probatur (CIA II, 124), neque von Velsen (act. acad. Berol. a. 1856 p. 120), cum idem vidiasset, de veritate illius coniecturae dubitavit, Koehlerus vero, cum Herm. II, 29 titulum ederet quo iam ol. 92, 4 nomen illud usu venire monstratur, hac de re verba non fecit.

Atqui illud haud scio an ab initio iustam suspicionem movere debuisse videatur, quod in scriptis publicis eiusmodi inconstantia parum veri similis est. Accedit quod novum scribam senatus ol. 114, 3 creatum esse probari non potest. Quod etiam si posset in eo tamen offendere non desineremus, non novi nomen ita inventum, ut cum vetere confundi nequiret, sed huius nomen mutatum esse. Magis etiam mirandum erat scribae nomen *γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν* inditum esse, quod id temporis notione sua carere coepisset. Nam cum, ut §. 2 expositum est, iam multis annis ante ol. 113 vel 114 scriba prytaniae annuus factus esset, quo modo tum hoc nomen inane inveniri potuerit non intellego.

Sed novis titulis inventis meliora edocti sumus. Ut enim nunc res se habet iam ol. 109, 4 scriba prytaniae decreta inscribenda curat CIA II, 114²⁾: idemque quamvis aliis muneribus fungens commemoratur ol. 105³⁾ s. 106³⁾ (II, 61) atque adeo, ut Koehlerus primus vidit, iam ol. 92, 4 (CIA I, 61). •

Cum igitur omnino illa inconstantia in nomine magistratus non multum probabilitatis habeat atque etiam in ipsa nominis et creatione et significatione insit non nulla difficultas, eo certe suspicio quam maxime augetur, quod nomina illa per 22 olym-

1) Unus Boecknekius (Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner 1843 p. 617) propter hanc solam Timocratis rogationem, quam ol. 96, 4 factam esse statuit, Boeckhio oblocutus est. Attamen qui nullo alio argumento utitur quam quod ex decreto cuius de integritate et fide minime constat repetit, is hanc litem dirimere non potest.

2) Item Riedenauerum ad hunc titulum (act. soc. phil. Wirceb. a. 1862 p. 85) de Boeckhi coniectura dubitasse nunc video.

piadum spatium perinde in usu fuisse videmus. Accedit argumentum gravissimum quod uno eodemque titulo CIA II, 61 utrumque nomen alterum alteri muneris additum iuxta deprehendere nobis contingit, id quo etiam Kirchhoffio (Philol. XV p. 407), qui primus fragmenta huius tituli composuit, Boeckhi coniectura vana fieri videtur. Quae cum ita sint, hoc credo extra omnem dubitationem positum est, quin nominibus illis diversi scribae notentur. Neque profecto ipse Boeckhius coniecturam suam abicere nunc dubitaret, cum iam in Addendis CIG I p. 907b, ubi inconstantiam illam nominis per decem olympiades (inter ol. 96, 4, quo anno legem Timocrateam factam tum statuit, et ol. 106, 2) statuere cogebatur, hoc sententiam suam non magnopere commendari libere confiteretur.

§. 5.

Restat argumentum Boeckhi idque quod ipse existimat gravissimum.

Haud raro supra titulos quaedam scripta sunt quorum de notione paucis monebo. Aut enim, ut omittam formulam usitatissimam *Θεοί*¹⁾, significatur de quo decretum sit, velut *συμμαχία Βοιωτῶν καὶ Ἀθηναίων ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον* II, 6 vel *ἰσοτέλεια* II, 279 vel *πολιτεία* II, 280²⁾ vel *προξενία καὶ εὐεργεσία* cum nominibus eorum, quibus illa beneficia decernuntur, plerumque casu dativo positus II, 69. 70. 111. 133. 198 (?), ter etiam genetivo I, 62. II, 183. 199. Aut nominatur is, qui honoratur, simul cum eo, qui honorem rogavit: II, 403. 482, vel simplex nomen scribitur eius, cuius in honorem decretum fit, aut casu dativo II, 262 aut genetivo I, 40. IV fasc. 1, 51. I, 65 (additis verbis *προξένου καὶ εὐεργέτου Ἀθηναίων*). 74. II, 3. 21. 29. 52 c. 53. 71. 122. 176 aut etiam nominativo I, 16 (additis *πρόξενοι καὶ εὐεργέται*). IV fasc. 1, 76 a. Sunt etiam tituli supra quos quo archonte decretum factum sit scriptum est velut

1) Semper casu nominativo, ut Koehlerus (Herm. V, 335 adn.) contra Boeckhium (stud. p. 66) monuit, nunquam dativo ponitur. Similiter *Θεοὶ Ἀθηνᾶ Τύχη* CIA I, 298 et *Μοῦσαι* CIA II, 307.

2) Non dubito, quin ibi solus nominativus recte se habeat.

II, 57 b. Denique vel cum archonte (ut I, 59. II, 17. 17 b) vel quod saepius fit solus scriba nominatur apposito plerumque verbo *ἐγραμμάτευεν*.³⁾ Quem cum olim Boeckhiius (ad CIG 78 = CIA IV fasc. 1, 71 fragm. b) scribam primae prytaniae esse coniecisset, Sauppium (inscript. Maced. quattuor 1847 p. 10) eum scribam senatus esse dixit, quoniam huius fuisset decreta lapidi inscribenda curare. Huic postea Boeckhiius (oec. civ. Ath. II² p. 764), cum eundem in contextu tituli Rang. 259 = CIA I, 61 re vera scribae prytaniae locum obtinere vidisset⁴⁾, ita assensus est, ut inde argumentum ad suam coniecturam confirmandam repeteret. Si enim scriba prytaniae cuius nomen supra titulum scribitur decretum inscripsit, is autem, qui id inscribere iubetur, disertis verbis *γραμματεὺς τῆς βουλῆς* dicitur, magnum profecto argumentum est eundem fuisse scribam senatus et prytaniae. Sed id imprimis quaerendum est, num is, qui supra titulum scribitur, re vera is sit, qui decretum inscribendum curaverit, an potius is, qui decretum recte inscriptum esse nomine suo testetur. Nam hoc scribae prytaniae officium esse disertis verbis dicit Harpocratio gravissimum auctorem secutus Aristotelem — *καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀντιγράφεται καὶ παρακάθεται τῇ βουλῇ*.⁵⁾ Quo de ἀντιγραφῆς munere iniuria Boeckhiius (oec. civ. Ath. I² p. 254 c) dubitabat,

3) De ἀναγραφῆι qui tribus titulis superscriptus est diximus §. 8.

4) Boeckhio praeter haec duo exempla soli noti erant tituli de Metho-naeis CIA I, 40, quibus postea (stud. p. 42) accessit Rang. 375 A cum 284 = CIA I, 59. Nunc praeter hos novimus IV fasc. 1, 22 c. I, 45. 58. IV fasc. 1, 71. II, 23. 78. Quorum ad exemplum etiam supra reliquos titulos prytaniae scribam vel restituere ut Rangabis probatus Boeckhio 382 = CIA II, 49, Kirchhoffius I, 46, Koehlerus II, 27, vel ubi hoc fieri nequit cogitare possumus. — Notandum est scribam non esse primae prytaniae, ut Boeckhiius opinabatur, sed eius, qua decretum inscriptum est. Sic I, 40 Phaenipus est scriba Acamantidis (Thuc. IV, 118) non primae, cuius scriba fuit . . . ε . . . ρος (I, 273). I, 58 Philippus Oeneidis tertiae et I, 59 Lobo Hippothondis octavae, ut ex I, 188 apparet. I, 61 Diognetus Acamantidis, quae quota fuerit dici nequit, certe non prima fuit, quae erat Cecropis (I, 322). De reliquis certum nil dici potest.

5) De toto hoc loco plura exposuimus §. 6.

contra quem apte Koehlerus Herm. II, 29 adn. 2⁶⁾ adfert populiscitum II, 61, ubi l. 15 s. legitur: ἀντιγράφεσθαι δὲ τὸν γραμματέα τὸγκατὰ πρυτανείαν καὶ τοὺς ἄλλους γραμματέας τοὺς ἐπὶ τοῖς δημοσίοις γράμμασιν.⁷⁾ Omninoque hanc in nomine supra scripto vim inesse docemur titulo II, 334, ubi ταμίας στρατιωτικῶν qui scribae munere fungi nequit nomine suo supra titulum scripto numerum stipendiorum quae subscripta sunt recte se habere testatur: scribā est γραμματεὺς τοῦ δήμου qui illo tempore decreta publica lapidi incidenda curabat.

Ad tria decreta de Methonaeis facta (I, 40) unius Phaenippi nomen supra positum pertinet. Est autem Phaenippus scriba Acamantidis ol. 89, 1, decreta autem illa facta primum 88, 1, secundum 88, 3 prytania prima, tertium eiusdem anni prytania secunda. Quam rem ita facillime explicabimus, ut quartum secutum sit ol. 89, 1, cum tribus Acamantis prytaniam gereret, factum quo ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς (nam hic tum decreta inscribebat) illa simul cum novo in eorundem honorem facto una publicanda curare iuberetur. Illa autem decreta cum ei hunc ad usum tradidisset Phaenippus ὁ γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν, qui publicis tabulis praeerat (Harpocratio: τῶν γραμμάτων τ' ἐστὶ κύριος καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ γενόμενα φυλάττει), postea ea recte descripta esse nomine suo testatus est.

Boeckhius cum hunc Phaenippum ipsum decreta inscripsisse statueret (stud. p. 42), suo iure saepius evenire suspicabatur, ut aliud nomen supra titulum quam in textu legeretur, quoniam ipse prytaniae scriba ubi omnia scripsisset, eius testificatione opus non esset. Quae spes eum fefellit. Hoc enim exemplum solum mansit. Reliqua vero quae habere sibi videbatur vir optimus certa non sunt. Nam titulo II, 123 nihil probatur: ipse ambigit num *ΑΛΚΙΜΑ* nomen scribae sit an potius eius, cuius in honorem decretum factum (velut *ΑΛΚΙ-*

6) Quamquam ibi typographi vitio legitur ἀναγραφῆ.

7) Fallitur inde von Stojentin. de Iuli Pollucis — auctoritate p. 20 Harpocratonis locum corrigens.

ΜΑΧΟΣ ΠΡΟΞΕΝΟΣ vel etiam *ΛΑΚΙΜΑΧΟΣ ΜΑΚΕΔΩΝ* spatiis aptum est). Item in altero decreto probari nequit nomen supra scriptum scribae esse, non eius, qui honoratur. Nominativum offensione carere exemplis supra adlatis apparet.⁵⁾

Praeter hoc igitur exemplum semper scriba supra scriptus, ubi quidem extat, idem est atque is, qui in contextu tituli prytaniae tribuitur, nec invenitur eius nomen supra scriptum nisi ubi scriba senatus decretum inscribere iubetur vel certe eis temporibus, quibus hanc huius provinciam fuisse scimus, nunquam eis in titulis, quos ipse inscripsit. Quod nostram in sententiam optime convenit. Ubi enim ipse scripserat, testificatione opus non fuit, ubi scriba senatus scripserat, opus fuit.

§. 6.

Quoniam igitur seiungendi videntur scriba prytaniae et scriba senatus, nunc quae cuiusque provincia fuerit uno conspectu (nam plurima eorum, quae huc pertinent, iam in eis, quae adhuc disputata sunt, singillatim tetigimus) proponere simulque veterum de illis testimonia, si qua sunt, examinare placet. Et ut ab his, quos posteriore loco dixi, incipiam Pollux VIII, 98 Bekk. haec tradit: *γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῶν τὰ γράμματα φυλάττειν καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ ἕτερος ἐπὶ τοὺς νόμους ὑπὸ τῆς βουλῆς χειροτονοῦμενος. ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου αἰρεθεὶς γραμματεὺς ἀναγινώσκει τῶν τε δήμων καὶ τῆ βουλῆς.* Unum igitur scribam populi, de quo infra dicetur, duos autem senatus scribas novit, quorum unus est *ὁ γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν*, alter simpliciter *ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς*. Quod nostram de scribis illis sententiam non mediocriter commendat. Boeckhii vero (oec. civ. Ath. I² p. 258) cum scribam senatus a scriba prytaniae non diversum esse credat valde laborat quid faciat ei, qui Pollucis verbis fertur *ἕτερος*, cui ne nomen quidem unde det habet. Quod autem Pollux scribam prytaniae creatum esse

5) In eo quoque falsus videtur vir doctissimus, plura decreta iuxta non infra scripta usu venire. Quod in tanta decretorum multitudine quanta nunc extat nullo certo exemplo demonstrari potest.

dicit ἐπὶ τῷ τὰ γράμματα φυλάττειν καὶ τὰ ψηφίσματα, id probatur atque etiam quodam modo accuratius definitur verbis Harpocratonis quae ex parte iam supra attulimus p. 216 et 217. Is enim s. v. γραμματεὺς haec habet: Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος· ὁ γραμματεὺς πῶς τε καθίστατο καὶ τί ἐπραττεν, ὡς τῶν γραμμάτων τ' ἐστὶ κύριος καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ γενόμενα φυλάττει καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀντιγράφεται καὶ παρακάθεται τῇ βουλῇ δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Respicit grammaticus sine dubio ad XVIII, 38, p. 238: ὅς ἂν δ' ἀπειθήσῃ τῷδε τῷ ψηφίσματι ἔνοχος ἔστω τοῖς τῆς προδοσίας ἐπιτιμοῖς, ἐὰν μὴ τι ἀδύνατον ἐπιδεικνύῃ περὶ ἑαυτὸν· περὶ δὲ τοῦ ἀδυνάτου ἐπικρινέτω ὁ ἐπὶ τῶν ὄπλων στρατηγὸς καὶ ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως καὶ ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς. Et Boeckhio quidem, cum τὸν γραμματέα τῆς βουλῆς eundem esse censeret atque τὸν γραμματέα κατὰ πρυτανείαν, nihil ob stare videbatur, quo minus verba Harpocratonis, etsi apud Demosthenem legeretur ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς, de eo intellexeret, quem Pollux κατὰ πρυτανείαν dixisset. Idem ego non dubito, quin de prytaniae scriba quid Aristoteles docuerit in Harpocratonis verbis insit. Tanta enim est similitudo inter haec et Pollucis de illo scriba tantoque opere probata esse vidimus Harpocratonis verba eis, quae adhuc de muneribus scribae prytaniae cognovimus, ut quis ille sit γραμματεὺς Harpocratonis dubitari nequeat. Quam ob rem Harpocratonem confudisse duos scribas statuendum est. Quod autem alteram illam scribae secundum prytaniam provinciam decretorum inscribendorum non commemorat, id si quidem, quod parum veri simile est, plene Aristotelis argumenta retulisse existimandus est, inde factum statuere possumus, quod cum Aristoteles scriberet provincia illius scribae nondum tam late patuerit. Quamquam, ut iam significavi, certi nihil dici potest.

Est igitur ὁ κατὰ πρυτανείαν γραμματεὺς τῆς βουλῆς ex senatorum numero (παρακάθεται τῇ βουλῇ Harpocr.) sorte ¹⁾

1) Hoc est cur Boeckhii (stud. p. 40) idque iure ut videtur Palle-Leipziger Studien. I.

creatus (κληρωθεὶς Poll.) publico tabulario praefectus²⁾, qui legum decretorum aliorum id genus exempla (αὐτόγραφα ψηφίσματα Athen. VI p. 214 e) in indices refert itemque, si usus est, depromit (τῶν γραμμάτων τ' ἐστὶ κύριος καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ γενόμενα φυλάττει Harpocr., ἐπὶ τῶ τὰ γράμματα φυλάττειν καὶ τὰ ψηφίσματα Poll.). Nomine suo contra scripto decreta recte descripta esse testatur, posteriore tempore ipse decreta describit (primum ol. 109, 4). Omnino senatui ita adiunctus est, ut quasi media quaedam manus sit inter hunc et reliquos magistratus. Velut in decreto illo in Demosthenis Timocratea §. 63: Τιμοκράτης εἶπεν· ὀπόσοι Ἀθηναίων κατ' εἰσαγγελίαν ἐκ τῆς βουλῆς ἢ νῦν εἰσιν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ἢ τὸ λοιπὸν κατατεθῶσι καὶ μὴ παραδοθῆ ἢ κατὰ γνώσιν αὐτῶν τοῖς δεσμοθέταις ἐπὶ τοῦ γραμματέως τοῦ κατὰ πρυτανείαν κατὰ τὸν εἰσαγγελτικὸν νόμον κτλ.

Hunc γραμματέα κατὰ πρυτανείαν Boeckhiius CIG vol. I p. 326 b eundem esse statuit atque τὸν περὶ τὸ βῆμα qui in aisitorum catalogis imperatorum temporibus exaratis inter scribas nominatur (CIA III, 10. 1020. 1029. 1031. 1032. 1034. 1040. 1041. 1042. 1048. 1051. 1064. 1073)³⁾. Primum enim neutrum eorum prythanum tribulem esse. Quod certe casu factum est, ut nullus titulus extet quo contrarium edoceamur. Tum nunquam utrumque ne in plenissimo quidem titulo CIG 353 (= CIA III, 10) iuxta commemorari. Tertium argumentum idque gravissimum est, quod in titulo modo laudato ὁ

nensem quendam (CIA III, 87 [ὁ δεῖνα Π]αλληνεὺς λαχὼν γραμματεὺς [. . . εἰς τὸν ἐπὶ Ἀπολήξειδος ἄρχοντος ἐνιαυτὸν ἀνέθρηκεν) scribam prytaniae esse autumaverit, postquam eum antea (oc. civ. I², 259 adn. a) non admodum probabiliter eundem esse statuit, qui est apud Pollucem ἕτερος ille χειροτονοῦμενος.

2) Schoemannus de comitiis p. 319 adn. 40 huic scribae servum publicum subiectum fuisse iure conclusisse videtur ex Demosth. XIX, 129: ἐν τοῖς κοινοῖς τοῖς ἑμετέροις γράμμασιν ἐν τῷ μητρώῳ ταῦτ' ἐστὶν ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται. Clavem tabulari habet ὁ ἐπιστάτης Poll. VIII, 96. Cf. Car. Curtius Philol. XXIV p. 113.

3) Eisdem temporibus inter aisitos, aliis semper in titulis atque ὁ περὶ τὸ βῆμα, legitur γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν III, 1030. 1038 (= CIG 191. 188b. Cf. §. 3 ineunt.).

περὶ τὸ βῆμα sit *Ῥόδων Καλλίστου Μαραθ.*, idem cuius nomen in praescriptis legatur: *ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρυτανείας ἰς ἔγραμμάτεε Ῥόδων Καλλίστου Μαραθώνιος*. Quae cum ita sint, Boeckhius verum vidisse existimandus est. In eo tamen corrigendus videtur, quod statim addit scribam prytaniae, quoniam per singulas prytanias mutetur, non aisitum esse, sed parasitum in ea sola prytania, cuius scriba sit, et ideo tantum in aisitibus referri, quia non prytanis sit. Nam, ut §. 2 vidimus, id temporis annuus fuit eamque ob rem optimo iure inter aisitibus numeratus est.

§. 7.

Venimus ad eum scribam, qui apud Pollucem fertur *ἕτερος ἐπὶ τοὺς νόμους ἐπὶ τῆς βουλῆς χειροτονοῦμενος* 1). Hunc ut supra eum esse significavimus, qui audiat *γραμματεὺς τῆς βουλῆς*, ita nunc idem dicimus, quamquam in Pollucis verbis offensionem quandam inesse negari non potest. Etenim pro *ἐπὶ τοὺς νόμους* expectatur *ἐπὶ τὰ ψηφίσματα*. Haec enim lapidi incidenda curare proprium eius officium est, ut formula docemur quae sexcenties invenitur *ἀναγράψαι τὸδε τὸ ψηφίσμα τὸν γραμματεῖα τῆς βουλῆς ἐν στήλῃ λιθίνῃ*. Accedit quod Pollucis illo loco paullo ante de scriba prytaniae dicitur *ἐπὶ τῇ τὰ γράμματα φελάττειν καὶ τὰ ψηφίσματα*. Atqui in hunc cura legum non minus, ne dicam etiam magis (cf. CIA I, 61) convenit quam populiscitorum. Quibus de causis facile quis adducatur, ut verbis inter se commutatis locum sic emendasse sibi videatur: *γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ἐπὶ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ τὰ γράμματα φελάττειν καὶ τοὺς νόμους καὶ ἕτερος ἐπὶ τὰ ψηφίσματα ἐπὶ τῆς βουλῆς χειροτονοῦμενος*. Quae mutatio etiam titulo quodam modo probari videatur CIA II, 114

[γραμματ]ε[ι]ς κατὰ πρυτανείαν·

Κλειόστρατος Τιμοσθένους Αἰγυλιεὺς

1) Boeckhius hunc olim in proecdosi p. 201 *γραμματεῖα τῶν βουλευτῶν* quo iure dixerit §. 12 videbimus. Postea ei nomen nullum dedit.

ἐπὶ τὰ ψηφίσματα·
 Δημόφιλος Πανταλέοντος Ἀγρυλῆθεν
 ἐπὶ τὸ Φεωρικόν·
 Κηφισοφῶν Κεφαλλίωνος Ἀφιδναῖος
 βουλῆς ταμίαι·
 Ἀντικλῆς Ἀριστοκράτους Κυδαθηναίεϋς
 Δρομοκλείδης Θρασυμήδους Ἀγνούσιος.

In his Riedenauer (act. p. 86), qui item in Pollucis verbis haeret, τὸν ἐπὶ τὰ ψηφίσματα alterum senatus scribam esse sibi persuasit. Sed primum quidem id minime certum est, τὸν ἐπὶ τὰ ψηφίσματα ipsum scribam esse, non omnino senatorem hanc ad provinciam delegatum, ut τὸν ἐπὶ τὸ Φεωρικόν: vehementer enim desideratur notio γραμματέως, quae in scriba secundum prytaniam non deest. Tum eo quam maxime ne transponamus verba prohibemur, quod Harpocratio disertis verbis scribam secundum prytaniam testatur τὰ ψηφίσματα τὰ γεγόμενα φυλάττειν. Quae cum ita sint, Pollux negligentius scripsisse putandus est. Nam alium magistratum velut τὸν ἀναγραφέα τῶν νόμων (§. 8), in quem sane verba illa convenirent, intellegendum esse non crediderim: grammaticus enim de ordinariis magistratibus dicere videtur, inter quos ille referendus non est.

Vix opus est monere hunc senatus scribam non ipsum decreta lapidi inscribere, quod est lapicidarum, sed auctorem tantummodo huius rei et curatorem esse similiter ac scribam secundum prytaniam, quod supra vidimus. Quae vero horum, qui ab ol. 109, 4 usque ad 114, 3 eodem munere funguntur, cuique potissimum decretorum genera curanda tradita essent, etsi in rem inquisivi invenire non potui²⁾.

Praeter decreta scriba senatus semel etiam rationes earum rerum, quae ἐν χαλκοθήκῃ inventae sunt, conficere earumque

2) Riedenauer (p. 85) eum, qui rogationem tulisset, eligere potuisse putat, utri decretum inscribendum mandaret. Idem iure Rangabem redarguit qui honorum decreta inscribere scribae prytaniae fuisse coniecit Ant. Hell. II, 98. Immo fere omnia sunt honorum decreta eaque aut senatusconsulta aut populiscita. Et illorum quidem CIA II, 114 scriba

exempla (ἀντιγραφα) describere iubetur CIA II, 61. Quid CIA I, 51 facere iubeatur parum liquet³⁾.

Videtur autem etiam ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς ex ipso senatorum numero fuisse. Deinde per totius anni spatium provincia eum functum esse inde veri simile fit, quod alter senatus scriba, cum hoc ne confunderetur, ὁ κατὰ πρυτανείαν dictus est⁴⁾.

Invenitur autem scriba senatus inde ab antiquissimis temporibus usque ad ol. 114, 3, post hunc autem annum, ut iam Boeckhius oec. civ. I² p. 257 significaverat et Velsenus act. menstr. acad. Berol. a. 1856 p. 120 iterum affirmavit, nullum exemplum certum extat quo alia edoceamur⁵⁾. Quod enim Koehlerus Herm. V, 18 etiam ol. 123, 2 scribam senatus in titulo inveniri dixit, id nunc tacitus correxit CIA II, 309 iure ut videtur supplens τὸν γραμματέα τῆς β[ουλῆς καὶ τοῦ δήμου].

§. 8.

Iam de munere eius, qui ἀναγραφεὺς audit, dicendum videtur, de quo post Schoemannum antiqu. Graec. I³ p. 582 ss. nuperrime egit Rudolfus Schoellius de extraordinariis quibusdam magistratibus Atheniensium (in commentationibus in ho-

prytaniae, CIA II, 154. 186. Ἀθήν. VI p. 270. 492 scriba senatus, horum CIA II, 119. 124. 165. 183. 187 scriba prytaniae, CIA II, 115. 121. 136. 137. 147. 150. 159 b. 171. 176. 181 scriba senatus inscribenda curat. Unum quod non honorum decretum sed populiscitum est de munimentis Athenarum reficiendis CIA II, 167 scriba prytaniae inscribere iubetur. Incerti argumenti est CIA II, 152 quo scriba senatus legitur.

3) Riedenauer (p. 86) inductus Pollucis illis verbis ἐπὶ τοὺς νόμους scribam senatus tabulario praefectum, scribam prytaniae decretorum scriptorem autumat.

4) Ultimo ut videtur a. Chr. saec. γρ. τ. β. simul cum aliis magistratibus ad senos menses institutus legitur CIG 202—206. De re prorsus singulari quid iudicandum sit Boeckhius recte exposuisse videtur ad CIG 202.

5) Hoc argumento Kumanudis uti poterat ad firmandam coniecturam titulum Ἀθήν. VI p. 482 a. 322 recentiorem non esse. Item praeter alias quas adfert etiam hanc ob causam, quod γρ. τ. β. in titulo Ἀθήν. VI p. 270 commemoratur, sequitur eum non eiusdem aetatis ac CIA II, 230 sed antiquiorem esse quam ol. 114, 3.

norem Th. Mommseni p. 461 ss.). Namque ubi post magnas rei publicae turbas quibus haec vel illa lex utilis antiquata, contra aliae perniciosae latae essent, necessarium videbatur legum corpus examinare, ut noxiae tollerentur salubres redintegrarentur, collegium νομοθετῶν (Thucyd. VIII, 97) instituebatur, quibus viri legum experientia insignes earumque dictionis periti adiungi solebant. Hi ἀναγραφεῖς τῶν νόμων dicti minimeque cum illis nomothetis confundendi sunt. Qui num ex senatorum numero creati sint, quod Boeckhii olim (oec. civ. I² p. 263) de perscriptoribus τῶν γραμμάτων suspicatus erat, nescimus. Necessarium non fuisse Nicomachi exemplo probatur. Laudatur et corona frondea honoratur Euchares quidam CIA II, 258, quem legum perscriptorem fuisse primus vidit Meier comment. epigraph. I p. 18, ἐπειδὴ ἐπεμελήθη τῆς ἀναγραφῆς τῶν νόμων ὅπως ἂν ἐκτεθῶσι πάντες οἱ νενομοθετημένοι ἐπὶ Φερεκλέους ἄρχοντος σκοπεῖν τῇ βουλομένῳ καὶ μηδὲ εἰς ἀγνοεῖν τοὺς τῆς πόλεως νόμους. Nam sine dubio huius scribae provincia difficultatum laborisque plena erat. Ut Nicomachus, contra quem Lysiae oratio trigesima est, primo in quattuor mensium spatium creatus per sex annos munere suo functus est. Quod etsi non sine fraude viri factum videtur, tamen quod nec ante dimissus et post aliquod tempus idem ad munus electus est, inde iure cum Schoemanno l. s. s. p. 584 concludere possumus provinciae diutius administratae ex laborum multitudine cum illa coniuncta excusationem aliquam paratam fuisse. Tradebantur perscriptoribus leges a scriba prytaniae, qui eas servabat. Cuius rei luculento exemplo est titulus CIA I, 61 (ad quem cf. Koehler. Herm. II p. 29), quo οἱ ἀναγραφῆς τῶν νόμων Dracontis de caede legem, ut eam describendam curent, repetere iubentur a scriba prytaniae.

Quantum nunc quidem historia Attica nota est, ter horum perscriptorum mentio fit. Primum ol. 92, 4, 409/8 a. Chr. post imperium quadringentorum, ad quod tempus referenda sunt CIA I, 61 et Nicomachi ministerium (ἐπιτηροσία) prius. Secundum post triginta viros, quo pertinet rogatio Tisameni Andoc. I, 83 s. et Nicomachi ministerium posterius, quod

propter accusatus est. Tertium post imperium Demetri Phaleri ol. 119, 1, quo anno Eucharem perscriptorem fuisse testatur CIA II, 25S.

Ab his ἀναγραφεῖσι τῶν νόμων Schoellius (l. s. s. p. 462 adn. 23) ἀναγραφῆας τῶν γραμμάτων seiunxit ex senatorum numero ut videtur electos, qui inde ab ol. 115 ¹⁾ in titulis non nullis usu veniunt. Ante hanc olympiadem Koehlerus posuit II, 190, quo Callicratidae perscriptori corona aurea ducentarum drachmarum decernitur, ἐπειδὴ καλῶς καὶ δικαίως ἐπιμετέλεται τῆς ἀναγραφῆς τῶν γραμμάτων καὶ αἱ προταναίαι αὐτὸν ἐστεφανώκασιν καὶ τὰλλα ἄρχει καλῶς καὶ δικαίως. Primum autem annum ol. 115 spectant II, 191. 192. Ἄθην. VI p. 158 quos supra titulos ἀναγραφεῖς Ἀρχένικος Νουκρίτου Λαμπροεὶς scriptus est. Quos in honorem huius factos non esse de primo et tertio certum est, ut hic quoque testificandi gratia nomen additum esse appareat. Ad secundum annum referendus est titulus II, 226 incipiens verbis ἐπὶ ἀναγραφῆως. Sextus titulus accedit II, 299 b [ἐπὶ —] ἰσοδώρον ἄρχοντος δεῦτερον ἀναγραφῆως δὲ Ἐλικόρου τοῦ σίου.

Praeterea quattuor fragmentis CIA II, 227. 228. 229. Ἄθην. VI p. 133 ipse ἀναγραφεὶς decretum inscribere iubetur. Nova sane haec nec antea cognita scribae istius provincia. Nec enim eiusmodi sunt decreta, quae olim facta tum repetere iussus sit perscriptor a nomothetis, sed recens facta videntur. Nec tamen hac de causa Schoellio adstipulor, qui duos diversos magistratus esse statuit. Quod enim ait τὸν ἀναγραφέα τῶν γραμμάτων ex numero senatorum fuisse, id quamquam veri est simile, coniecturam tamen quam prolaturus sum non pervertit. Ut enim §. 7 vidimus novissimum scribae senatus exemplum est ol. 114, 3. Huius partes postea agit ὁ γραμματεὶς τοῦ δήμου, qui primum ol. 118, 2, 307.6 in decreto Stratocli (vit. Lyeurg. p. 280, 210 Westerm. quod cum CIA II, 240 composuit Car. Curtius Philol. XXIV p. 83 ss.)

1) Eodem tempore nomotheta quidam corona aurea honoratus videtur II, 217. Koehlerus ibi supplet [θεσμο]θέτης.

reperitur. Iam ego his annis, qui sunt inter ol. 114, 3 et ol. 118, 2 (potest autem etiam ante hunc annum scriba populi institutus esse), perscriptorem praeter suum ipsius munus scribae senatus provinciam curasse suspicor. Quod etsi proprium eius non erat, tamen turbulentis temporibus quae tum erant facile fieri potuit, ut qui modo suam ad provinciam administrandam institutus esset, ei munus consimile ad aliquod tempus deferretur. Id eo probari videtur, quod, cum alias nominetur ἀναγραφεὺς τῶν νόμων, hoc tempore audit ἀναγραφεὺς τῶν γραμμάτων (II, 190): rursus ubi scriba populi institutus est, appellatur ἀναγραφεὺς τῶν νόμων II, 258. Argumento meae coniecturae etiam hoc est, quod, cum antea semper de pluribus perscriptoribus sermo sit, his temporibus ubique unus commemoratur (ἀναγράψαι τόδε τὸ ψήφισμα τὸν ἀναγραφέα)²). Quare eo adducor, ut perscriptorem id temporis perinde ut olim erat scriba senatus annum fuisse dicam. Id praeter titulos de Archenico supra adlatos inde sequi videtur, quod duobus illis titulis ἀναγραφεὺς ultimis anni diebus propter bonam et iustam administrationem publice laudatur, primum a senatu, quale est decretum II, 258, tum ultimo anni die ab universo populo ut II, 190.

Primus igitur annuus perscriptor fuit Καλλικρατίδης Καλλικρατὸς Στειριεὺς II, 190, ol. 114, 4. Nam hunc ad annum titulum eo confidentius refero, quo magis Koehlerus eum sequentis olympiadis anno vel secundo vel primo tribuere dubitat. Secundus fuit Ἀρχένικος Νουκρίτου Λαμπιτρεὺς, ol. 115, 1. Qui annis post hunc proximis fuerunt, eorum nomina nescimus. Ol. 119, 1 perscriptor fuit Εὐχάρης Εὐάρχου Κορυθαῖος, aliquot annis post Ἐπίκουρος ὁ — — σιος. Et hi quidem non iam decreta nova (nam ad haec tum ὁ γραμματεὺς τοῦ δήμου institutus erat), sed vetera tantum denuo promulgasse videntur. Qua ex causa fortasse etiam praemiorum differentia nata est, ut Euchares honoraretur corona frondea, Callicratides ille aurea.

2) Ne quis in eiusmodi sententia numerum singularem necessarium putet, adfero II, 600 ἀναγράψαι — τοῖς φρατριάρχουσ (contra II, 599).

§. 9.

Priusquam de scriba populi dicamus, paucis monendum videtur de eo scriba, quod Pollux l. s. s. haec habet: ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δήμου αἰρεθεὶς ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ. His Suidae testimonium adiungi potest: ἐπανεγίνωσκε δὲ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Addo etiam Bekk. anecd. p. 185, 44: γραμματεὺς· ὁ ἀναγινώσκων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τὰ προστεταγμένα κατὰ χρόνους ἠλλάσσετο et p. 226, 30: γραμματεὺς· καὶ τὸν γραμματέα ὁ δῆμος χειροτονεῖ ἀναγνωσόμενον αὐτῷ καὶ τῇ βουλῇ. καὶ οὗτος οὐδενὸς τὸ σύνολον ἄλλου ἐστὶ κύριος ἢ τοῦ ἀναγνώναι· ἔστιν οὖν ὁ ἀναγνώστης. Hunc eum scribam esse dico, qui apud Thucydidem vocatur γραμματεὺς ὁ τῆς πόλεως VII, 10: καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπέδοσαν. ὁ δὲ γραμματεὺς ὁ τῆς πόλεως παρελθὼν ἀέγνω τοῖς Ἀθηναίοις δηλοῦσαν τοιάδε. Idem memoratur in vita Lycurgi quae in Plutarchi scriptis fertur p. 272, 46 Westerm.: εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμους τὸν μὲν — τὸν δὲ ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν Αἰσχύλου Σοφοκλέους Εὐριπίδου καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν τοῖς ὑποκρινόμενοις· οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι. Multa et varia huius loci et interpretandi et emendandi virorum doctorum conamina via et ratione exposita et quoad necessarium erat reiecta invenies in Kornii libello de publico Aeschyli Sophoclis Euripidis fabularum exemplari Lycurgo auctore confecto, p. 2 ss¹⁾. Scriba civitatis autem quid hac lege facere iubeatur Welckerus (Die griechischen Tragoedien mit Rücksicht auf den epischen Cyclus geordnet III p. 908) perspexit, qui ita institutum esse docuit, ut qui Aeschyli vel Sophoclis vel Euripidis aliquam fabulam agere vellet, ei scriba civitatis adeundus esset: hunc ei

1) Locum corruptum esse nemo non videt: primum enim παραναγινώσκειν verbum aptum non est, nec enim conferre debet scriba civitatis publicum exemplum actoris (immo hoc cum illo conferendum est), sed legere (ἀναγινώσκειν): tum, id quod maiorem etiam offensionem praebet, οὐκ ἐξεῖναι αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι vero prorsus contrarium

fabulam de publico exemplo praëisse, ut si quid in alterius libello discrepare videretur corrigi posset. De tertio quodam loco, quo ὁ γραμματεὺς τῆς πόλεως reperitur, monuimus p. 231 a. 3. In titulis scribae civitatis nomen non extat, sed eundem intellegendum esse censeo cum Riedenauero (act. p. 84) in decreto CIA II, 114 ἀναγνῶναι τόδε τὸ ψήφισμα τὸ γράμματέα τῷ δήμῳ.

Boeckhius oec. civ. I² p. 259 hunc γραμματέα τῆς πόλεως eundem esse statuit atque eum, qui audiat ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου. Sed quamquam civitatem senatu et populo constare negari non potest (id enim est argumentum Boeckhi), tamen non video cur Thucydides et auctor vitae Lycurgi hunc scribam aliter nominaverint atque in usu esset. Accedit quod hoc nomen ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου primum invenitur non multo post ol. 123, 2 (CIA II, 309 ex probabili coniectura Koehleri, nam II, 146 καὶ τοῦ δήμου supplementum est incertissimum). Quam ob rem ego hunc scribam, qui antiquis temporibus audiebat civitatis, postea denominatum esse conicio scribam senatus et populi. Nam hoc ipsum nomen aperte respicere videntur veterum testimonia quae modo exscripsi.

Eodem tempore, quo nomen mutatum est, alia ei etiam provincia iniuncta videtur decretorum inscribendorum, quam olim scribae senatus fuisse constat, postea autem a perscriptore per aliquod tempus administratam esse supra demonstrasse nobis videmur. Nec enim iniuria Boeckhius oec. civ. I² p. 260 hunc eundem esse dixit atque τὸν γραμματέα τοῦ δήμου, qui, ut p. 225 monuimus, ab initio saeculi tertii decreta inscribenda curat. In adhibendis enim his nominibus haec regula fuisse videtur, ut, ubi scribae omnis dignitas significanda esset (velut CIA II, 488 itemque in decretis quae in honorem pry-

est: adito enim publico exemplo fabulas agere profecto licebat, aliter agere (παρποκρίνεσθαι) non licebat. Quare quam maxime adducor ut Sommerbrodti coniecturam probem, qui post Kornium Mus. Rhen. XIX p. 130 ss. hunc locum elegantissime ita emendavit, ut pro παραναγινώσκειν et ἵποκρίνεσθαι scriberet ἀναγινώσκειν et παρποκρίνεσθαι.

tanum et aisitorum, inter quos ille est, facta sunt CIA II, 394. 431. 441 inque eorundem catalogis CIA III, 1029. 1030. 1031. 1032. 1034. 1040. 1041. 1042. 1044. 1048), plenius illud nomen poneretur, ubi autem in fine decretorum decretum inscribere iuberetur, simpliciter adpellaretur *γραμματεὺς τοῦ δήμου*. Quam regulam si recte statuisset videmur, exceptionem novi, quae mea quidem sententia non mediocri argumento est eundem fuisse scribam populi et scribam senatus et populi, ut mirer Boeckhium ea usum non esse. Etenim in decreto quodam in prytanum eorumque magistratum honorem facto CIG 115 = CIA II, 329, ubi pleniore nominatione opus erat, simpliciter adpellatur *ὁ γραμματεὺς τοῦ δήμου*²⁾. Huc altera accedit exceptio, qua idem probatur II, 309: ibi ex Koehlerii supplemento probabili (cf. p. 223 et 228) pro scriba populi, qui expectatur, *γραμματεὺς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου* legitur.

Hunc igitur scribam ex senatorum numero fuisse Boeckhiius CIG vol. I p. 326 a probabiliter coniecit neque repugnat, ut Schoemannus antiqu. Gr. I³ p. 401 adn. 4 censebat, quod a populo creabatur (Poll. et Bekker. anecd. II. s. ss.). Quo autem tempore quis hoc munere fungatur loco illo Bekk. anecd. p. 185, 44 modo adlato *κατὰ χρόνους ἠλλάσσεται* in dubio relinquitur, quo accedit quod ne id quidem scimus, num forte alio tempore aliter institutum fuerit, ut in scriba prytaniae factum esse vidimus. Boeckhiius CIG I p. 326 b hunc scribam, ne nimium onus uni senatori imponeretur, per singulas prytanias mutatum esse dixit. Unde simul (ad CIG 81) eum ideo tantum inter aisitos numerari dicere cogebatur, quia non esset prytanis. Sed ista causa, si reputaverimus quot et quanta negotia scribae prytaniae mandata fuerint, leviuscula videbitur. Itaque, ut supra de scriba prytaniae vidimus, sic etiam scriba senatus et populi nimirum propterea inter aisitos numeratur, quod annuus est. Id inde probatur, quod idem scriba eodem anno in catalogis et Pandionidis et Antiochidis

2) Item negligentia lapicidae factum est ut bis (III, 1039 et 1045) nominetur *γραμματεὺς τῆς βουλῆς*.

exhibetur CIA 1032. 1034. Qua re quod omnibus in titulis quibus eius demoticum exstat alius tribus est atque quae praesidet, id in tanta titulorum paucitate sine dubio casui tribuendum erit.

De provincia autem id cognovimus, praeter legendi munus alterum ei negotium esse decretorum inscribendorum. Ut autem iuxta scribam senatus, sic eodem tempore ac scriba populi³⁾ scriba secundum prytaniam⁴⁾ idem facere iubetur, ut ne hic quidem certa decretorum genera quae potissimum cuique tradantur distingui possint.

§. 10.

Devenimus iam ad *ἑπογραμματοῦς* qui fertur (CIA II, 329. 393. 431. 441. III, 10. 1029—1032. 1034. 1040. 1041. 1048. 1064), nam plenius nomen quo distinguatur ab reliquis *ἑπογραμματοῦσι*, quos constat Athenis permultos fuisse¹⁾, non traditur. Sine dubio diversus fuit ab *ἐπηρέταις τῆς βουλῆς*, quos plures fuisse colligi potest ex CIA I, 499 (alias quantum scio non commemorantur). Quamquam hanc subscribae provinciam cum *ὑπηρεσία* quadam coniunctam fuisse mihi persuasi ex loco qui exstat apud Demosthenem XIX, 70: *ἑπογραμματοῦτων ἡμῖν καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τοῦτον τῷ κήρυκι*²⁾. Unde illud quoque cum aliqua

3) Vit. Lyc. p. 280, 210 Westerm. CIA II, 273. 275. 282. 286. 293. 310. 329. 334. Laert. Diog. VII, 11. CIA II, 367. 368. 415. 469. 470. 520.

4) CIA II, 274. 276. 277. 289. 294. 297. 298. 300. 305. 307. 311. 315. 316. 320. 325—328. 331. 332. 335. 338. 369. 370. 374. 375. 380. 390. 393—396. 398. 400. 414. 417. 420. 423. 425—427. 429. 444—446. 451. 453. 455. 464. 465. 467—472. 490. 529.

1) In universum conferatur Aristoph. Ran. 1054. Alii sunt *ὁ ἑπογραμματοῦς τῶν θεσμοθετῶν* Antiph. VI, 35, *οἱ ἑπογραμματοῦς τῶν ποριστῶν, τῶν πωλητῶν, τῶν πρακτικῶν* ibid. 49. *ὁ ἑπογραμματοῦς* qui in gymnasiis munere fungitur CIA III, 1128. Cf. Schoemann. de comit. p. 318 et adn. 37, antiqu. Gr. I³ p. 455.

2) Schoemannus (de comit. p. 92 a. 8) cur hoc loco scribam senatus (antiqu. Gr. I³ p. 405 'der Staatsschreiber') intellexerit non video.

probabilitate concludere possumus, hunc scribam mercedem accepisse. Idem disertis verbis testatur Demosthenes in eiusdem orationis §. 249, ubi eadem verba iunguntur: *ὑπογραμματαύοντες δ' οὔτοι καὶ ὑπηρετοῦντες ἀπάσαις ταῖς ἀρχαῖς ἀργύριον εἰλήφρασαν*³⁾. Quamquam hic praeter eum, quem senatus sive populi (*ὑπογραμματαύων ἡμῖν*) subscribam dicere licet, qui fuit Aeschines, de altero quodam sermo est. Sed ut hoc est, id certum videtur, eum etsi non senatorem, quod iam Boeckhiius negavit, sed civem fuisse⁴⁾. Idem enim, qui CIA II, 393 *ὑπογραμματαῦς* fertur, Rang. 1238 (= *Ἐπιγρ. ἀνέκδ.* II, 1852, p. 21, Meier comment. epigr. II p. 70) polemarchus est, ut Koehlerus vidit Herm. V p. 336. Tum cum *ὁ ὑπογραμματαῦς* inter aisitos referatur, in eo etiam non vereor ne fallamur, si hunc perinde ac reliquos scribas, qui in aisitis numerantur, annum esse dicimus. Duos autem per annos continuos ne quis *ὑπογραμματαῦς* esset lege cautum videtur, si quidem recte cum Boeckhio Lysiam interpretati sumus, qui XXX, 29 haec habet: *ὑπογραμματαῦσαι οὐκ ἔστι δις τὸν αὐτὸν τῆ ἀρχῆ τῆ αὐτῆ*. Nam quoniam *ἡ βουλὴ* inter *ἀρχὰς* referri potest, huius legis vim non solum ad magistratuum quorundam, sed etiam ad eum, quode nunc agimus, *ὑπογραμματαῖα* pertinuisse non alienum est. Imperatorum temporibus aliter institutum fuit, si quidem Dittenberger titulos diversis annis factos 1030 et 1031, 1032. 1034 et 1040. 1041 recte continuasse videtur.

3) In eis quae statim secuntur *καὶ τὸ τελευταῖον ὑφ' ἡμῶν γραμματεῖς χειροτονηθέντες δύο ἔτη διατρέψαν ἐν τῇ θόλῃ* qui scribae intellegendi sint parum liquet. Pertinere huc aliquis dicat quod Libanius tradit in argumento huius orationis: *παραδίδεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Αἰσχίνης τραγωδιῶν τε ὑποκριτῆς γενόμενος καὶ γραμματεὺς τῆς πόλεως ἥτις ἦν εὐτελῆς ὑπηρεσία*. Sed haud scio an potius grammaticus priora verba *ὑπογραμματαύοντες ἡμῖν κτλ.* respexisse et scribam civitatis cum *ὑπογραμματαῖ*, cuius revera *εὐτελῆς ὑπηρεσία* est, commutasse putandus sit.

4) Reliquorum magistratuum *ὑπογραμματαῖς* non nulli servi publici fuerunt. Attamen etiam cives pauperes id munus suscepisse videntur, velut Nicomachus et Tisamenus (Lys. XXX, 28). Item *ὁ ὑπογραμματαῦς τῶν ἐπιστατῶν* CIA I, 324 civis est.

De munere τοῦ ὑπογραμματέως hoc unum ex Demosthene (XIX, 70) cognovimus, eum iuris iurandi verba, quibus con-
tionum et senatus initium fieri solebat, praeconi publico prae-
isse. Praeter hoc nihil fertur neque in animo est plura ex
vana coniectura repetere.

§. 11.

In prythanum catalogis imperatorum temporibus exaratis
inter aisitos nominatur ὁ ἀντιγραφεὺς CIA III, 10. 1029—1032.
1034. 1040—1042. 1045? 1048. 1051. 1064, ante Augustum
semel invenitur in praescriptis tituli CIA II, 408. His mar-
moribus statim subiungo Harpocratonis testimonium, qui s. v.
ἀντιγραφεὺς haec habet: ὁ καθιστάμενος ἐπὶ τῶν καταβαλ-
λόντων τινὰ τῇ πόλει χρήματα ὥστε ἀντιγράφεσθαι ταῦτα.
Ἀημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ Ἀίσχληνης ἐν τῷ κατὰ
Κτησιρυῶντος. διττοὶ δὲ ἦσαν ἀντιγραφεῖς ὁ μὲν τῆς διοική-
σεως, ὡς φησι Φιλόχορος, ὁ δὲ τῆς βουλῆς, ὡς Ἀριστοτέλης
ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. In his verbis extremis difficultas quae-
dam inest. Etenim cum dicat ὁ μὲν τῆς διοικήσεως, ὡς φησι
Φιλόχορος, ὁ δὲ τῆς βουλῆς, ὡς Ἀριστοτέλης, suspicio in
promptu est ἀντιγραφεὶς nullum novisse Philochorum nisi τῆς
διοικήσεως, Aristotelem nullum nisi τῆς βουλῆς: unum igitur
fuisse contrascriptorem, quem tamen aliter nominaverit Philo-
chorus, aliter Aristoteles. Inde, ni fallor, Schoemannus (antiqu.
Gr. I³ p. 401 adn. 5) num diversus fuisset ἀντιγραφεὺς τῆς
διοικήσεως ab ἀντιγραφεὶ τῆς βουλῆς diiudicare ausus non est.
Equidem, quamquam hoc loco Harpocratonem non admodum
diligenter distincteque scripsisse negari nequit, tamen de di-
versitate horum scribarum non dubitaverim, praesertim cum,
ut ex eis, quae infra disputata sunt, apparebit, non magno
negotio uter quoque loco intellegendus sit definiri possit.

Et primum quidem in eo non vereor ne quis obloquatur,
quod eum contrascriptorem, qui in prythanum catalogis inter
aisitos simul cum ceteris senatus magistratibus numeratur, se-
natus esse dico. Idem Androtioneae illo loco quem Harpo-
cratio respicit intellegendus videtur §. 38: ὥσως ἀναβήσεται καὶ

συνερεῖ τῇ βουλῇ Φίλιππος καὶ Ἀντιγένης καὶ ὁ ἀντιγραφεὺς καὶ τινες ἄλλοι, οἵπερ ἐκεῖ δι' ἑαυτῶν εἶχον μετὰ τούτου τὸ βουλευτήριον καὶ τούτων τῶν κακῶν εἰσιν αἴτιοι¹⁾). Ubi de nullis aliis nisi senatus magistratibus sermo esse potest. Nam cur Boeckhius (oec. civ. I² p. 261 adn. b) inferioris ordinis contrascriptorem hoc loco significari putaverit, causam non video.

Alter autem locus, quem Harpocratio adfert ex Aeschini Ctesiphontea, hic est §. 25: *πρῶτον μὲν ἀντιγραφεὺς ἦν χειροτονητὸς τῇ πόλει, ὃς καθ' ἐκάστην πενταεταίαν ἀπελογίζετο τὰς προσόδους τῷ δήμῳ. Recte hunc ἀντιγραφεὶα τῆς διοικήσεως Boeckhius statuit, cum hic non senatus magistratus sit, sed civitatis (ἦν τῇ πόλει). Eundem Harpocratio respicit, cum dicit: ὁ καθιστάμενος ἐπὶ τῶν καταβαλλόντων τινὰ τῇ πόλει χρήματα ὥστε ἀντιγράφεσθαι ταῦτα²⁾. Videtur igitur τῷ ἐπιμελητῇ τῆς διοικήσεως custodiendi gratia adpositus fuisse, quale institutum per se veri simillimum est, velut etiam pagi cuiusdam quaestori contrascriptorem additum videmus CIG 100³⁾. Ex eis autem, quae apud Aeschinem secuntur διὰ δὲ τὴν πρὸς Ἐββυλον πίστιν ἐμῶν οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν χειροτονημένοι ἔρχον μὲν πρὶν ἢ τὸν Ἡγήμονος νόμον γενέσθαι τὴν τοῦ ἀντιγραφεὺς ἀρχήν, ἔρχον δὲ τὴν τῶν ἀποδεκτῶν κτλ., id cognoscimus, huius contrascriptoris provinciam Aeschini tempore theoricī quaestoribus iniunctam fuisse; postea vero, cum Hegemonis lege⁴⁾ res ad anticum ordinem redissent, num etiam ὁ*

1) C. F. Hermann (antiqu. Gr. I, §. 125 n. 2), qui καὶ particulam ante ἀντιγραφεὺς deleri vult, adstipulari non possum, maxime quod ommissa particula concinnitas enuntiati tollitur.

2) Notandum est Harpocratonem verba facere de ἀντιγραφεῖ τῆς διοικήσεως, exempla autem mixta et huius et alterius (senatus) contrascriptoris adferre.

3) Idem iure, ut mihi videtur, monet Mueller-Struebing: quae autem praeterea (p. 265 ss.) ipsius de huius magistratus muneribus et creandi ratione disputat, eorum argumenta adhuc desiderantur. Cf. I. H. Lipsius, Jahresbericht über die Fortschritte der cl. A.-W. v. I (1873) p. 1361 ss.

4) Boehneckius (Forschungen p. 574 n. 2) si sequendus est, intra ol. 111, 2 et 112, 3 lata.

ἀντιγραφεὶς τῆς διοικήσεως restitutus sit dubium est; immo ex Aeschini verbis (πρῶτον ἦν) contrarium sequi videtur.

Sed ut iam ad senatus contrascriptorem revertamur, hunc significare Pollux videtur, cuius haec sunt §. 98: ἀντιγραφεὺς πρότερον μὲν αἰρετός, αὖτις δὲ κληρωτός ἦν, καὶ πάντα ἀντεγραφεῖο παρακαθήμενος τῇ βουλῇ. Quae secuntur aperte corrupta sunt. Cod. A habet λογισταὶ δύο ἦσαν ὁ μὲν τῆς βουλῆς ὁ δὲ τῆς διοικήσεως. καὶ τούτους ἢ βουλή κληροὶ κατ' ἀρχὴν ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσιν. Nec enim duos logistas sed decem fuisse idem Pollux testatur §. 45. Varias huic loco viri docti attulerunt medelas. Bekkerus scripsit δύο δὲ ἦσαν ὁ μὲν — — διοικήσεως. λογισταὶ καὶ τούτους κτλ. Sed restat, ut Schoemannus (de reddendis magistratum gestorum rationibus p. 8 = opusc. acad. I, 298) vidit, altera difficultas, quod logistarum mentio ab hoc loco aliena videtur. Quare coniecit δύο δ' ἦσαν ὁ μὲν τῆς βουλῆς, ὁ δὲ τῆς διοικήσεως λογιστής, novam quandam v. λογιστής notionem statuens, ut λογιστής omnino is esset, qui administrationem pecuniariam magistratum examinaret. Hanc coniecturam iure refutavit von Stojentin (l. s. s. p. 21 s.), quamquam idem verba καὶ τούτους ἢ βουλή κληροὶ κατ' ἀρχὴν ad logistas, qui volgentur, referri posse negavit. Reliqua tamen ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσιν, etsi admodum mire dicta essent, ad logistas rettulit. Oblocutus est Rud. Schoell. (diurn. litt. Ienens. a. 1876 p. 599), qui ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσιν non posse non ἀντιγραφέα τῆς διοικήσεως respicere monuit⁵⁾. Quare λογισταὶ in §. 100 οἱ δὲ εὖθυνοι ὡσπερ οἱ [λογισταὶ καὶ] πάρεδροι reposuit, pro τούτους autem scripsit τοῦτον: καὶ τοῦτον (sc. τὸν ἀντιγραφέα τῆς διοικήσεως) ἢ βουλή κληροὶ κατ' ἀρχὴν ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσιν. Huic mutationi aperte repugnat testimonium Aeschini, qui ἀντιγραφέα τῆς διοικήσεως χειροτονητὸν fuisse dicit. Quare aliam corruptelam in tradita

5) Minus accurate G. Hermannus (Ueber H. Prof. Boeckh's Behandl. der gr. Inschr. L. 1826 p. 232) haec verba καὶ τούτους — τοῖς διοικοῦσιν ad utrumque contrascriptorem rettulit.

scriptura latere statuendum est (velut excidisse nomen magistratus, ad quod καὶ τούτους referendum sit), illud tamen certum videtur, Pollucem de alio contrascriptore verba facere atque quem Harpocratio respicit, utrumque autem grammaticum duorum contrascriptorum eorumque diversorum vestigia retinuisse, quamquam vel temporum invidia vel ipsorum imprudentia plus minusve obscurata et confusa.

Praeter titulos quos initio posui ὁ ἀντιγραφεὺς τῆς βουλῆς in inscriptionibus non invenitur, sed eundem Riedenauer (act. p. 89) intellegendum esse dixit CIA II, 114 fragm. B et C, quae in honorem eius facta essent. Ibi legitur fr. B v. 10 ss.: ἐπειδὴ Εὐδοξὸς Θεαγγέλιον Συναλήτιος καλῶς καὶ δικαίως ἐπεμελήθη τῆς διοικήσεως ἐπὶ τῆς βουλῆς ἐφ' ἣν εἰρέθη καὶ τῆς ἄλλης ἐκκοσμίας μετὰ τῶν πρυτάνεων τῶν αἰὲ πρυτανεόντων, ἐπαινεῖσαι κτλ. et fr. C v. 9 ss.: ἐπειδὴ Εὐδοξὸς καλῶς καὶ δικαίως ἐπεμελήθη ὅν ἀπὸ ἡ βουλῆ προσέταξεν τῆς τε διοικήσεως τῆ βουλῆ καὶ τῆς ἐκκοσμίας μετὰ τῶν πρυτάνεων τῶν αἰὲ πρυτανεόντων καὶ διετέλεσεν τὰ βέλτιστα συμβουλεύων, δεδόχθαι κτλ. Quae coniectura satis apta mihi videtur esse nec habeo quod opponam.

Iam de creandi ratione deque provincia contrascriptoris senatus pauca monenda sunt. Et Boeckhius quidem (oec. civ. I² p. 262) eum magna cum probabilitate ex senatorum numero creari solitum coniecit, quamquam non a populo⁶⁾, ut Schoemannus (de comit. p. 321) opinabatur, sed ab ipsis senatoribus, id quod titulo illo, de quo modo vidimus, docemur (ἐπὶ τῆς βουλῆς ἐφ' ἣν εἰρέθη, Poll. αἰρετός). Tum quod in catalogis magistratuum inter aisitos refertur, inde eum annum fuisse veri simile est (cf. μετὰ τῶν πρυτάνεων τῶν αἰὲ πρυτανεόντων). De munere eius quod Pollux habet πάντα ἀντεγράφετο παρακαθήμενος τῆ βουλῆ, id Boeckhius interpretatur: er hat die Controle aller Verhandlungen geführt. Equidem illud addiderim, eum senatus quaestori eodem modo adpositum

6) ὁ ἀντιγραφεὺς τῆς διοικήσεως sine dubio a populo creabatur (Boeckh. et Schoemann. II. s. ss.), id quod etiam in v. χειροτονητός inesse videtur.

fuisse, ut τὸν ἀντιγραφέα τῆς διοικήσεως τοῦ ἐπιμελητοῦ τῆς διοικήσεως custodem fuisse supra vidimus. Id mihi respicere videtur ἢ διοίκησις καὶ ἢ ἄλλη εὐκοσμία, propter quam ὁ ἀντιγραφεὺς in titulo quem commemoravimus laudatur, quia nimirum eius cura factum est, ut omnia, quae usui essent, pro dignitate senatus (εὐκόσμως) compararentur. Nam quod Riedenauer l. s. s. de morum quadam censura cogitat parum veri simile est.

Denique duo veterum testimonia numquid gravius nobis obstent videamus. Bekk. anecd. p. 185, 15: ὁ δὲ καταγραφόμενος τὰ ἐν τῇ βουλῇ γενόμενα ἀντιγραφεὺς ἐλέγετο. Ibi aut καταγραφόμενος in ἀντιγραφόμενος mutandum est, aut, id quod ego probo, grammaticus iste quisquis fuit ἀντιγραφέα et ἵπογραμματέα inter se confudisse putandus est. Quod eo facilius fieri poterat, quod etiam in titulis ἀντι et ἵπο commutari solent, ut Neubauer monuit commentt. epigr. p. 49: pro ἵπογραμματέας, inquit, alibi scribitur ἀντιγραμματέας pariter ac pro ἵποκοσμητῆς occurrit ἀντικοσμητῆς utrumque plane eodem sensu ⁷⁾. Eadem fortasse ratione scholion ad Aristoph. equit. 1256 (ἵπογραφεὺς δικῶν) explicandum est: ἐπεὶ δήμου δὲ ἵπογραφεὺς ἐλέγετο, ὁ δὲ τοῦ βουλευτηρίου ἀντιγραφεὺς. δημοσίου δὲ γενομένου ἔγραφον ἀμφότεροι τὰ λεγόμενα. Quamquam hic aliud praeterea mendum latere videtur. De Kuehni invento δημοσίου [παρα]γενομένου ἔγραφον ἀμφότεροι τὰ λεγόμενα, quod interpretatur: praesente scriba publico (in senatu) scribebant ambo (δημόσιος et ἀντιγραφεὺς) ea quae dicebantur, verba facere opus non est.

§. 12.

Restat ut de γραμματεῖ τῶν βουλευτῶν dicamus. Et Boeckhius quidem cum hos βουλευτὰς pro ipso senatu positos esse censeret, τὸν γραμματέα τῶν βουλευτῶν eundem esse statuit atque ἕτερον illum χειροτονούμενον ἐπὶ τῆς βουλῆς (Poll.). Postquam autem in decreto quodam Rang. 2293 =

⁷⁾ In epheborum catalogo CIA III, 1121 ἀντιγραμματέας adpellatur qui alias (e. c. 1128. 1132) ἵπογραμματέας est.

CIA II, 567 invenit οἱ βουλευταὶ τῆς Αἰγείδος φυλῆς, sententiam suam ita mutavit (stud. p. 40), ut eum scribam prythanum unius tribus esse diceret¹⁾. Quod verum esse eo probatur, quod iste scriba nunquam²⁾ inter aisitos refertur, sed ipsis prythanibus adnumeratur (CIA III, 10. 1029—1032. 1035. 1036. 1040. 1043. 1044. 1046. 1054. 1057. 1063), ipse autem hos suos *συνάρχοντας* vocat (CIA III, 1031. 1065).

Hic prythanum scriba idem est, qui in decretis in honorem prythanum eorumque magistratuum provincia bene administrata factis³⁾ iuxta *ταμίαν* (intellege *ταμίαν τῶν βουλευτῶν*) simpliciter nominatur *γραμματεῖς* (CIA II, 329 ubi eiusdem nomen in prythanum numero repetitur, 431. 454. 456), nimirum quoniam alio de scriba nisi ipsorum prythanum cogitari non poterat. Item in prythanum catalogo CIA III, 1062 simplex *γραμματεὺς* legitur.

De tribu huius scribae miro quodam modo dubitatio fuit. Nam cum quaestor prythanum disertis verbis dicatur ex prythanum numero esse (*ὄν εἶλοντο ἐξ ἑαπτῶν* CIA II, 431. 454), de scriba Boeckhius (ad CIG 81) idem conclusit, praesertim cum in catalogis prythanibus accensitus esset, idque exemplis omnibus quae ei innotuerunt probari visum est. Contra eum Rangabis duo exempla attulit (Rang. 467 cum 468 compositum et 469), quibus contrarium evincere videbatur. Quo cum effecisset, ut ipse Boeckhius (stud. p. 41) dubius fieret, nuper huius sententiam Koehlerus Herm. V p. 334 s. veram esse probavit, cum demonstraret eorum exemplorum quae Rangabis attulisset prius inde natum, quod iniuria ista fragmenta sae-

1) Idem docemur titulo CIG 192, cui praescriptus est ὁ γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς Φιλούμενος Ἐρωτος Κεφαλῆθεν. Hoc olim Boeckhius CIG vol. I p. 323 b artificiosius ita interpretabatur ὁ γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν ὅς ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς γραμματεὺς βουλευτῶν i. e. scriba senatorum in tribus Acamantidis prytania.

2) Nam quod CIA III, 1042 [*γραμματεὺς*] βουλευτῶ[ν] inter aisitos legitur simili errore lapicidae factum est quo III, 1051 *ἐπιστάτης πρυτάνων* in aisitis est.

3) Quo de decretorum genere Koehlerus nuper disseruit Herm. V p. 331 ss.

culo dimidio inter se distantia CIA II, 390 fragm. b et 454 composuisset, in altero autem titulo scriptura expedita *Κήτιος* quod Boeckhii coniecerat pro *Σφήτιος* clare apparuisse (CIA II, 431).

Animum advertendum videtur non nulla huic prythanum scribae cum scriba secundum prythaniam ut olim fuit communia esse. Primum ad idem unius prythaniae tempus instituuntur, quamquam hic eiusdem quae praesidet tribus esse, ille non esse debet. Accedit modus creandi. Boeckhii sane (ad CIG 81) suo iure hunc prythanum scribam *χειροτονία* creari dixit. Ego autem etiam hunc sorte creatum esse mihi persuasi maxime ob eam rem, quod quaestori, ut supra significavimus, additur eum electum esse, scribae huic nihil eiusmodi additur. Quare, nisi me coniectura fallit, eo facile progredior, ut prythanum scribam eo tempore primum institutum esse dicam, quo scriba prythaniae annuus factus sit (inter ol. 103, 1 et 104, 2). Nam etsi, ut nunc res se habet, prythanum scriba primum usu venit CIA II, 329 circa ol. 126, tamen dubitari non potest, quin iam multo ante institutus sit. Idem Boeckhii CIG vol. I p. 327 b sensit, cum hos scribas, qui in prythanum catalogis commemorantur, ex vetere re publica retentos esse dixit. Forsitan quispiam meam ad sententiam confirmandam titulos tres illos CIA II, 39. 146. 296 attulerit, quorum in fine *ὁ γραμματεὺς* nude positus decretum inscribere iubetur, ut hic sit *ὁ γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν*. Non credo: mihi enim illic negligentius pro *γραμματεὶ τῆς βουλῆς* sive *κατὰ πρυτανείαν γραμματεὺς* videtur exaratum esse.

Pensum absolvimus. Relicum est ut quae per varias disputandi opportunitates repperimus, ea iam uno conspectu proponamus.

Senatus scribae tres sunt. Horum princeps est *ὁ κατὰ πρυτανείαν* sive, ut imperatorum temporibus non nunquam fertur, *ὁ περὶ τὸ βῆμα*. Ex senatorum numero sorte creatus senatus ipsius quasi personam gerens (ipse senatus cuiusque anni eius nomine designatur) decreta nomine supra scripto

testatur, tabulario publico praeest: ipse decreta inscribenda curat ab ol. 109, 4 usque ad Augusti tempora. Primo per singulas prytanias mutatur, inter ol. 103, 1 et 104, 2 annuus factus ideoque aisitus est. Usque ad id tempus semper alia ex tribu est atque quae praesidet.

Secundus simpliciter ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς dictus inde ab antiquissimis temporibus usque ad ol. 114, 3, quem post annum non reperitur, decreta senatus et populi inscribenda curat. Senator esse et annuus videtur. Electione creatur. Eodem fere tempore, quo scriba senatus usu venire desinit, collegium nomothetarum legibus recensendis fuit, cuius ἀναγραφῆι provincia decretorum inscribendorum delata est ol. 114, 4. Iam ὁ ἀναγραφεὺς annuus factus ea fungitur, donec scriba populi (ὁ γραμματεὺς τοῦ δήμου) eam administrare coepit circa ol. 118, 2.

Tertius scriba est ὁ γραμματεὺς τῆς πόλεως a populo ex senatorum numero, ut videtur, electus, cuius est litteras publice missas cetera id genus in contione et in senatu legere. Primum commemoratur ol. 91, 3. Et huius scribae munus et scribae senatus, quo interim ἀναγραφέα functum esse vidimus, circa ol. 118, 2 suscipit ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου sive ὁ γραμματεὺς τοῦ δήμου. Senator est, annuus, aisitus.

Praeter hos scribas extat ὁ ἐπογραμματεὺς (τῆς βουλῆς) et ipse fortasse senator, certe civis, annuus, aisitus.

Ὁ ἀντιγραφεὺς τῆς βουλῆς, qui seiungendus est ab ἀντιγραφῆι τῆς διοικήσεως, ex senatorum numero primum electione sorte creatus, aisitus et annuus est, πάντα ἀντιγράφεται.

Ὁ ἀντιγραφεὺς τῆς διοικήσεως a populo creatur cui reddituum rationes quaque prytania proponit. Huius provincia theorici quaestoribus tradita postea non restituta esse videtur.

Ὁ γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν est scriba prytanum unius tribus, ipse prytanis: per singulas prytanias mutatur. Sorte creatur. Eodem fortasse tempore primum institutus, quo ὁ γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν annuus factus est. Parasitus prytanum est.

INDEX
 scribarum secundum prytaniam.

ol.	ἦρχε	εἰρημαῖοι	ἐπρυτάνει	CIA
82,3—83,2		Δι — [Ἀριστοκ]ράτης [Εὐκ]λῆς	Ἀεωντίς	I 16 21 IV fasc. 1, 22 a 22 b
ante ol. 84		Δι[.....]	Ἀιαντίς v. Ἀε- [ωντίς]	22 c 22 g
inter ol. 81 et 83		— κλῆς — οκλῆς Φι —		
84,1—85,3		.. ονι . ος Ἀλωπεκῆθεν	I. prytania	I 299
86, 1 a. 2				
85, 4	Εὐθύμενης	— δη[s]	I.	314
86, 2	Ἀντιοχίδης	Μνησίθεος	Κεκροπίς	32
circa id. temp.		Τιμόθ[εος — — —]ος	I.	309
86, 3	Κράτης	Μεταγένης	I.	301 315
86, 4	Ἀφειδης	Κριτιάδης Φαίνου Τειθράσιος	I.	IV fasc. 1, 33 33 a I 179
	—	Χαρίας	Ἀκαμαντίς	IV fasc. 1, 33 33 a 179 a
87, 1	Πυθόδωρος	Διότιμος Ἐγγ — —	I.	I, 195
87, 4	Ἐπαμεινών	Κ[α]λλίστρατο[s]	I.	40
88, 1	Διότιμος	Σκόπας	Ἐρεχθίδης	40 176 273
88, 3	Εὐθύνο	Μεγακλειδης Λευκονοιεύς	Ἴπποθωντίς I.	40
	—ης	Κεκροπίς II.	37 273
88, 4	Στρατοκλῆς	Πλειστιάς	I.	37
	—	— — ων	Ἀιγιής	273
89, 1	Ἰσαρχος	... ι . χος	I.	40 Thuc.
	—	Φαίνιππος Φρονίχου	Ἀκαμαντίς	IV 118.
2	Ἀμυνίας	Δημήτριος Κολλυτεύς	I.	273
4	Ἀριστίων	Προκλέης Ἀτάρβου Εὐωνυμεύς	Ἴπποθωντίς	45 46 47
non post ol. 90		Φαντοκλῆς		
91, 2	Χαβρίας	— ἰδης	I.	183
92, 2	Θεόπομπο	Δημόνιος Ἀλωπεκῆθεν ¹⁾	Ἀντιοχίς	vit. Ant. p. 233, 76 Westerm.
92, 3	Γλαΐκιππος	Κλειγένης Ἀλαιεύς	Ἀιαντίς I.	188 An- doc. I 96

1) Vide pag. 211 ss.

ol.	ἤρξε	ἐγραμμάτευε	ἐπρωτάνευε	CIA
92, 3	Γλαύκιππος —	[Φ]ίλιππος . . . εοδ — — Οί ²) — — — Σιβυρτιάδης	Οἰνηίς III. Λεωντίς VI.	I 58 188 188 IV fasc. 1, 51
	—	Λύβων ἐκ Κτηδῶν ... θ . ων	Ἴπποθωντίς VIII Ἐρεχθίς IX.	I 59 188 II 128 I 188
4	Διοκλῆς	Νικοφάνης Μαραθῶνιος Διόγγητος Φρεαῤρῖος	Κεκροπίς I. Ἀκαμαντίς	322 61
93, 2	Ἀντιγένης	Ἀσικλῆς Νε - ? = Νεοκλείδης IV fasc. 1, 71 — — ὕλκος Ἀισχύλος — — — s	Αἰγίς	63 65 67 69
94, 2	Εὐκλείδης	Φι — — Ἀγύρριος Κολλυτεύς	Πανδιονίς	IV fasc. 1, 76 b I 84 II 1 b Demosth. XXIV 134
	—	Κηφισοφῶν Παιανιεῖς Δεξιθεός	Ἐρεχθίς Οἰνηίς	1 b 3 5
96, 3	Εὐβουλίδης	Ἀριστοκράτης	Αἰγίς II.	25 compos. cum Using inser. 1, cf. Foucart rev. archéol. 1878 I p. 118 ss.
96,3—98,2	—	Πλάτων Νικοχάρους Φλυεῖς Ὀνάσιππος	Πανδιονίς VI. Ἀκαμαντίς	8 11
98, 2	Θεόδοτος	Παράμυθος Φιλάγρον Ἐρχιεῖς	Κεκροπίς	14 b
100, 3	Νανσίνοκος	Καλλίβιος Κηφισοφῶντος Παιανιεῖς Ἀριστοτέλης Εὐφιλήτων Ἀχαρνεῖς	Ἴπποθωντίς VII. Λεωντίς (post VII.)	17 17 b
4	Καλλίας	Ἀισχύλος [Σ]ωτίων Ἐ[λευσί]νιος Εὐδράμων Ἀχερδονσίος	Ἴπποθωντίς Πανδιονίς	21 22 23
	—	[Τ]πέρβ]ολος Ἀμφικράτης Ἀμεινίας Σφήττιος	Αἰαντίς	24 26
ante ol. 101	—	Πιστόξενος — s Δημοφίλου Φ[η]γούσιος?	Ἐρεχθίς	27 28 29 30
101, 2	Ἴππόδαμος	Φιλοκλῆς Ω — — — [Φύ]λακος Οἰναῖος	II. Ἀντιοχίς II.	49 3) Ἀθῆν. VI p. 269
102, 4	Ἀσίστρατος	Ἐ[ξ]η[κ] . . . παμ[. . . ω] Ἀζηνιεῖς	X.	51
103, 1	Νανσιγένης	Μησιβουλίος Μόσχος Θεστίου Κυδαθηναεῖς	Κεκροπίς I. Αἰαντίς X.	52 b 50 52 c

2) Vide pag. 212 adn.

3) Vide pag. 210.

ol.	ἔρχε	ἐγραμμάτα	ἐπρυτάνευς	CIA
103, 3	Κηφισόδωρος	— Δημαινέτου	— ντίς V.	II 53
104, 2	Χαρικλείδης	Νικόστρατος Φ..... Παλ- [ληνείς]	Ἀκαμαντίς II. Οἰνής VI. Αἰαντίς	54 55 Ἀθήν. V p. 516 56 57 57 b Ἀθήν. V p. 424
3	Μόλων	Ἀγάθαρχος Ἀγαθάρχου Ὀθήθεν	Ἐρεχθίς Οἰνής	60
4	Νικόφημος	Χαιρίων Χαρινάουτου Φαληρεύς	Αἰαντίς	61
105, 1 a. 2		Φανοκλῆς		62
105, 4	Ἀγαθοκλῆς	Διδότος Λιοκλείους Ἀγγεληθεν	VI. Αἰγίης IX.	63 62
106, 1	Ἐλπίτιος	Λυσίας Α[ν]σ — — — εἰς	Ἰπποθωντίς I. Ἀντιοχίς IX.	66 b 66
2	Καλλίστρατος	Πάνδιος Σωκλείους ἐξ Οἴου	Πανδιονίς V. VI. Ἰπποθωντίς VII. Ἀκαμαντίς IX.	70 67 68 69
3	Διότιμος	— ων Ἀχαρνέυς	Ἀντιοχίς	71
4	Θουδήμος	— ἡδης Δωροθέου Παλληνέυς 19 sp. tum εἰς Οἰνείας ... δωρος Ἀθηγοφάνους Φρύωνων Λευκονοιέυς — φώντος — — ε[τε] — — — — ισίου — — Γλανκίππου Ἀττηνέυς	Ἐρεχθίς Λεωντίς VIII. Ἀκαμαντίς Πανδιονίς	72 73 73 75 76 78 79 80 81 82
107, 2	Θέελλος	Νικόξενος Νικοκλείους Χολλήδης Καλλιμάδης Εὐω[ν]μεύς?) [πτερεύς]		82 b 105 105 b
4	Καλλίμυχος	— ε [Α]ν[τιό]χου? Φλυεύς	Πανδιονίς	107 108
108, 2	Θεμιστοκλῆς	Λυσίμαχος Σωσιδίμου Ἀχαρνέυς	Αἰγίης VIII.	109 Ἀθήν. VI p. 152
4	Εὐβουλος	Χορέμης Φ..... δης	— — ντίς Λεωντίς	110 111
109, 2	Πυθόδοτος	Κλεόστρατος Τιμοσθένους Αἰγι- Ὀνήσιππος Ἀραφῆμιος [λιεύς ⁴]	Πανδιονίς VII.	114
4	Νικόμαχος	Φίλιππος Ἀντιφ.....	Πανδιονίς X.	116
110, 3	Χαιριώνδας	Χαιρέστρατος Ἀμεινίου Ἀχαρνέυς	Πανδιονίς VI.	121 122
4	Φρύνηχος	—	Πανδιονίς X.	123 124 125 126 127
111, 4	Νικοκράτης	Εἰ]τεαῖος ι. ίου Π..... ε	Πανδιονίς II.	130 130 169

4) Vide quae de familia huius scribae quem sine causa primae prytaniae tribuit (nimirum annuus fuit) coniecit Riedenauer act. p. 86.

ol.	ἔργα	ἐγραμμάτευε	ἐπυρτάνευε	CIA
non ante ol. 111		Μνησίγυλος Μνήσωνος		II 230
112, 1	Νικήτας	Ἀριστόνους Ἀριστόνου Ἀναγυρά- [σιος]	— ντίς II. Ἀντιοχίς VIII.	193 173 174 Ἀθήν. VI p. 131
112, 2?		— — εἰς		175
112, 3	Ἀριστοφῶν	Ἀντίδωρος Ἀντίου Παιανιεύς	Ἀλωντίς IX.	176 177
112, 4	Κίρμισοφῶν φάντου Εὐπυρίδης	Ἀιγής IV.	178
113, 4	Ἀντικλείδης	Ἄντιφ — Κοροίβου Ἐλευσίνιος	Ἀκαμαντίς X.	179
non post ol. 113		spatia 19	Ἀκαμαντίς	180
114, 2	Κηφισόδωρος	Πυθοδώρου Ἀλωπεκῆθεν	Ἴπποθωντίς I. III. V.	191 182 183
114, 3	Φιλοκλῆς	Εὐθυγένης Ἰφαιστοδήμου Κηφι- [σιεύς]	VII. Οἰνητίς IX.	185 186
115, 1	Νέαιχος	θηραμέντης Κηφισιεύς	Ἐρεχθίς X. Ἐρεχθίς II.	189 Ἀθήν. VI p. 158
		Νικόδημος Ἀναφλύστιος	Ἀντιοχίς V.	191
post 115, 1		— — Λαμπριεύς		222
115, 3	Ἀρχιππος	— ωνος Ἐλευσίνιος		231
non post ol. 115		Φαίδρος	Ἀκαμαντίς	221 5)
116, 1 s.		— — νείς		230
2 s. 117, 3		— [ιδης Ν[α... ο]ς . ε[—		231
116, 4	Θείφραστος	— ου Ἄγρονύσιος	Ἀκαμαντίς VI.	236
118, 2	Ἀναξικράτης	— α]σανοπον[πο]υ Παιανιεύς	V. IX.	238 241 239 b
non post 118, 2		ο]ς Ραμνούσιος		244
118, 3	Κόροιβος	ο]νς Θεοραϊεύς		245
		Πάμφιλος Θεογειτόνος Ῥαμνούσιος	Δημητριάς VII.	246 247 248
118, 4	Εὐξένιππος	— ος Ἀίκου Ἀλωπεκῆθεν	Οἰνητίς X. Δημητριάς	249 b 252 b
			Ἐρεχθίς II.	Ἀθήν. VI p. 386
119, 1	Φερεκλῆς	Ἐπιχαρίνος Δημοχάρους Γαργή- [σιος]	Ἀιγής IV. — ντίς VI.	255 256
			Οἰνητίς VII.	256 b
			— τίς XI.	257
2	Λεώστρατος	Διόφαντος Λιονυσόδωρου Φηγού- [σιος]	VIII. X. XII.	259 260 261 262—264

5) Cf. Koehler ad hunc titulum.

ol.	ἔργα	ἔγραμμάτους	ἐκρινάτους	CIA	
119, 3	Νικοκλῆς	Νίκων Θεοδώρου Πλωθείς	VIII. XII.	II 269 270	
saec. IV	Εὐκτήμων Νικίας ὕστερον Ὀλυμπιόδωρος Ἀντίμαχος	Ἴγης — — — σοδώρου I	Κεκροπίς	278 280	
120, 2		Θεόφιλος Ξενοφώντος Κεφαλήθεν	II.	297	
121, 1?		Ἀντικράτης Κρατίνου εὐς	IV.	299	
121, 3 s. 4		Ὀλυμπιόδωρος	— φῶρον Μελιτεύς		302
121, 4 s.		Ἀντίμαχος	Χαιριγένης Χαιριγένου Μυρρινούσιος	III. IV.	303 304
122, 2 s. 3			Πυθόδηλος Πυθοδήλου [Αἰθαλίδης]	Ἀντιοχίς VIII.	Ἀθήν. VI p. 135
122, 2	Γλαύκιππος	Εἰθάνο[ς κ]ρίτου Μυρρινούσιος		305	
4	Καλλιμήδης	Καλλίας Καλλιάδου Πλωθείς	IX. X. s. XI.	307 306	
123, 1	Θεοσίλοχος	Διόδωτος Διογνήτου Φρεάρριος	II. IX.	308 307	
2	Διοκλῆς	— ου Ἀλαιεύς	Ἴπποθωντίς I.	Ἀθήν. VI p. 271	
3	Διώτιμος	Ἀνίστρατος Ἀριστομάχου Παιανιεύς	VII. XII.	311 312	
124, 1	Εὐθίας	Ναυσιμένης Ναυσικίδου Χολαργεύς	III.	314	
2	Μενεκλῆς	Θεόδωρος Ἀνσιθέου Τρικορῆσιος	VIII.	315	
3	Νικίας	Ἰσοκράτης Ἰσοκράτου Ἀλωπεκῆθεν	III. VI.	316 317	
125, 2	Ἀναξικράτης	Ἀνσίας [Π]οθ[ε]ίνου Διομεεὺς		320 b	
4	Πολύυκτος	Χαιρεφῶν Ἀρχεστράτου Κεφαλήθεν	IV. IX.	322 323	
post ol. 124	Διομίδωνος Δημητρίου Ἴπποτομάδης	III.	330	
circa a. 300 a. Chr.	Κλεόμυχος	Φορυσκίδης Ἀριστομένου Α —	X.	334	
		Ἀφθόνιος Ἀρχίνου Κήτιος	Ἀντιοχίς XI.	336	
		— Βου]λαγόρ[ου —	Ἀντιοχίς	342	
		— νο[ς] Ἰπ[πο]κ[ρί]του —	X.	344	
		— Ἀρισ]τ[ο] .]η[. ο]ν	IV.	345	
		— ἴππου Διομ[ε]εύς		345 b	
		Θεόδωτος Θεοφίλου Κειριάδης	Δημητριάς XII.	352 b	
		Σώστρατος Ἀ[ρι]στ —		371	
		Ποτάμων Δόν[α]κος?		372	
		Προκλῆς Ἀπ —		373	
saec. III in.	Διογείτων	Ἀριστομάχος Ἀριστο —	Ἐρεχθίς X.	373 b	
260—230 a. Chr.	Θυμοχάρης	Θεοδόσιος Ξενοφάν —	XII.	377	
	Ἄγνιος	Ζώϊλος Διφίλου Ἀλωπεκῆθεν	Ἴπποθωντίς VII.	381	
saec. III	Θεόφρημος	Χαρίας Καλλίου Ἀθρονεύς	Πανδιονίς VIII.	Ἀθήν. VI p. 271	
	Ἀνασιάνης — ος	— ε Μενεστράτου Λαμπτρέύς	Ἴπποθωντίς VII.	385	
saec. III ex.	Ἐργοχάρης	— — ἐκ Κ[η]θῶν	Ἴπποθωντίς VII.	390	
	Ἡλιόδωρος	Εὐβουλος Εὐβουλίδου	II.	391	
		Προκλῆς Περι —	XII.	392	
		Ἀριστοφάν — — του Παιανιεύς		399 Πανδιονίς VI. 403	

ol.	ἔργα	ἔγραμμάτευσ	ἐπρυτάνευσ	CIA
circa a. 205	Καλλίστρατος	Ἀγνωνίδης Ἀπατον[ρίο]ν Κέφαλος Κεφάλου [- η]ς	Κεκροπίς VIII. 407	II 406 407
	Μητροφάνης	Ἐπιγένης Μοσχίανος Λαμπτρέυς	Ἀκαμαντίς X. 408	408
	Σύμμαχος	Αρ...ης Θεοδώρου Θορίκιος	VI? X. 417	417 416
	Διονύσιος ὁ με- τά — — — ην	Θεόλυτος — — — θεν		418
saec. II in.	Ζώπυρος	Μεγάριστος Πύρρου Αἰζωνεῖς Βουτάδης	Πτολεμαῖς X. Ἴπποθωντίς	420 421
		— ω]ν Ἀγνοθέου	Οἰνηίς	430
	Ἀρχέλαος	Μόσχος Μοσχ — Κυδαθηναίης	III. IV.	431
	Τιμησιάνναξ	— Ἀριστομάχου Προβαλίσιος		432
	Ἀχαιῶς	Ἡρακλέων Ναν —		433
saec. II med.	Σώνικος?	Πανσανίας Βιοτίλων? Περιδοίδης	Λεωντίς	435
	Τύχανδρος	Σωσιγένης Μενεκράτου Μαρ[αθώ- Φιλ] — Παι[ν]ειῖς [νιος	Ἀκαμαντίς	436
	Εὐπόλεμος	Στρατόνικος Στρατονίκου Ἀμα- Ἐρμειος [ξαντεύς	Πτολεμαῖς Πανδιονίς VI.	437 439 440 454
a. 136 - 133 a. 127	Ἀγνόθεος	Μενεκράτης Χαριξένου Θορίκιος	Ἀτταλίς V.	458
	Ἐπικλῆς	Γοργίλος Γοργίλου		459
	Ἰάσων	— Αναξικράτου Ἐλευσίνιος	Ἀντιοχίς	460
saec. II ex.	Ἰάσων ὁ μετὰ Πολύκλειτον	Ἐπιφάνης Ἐπιφάνου Λαμπτρέυς	IV.	461
		— δό]του Διομεεῖς		462
saec. I in.	Σαραπίων	Σοφοκλῆς Δημητρίου Ἰφιστιάδης	Ἀτταλίς V.	465
	Μηδεῖος	Φιλίων Φιλίωνος Ἐλευσίνιος	Λεωντίς III.	467
	Ἀθηναῖος	Ἰσιδώρος Ἀπολλωνίου Σκαμβω- νίδης	II. IX.	469
	Ἀγαθοκλῆς	Εὐκλῆς Ξενάνδρου Αἰθαλιίδης	III.	470
saec. I med.	Ἀρίσταρχος	Τελέστης Μηδεῖον Παιανιεῖς	VII. XI.	470
	Νικόδημος	Ἐπιγένης Ἐπιγένου Οἰναῖος	III.	471 472
		—	IV.	471
	Διονύσιος ὁ με- τὰ Παράμμονον	Αἰμῖος Τιμοῦχου Ῥαμνοῖσιος	Αἰαντίς VII.	475
saec. I ex.	— ης	— θένης Κλεινίου Κοθωκίδης		477
	Ἀν —	Ἄν —		479
	Ἀνσάνδρος	Γίνιος Γαῖον Ἀλαιεῖς		489 b
		— τιος		490
saec. IV ex. saec. IV v. III saec. III 90—100 p. Chr. Hadriani temp.		— τ]ς Χα —		492
		— — Διομεεῖς		493
		— ω]ν Ἀγνοθέου	Οἰνηίς	495
	Φιλόπαππος	[Β]οῦλων Μοιραγένου Φυλίσιος	Ἐρεχθίς	III 1020
	Τύτος Κωπώ- νιος Μάξιμος	Νεικίας Λωρίωνος Φλευεῖς	Ἀντιοχίς III.	2
	Ἀγνούσιος			
138 9 s. 139 40	Πραξαγόρας	Χρυσόγονος Φλευεῖς	Αἰγίης VI.	1023
	Τειμοθέον Θορίκιος			

ol.	ἄρχη	ἐγραμμάτευε	ἐπρυτάνευε	CIA
165 6— 167 8	<i>Μ. Βαλέριος Μαμρετίνος Μαραθώνιος</i>	<i>Φ . . . ος Ποσιδωνίου</i>	<i>Πανδιονίς</i>	III 1029
166 7— 168 9	<i>(τοῦ μετὰ Μα- μρετῖνον ἀρ- χοντα ἐνιαυ- τοῦ)</i>	<i>Μουσαῖος Φυλίσιος</i>	<i>Ἀκαμαντίς</i>	1030
168 9— 173 4	<i>Τινῆιος Ποντι- κὸς Βησεύς</i>	<i>Σ Ταμιακός</i>	<i>Ἀκαμαντίς</i>	1031
169 70— 174 5	<i>(ἐπὶ τοῦ μετὰ Τινῆιον Πον- τικὸν ἀρχοντα ἐνιαυτοῦ)</i>	<i>Κορνήλιος Μενεσθεύς</i>	<i>Πανδιονίς</i>	1032
—	—	—	<i>Ἀντιοχίς</i>	1034
circa a. 175	—	<i>Εὐκαρπος Θεο</i>	—	1038
circa a. 180	<i>Ἀθηνόδωρος ὁ καὶ Ἀγρίππας Ἀσμένον</i>	<i>. . . . ν νισίου</i>	<i>Ἀτταλίς</i>	1040
circa id. temp.	—	<i>Ἵνῆσιμος Εὐτυχίδου</i>	<i>Ἀδριανίς</i>	1041
—	—	<i>Κλώδιος [Ἀντ]ίλοχος Λαμπτρῆς</i>	<i>Ὀίνηίς</i>	1042
—	—	<i>Ἰσθλῆιος Πιθόδωρος</i>	<i>Ἴπποθωντίς?</i>	1048
190—200	—	<i>Ἐπι</i>	<i>Αἰαντίς</i>	1051
—	—	<i>Ὀἴλιπος? Παράμονος Ἐπεικίδης</i>	<i>Ἀντιοχίς?</i>	1073
209 10	<i>Φλ. Διογένους Μαραθώνιος</i>	<i>Ρόδων Καλλίστου Μαραθώνιος</i>	<i>Πανδιονίς</i>	10

INDEX CAPITUM.

	Praemonita	p. 205
§. 1.	De scribae secundum prytaniam nomine eiusque usu	208
§. 2.	De tempore huius magistratus	209
§. 3.	De tribu eiusdem	210
§. 4.	Num idem sit scriba secundum prytaniam ac scriba senatus	213
§. 5.	De scriba supra titulos scripto	215
§. 6.	De scribae secundum prytaniam provincia	218
§. 7.	De scriba senatus	221
§. 8.	De perscriptore	223
§. 9.	De scriba civitatis, de scriba senatus et populi	227
§. 10.	De subscriba	230
§. 11.	De contrascriptore	232
§. 12.	De scriba prytanum	236
	Conclusio	238
	Index scribarum secundum prytaniam	240

EPIMETRUM.

Hic libellus iam prelum subiturus erat, cum mihi missa est dissertatio inauguralis h. a. Gryphiswaldiensis 'de scribis senatus populique Atheniensium'. Cuius auctor Carolus Schaefer Rugianus docte et prudenter eadem tractavit quae nos comprehendimus paragraphis novem prioribus. Et quod in rebus non nullis inter nos consentiamus illum nobiscum gaudere confidimus, nec vero desunt de quibus suam sententiam veram esse nobis persuadere non potuerit. Ex quibus unam rem quae maioris momenti est quoniam in ipsa dissertatione amplius persequi necessarium non videbatur, hoc loco paucis tractabimus. Unum enim tantum modo scribam senatus quinto saeculo statuens scribam secundum prytaniam qui ex coniectura Koehlerii CIA I, 61 a. 409 (*τὸν Ἀράκοντος νόμον τὸν περὶ τοῦ γόνου ἀναγραφάντων οἱ ἀναγραφῆς τῶν νόμων παραλαβόντες παρὰ τοῦ [κατὰ πρυτανείαν γραμματεῖος τῆς βουλῆς ἐστὶ] λιδίνη καὶ καταθέντων πρόσθεν τῆς στοᾶς τῆς βασιλείας κτλ.*) legitur alia coniectura removit (p. 13 ss.). Nusquam enim dici ὁ κατὰ πρυτανείαν γραμματεῖς sed ὁ γραμματεῖς ὁ κατὰ πρυτανείαν, titulum autem CIA II, 167 qui unus praebeat ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν κατὰ πρυτανείαν γραμματέα negligenter exaratum nihil probare. Nolo equidem huius loci auctoritatem defendere neque ad alterum provocare in titulo III, 3 [*τὸ δὲ ψήφισμα γράψαι τὸν κατὰ πρυτανείαν γραμματέα ἐ]ν στήλῃ λιδίνη κτλ.*, qui sane etiam multo recentior est. Neuter enim eorum huc quadrat, quoniam nostro loco scribae nomen non in fine tituli formula illa solemnī qua scriba decretum inscribere iubeatur legitur, sed in ipso verborum contextu. Ut autem scribam senatus et populi in textu hoc pleniore nomine, in formula autem illa ἀναγράψαι κτλ. scribam populi dici vidimus, ita scribae secundum prytaniam duo nomina fuisse statuere licet. Et si quidem hoc loco pleniore nomine adpellandus erat, scire velim quo modo aliter verba collocari potuerint nisi ὁ κατὰ πρυτανείαν γραμματεῖς τῆς

βουλῆς. Quae cum ita sint Koehleri coniectura in dubitationem vocari non potest. Accedit quod Schaeferi inventum minus etiam placet. Supplet ita: *παραλαβόντες παρὰ τοῦ [βασιλέως μετὰ τοῦ γραμματέως τῆς βουλῆς*. At primum prorsus inauditum est perscriptores ad leges describendas scribae senatus auxilio usos esse: immo constat ipsos hanc ad rem nomothetis adiunctos fuisse. Scriba senatus autem nisi eis qui rogationem tulerant adesse non solebat, ut loci demonstrant quos ipse Schaeferus adfert (CIA IV fasc. 1, 61a, Aristoph. Thesmoph. 432). Huc alterum accedit quod verborum collocatio mirum quantum abhorret a veterum titulorum consuetudine. Est enim, ut quis vel mediocriter in eis versatus facile concedet, simplicitas eorum cum tanta elegantia iuncta, ut similem verborum collocationem qualis a Schaefero statuta est nullam indagare possis.

Quoniam igitur Koehlerus quin verum suppleverit dubitari posse non videtur, simul alia lis dirimitur, quae est de eo scriba qui in praescriptis titulorum tribui praesidenti additur. Qui cum saeculo quinto per prytanias mutetur, nullus profecto alius est nisi is qui disertis verbis dicitur *ὁ κατὰ πρυτανείαν*. Quod vero postea ubi annuus factus est hoc nomen retinuerit, non est quod miremur. Certissimum est *τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανείαν* sive *τὸν περὶ τὸ βῆμα* in prytanum catalogia inter aisitos referri ideoque per anni tempus provincia fungi. Idem ni fallor Schaeferus, etsi saeculis quarto a. Chr. posterioribus operam dedisse non videtur, cum intellexisset, Hadriani aetate magnam mutationem factam esse dixit p. 40. Vellem id exemplis demonstrasset vir alias doctus: nam quoad nos cognoverimus recentioribus temporibus in universum eadem instituta manserunt atque olim fuerant. Si vero certo aliquo tempore eum scribam qui dicitur secundum prytaniam annum factum esse constat, quando eum annum factum esse veri similis sit quam inter ol. 103, 1 et ol. 104, 2 non adsequor.

Schaeferus igitur saeculo quinto et quarto *τὸν γραμματέα τῆς βουλῆς*, postea *τὸν γραμματέα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου*, cum autem CIA II, 191 et *Αθήν.* VI pag. 158 (ol. 115, 1)

utroque in titulo tribui praesidenti scribam contribulem adiungi observasset (p. 32 s.), paucis annis (ol. 114, 4 — ol. 115, 2), etiam scribam secundum prytaniam in praescriptis ferri statuit (p. 39 s.). Sed in tanta horum cum ceteris praescriptorum similitudine alium in his atque in ceteris titulis scribam intellegendum esse credibile non est. Simplicius ego qui semper hos cum reliquis scribas secundum prytaniam esse duxi quid de eis iudicandum sit exposui p. 210. Quod vero uterque tribus praesidentis contribulis est, casui sine dubio debetur. In titulo autem *Αθῆν.* VI p. 269 edito, quo haec sententia non mediocriter commendatur, nunc Schaeferum (p. 39 adn. 2) eum extitisse video, quem fore tum negabam. Quo de titulo cum Cumanude ei lis gerenda est, non mecum.

Zu Plautus' Curculio.

Curc. 12 ff. lauten nach den Handschr. im Wesentlichen so:

P. Nam quo te dicam ego ire? Ph. Si tu me roges
Dicam ut scias. P. Si rogitem, quid respondeas?

Ph. Hoc Aesculapi fanumst. P. Plus iam anno scio.

Ph. Huic proximum illud ostium oclusissimum. 15

Salve! valuistin ostium oclusissimum?

In V. 16 verlangt der Sinn nicht *occlusissimum*, sondern *oculissimum*, was sich schon im Texte des Hermolaus findet. Sobald man diese Berichtigung vornimmt, wird freilich das Metrum zerstört, weshalb man nach dem Vorgange des Pylades und Muret *valuistin usque* schrieb und schliesslich die beiden letzten Worte umstellte. Billigt man aber hier *oculissimum ostium*, so wird auch im ersten Verse *ostium oclusissimum* bedenklicher als es ohnehin schon ist. Es muss auch hier *oculissimum* heissen; im Uebrigen hat das Metrum schon Pylades hergestellt durch die Schreibung *ostium est oculissimum*. Aber auch so sind noch nicht alle Bedenken beseitigt. Wenn Phädromus V. 22 sagt 'quomque illa noctu clanculum ad me exit, tacet', so könnte man zwar das *illa* mit dem betonten 'sie' wiedergeben, was ganz gut zu dem folgenden stimmte; doch gibt es auch einen andern Weg. Paulus sagt nämlich p. 179, 8 in Bezug auf unsere Stelle: *oculissimum: carissimum*. Plautus *oculissimum ostium amicae*? Dass das Citat bei Festus eben so gelautet hat, beweist der erhaltene Rest: *mum ostium amicae*. Nun ist es zwar möglich, dass Festus interpolirt ist, aber nicht wahrscheinlich, während die Handschriften des Plautus an der betreffenden Stelle auf jeden Fall corrupt sind. Könnte also nicht *oculissimum ostium* der Schluss eines Verses sein und *amicae* der Anfang eines neuen? Wer aber das als wahrscheinlich zugibt, wird sich vielleicht auch der weitem Vermuthung nicht verschliessen, dass *occlusissimum* nicht blosse Verderbniss ist, sondern der Ausgang des neuen Verses, und dass der Schreiber von *oculissimum* im vorbergehenden auf eben dieses *occlusissimum* abirrte. *Oclusissimum* passt nämlich vortrefflich im Munde des seinen Herrn verspottenden Sklaven. Man denke sich beispielsweise die ganze Stelle folgendermassen angeordnet:

Ph. Huic proximum illud est oculissimum ostium
Amicae. P. Mihi videtur oclusissimum.

Ph. Salvé! valustine usque oculissimum ostium?

Georg Goetz.

**QUAESTIONUM
DE TITULIS CYPRIIS PARTICULA**

SCRIPSIT

IOANNES VOIGT

Cum certissimam veterum linguae graecae dialectorum cognitionem e titulis capi, summo autem opere, ne grammaticorum aut lexicographorum testimoniis nimium tribuamus, cavendum esse constet, mirum non est, quod nostra dialecti Cypriae cognitio ante hos paucos annos admodum in lubrico versata est. Patebant quidem in promptuque erant iam tum tituli in Cypro insula reperti sat multi, sed fere omnes Ptolemaeis quique iis succedebant Romanis insulam imperio tenentibus incisi sermonem communem sine ullis fere genuinae dialecti vestigiis praebent.

Itaque Mauricius Schmidt in commentatione, quam scripsit de dialecto Cypria¹⁾, non nisus est nisi glossis quas Hesychius aliique tradiderunt. Uberius nuper eandem materiam tractavit Augustus Rothe dissertatione quae inscribitur: Quaestiones de Cypriorum dialecto et vetere et recentiore (Lips. 1875). Quorum quaestionum ne primum quidem caput, quo agitur de vocalibus, usque ad finem perductum esse valde dolendum est, quoniam summa ille cum cura et diligentia glossas Cyprias denuo perscrutatus res novas haud paucas protulit et glossas non nullas, quibus nomen gentis additum non est, ad dialectum Cypriam revocavit. Nihilominus restant haud paucae, de quibus etiamnunc dubitari possit: quin etiam nonnullis tantae offusae sunt tenebrae, quantae ne vix umquam dispelli possint verendum sit. Quo fit, ut de non nullis sonorum mutationibus dubitationi locus detur, utrum huic dialecto adscribamus necne.

Quamquam non plane exaruerat fons, unde certior veteris et genuinae Cypriorum dialecti cognitio hauriri posset: obrutus

1) Kuhn, Zeitschr. für vergl. Sprachf., vol. IX p. 290 sqq.

latabat. Titulos enim veteris dialecti testes manibus iam tenebant viri docti nescii quid tenerent: nam sermo vere graecus delitescerat in singulari quadam litteratura atque ab usitata alienissima. Quid, quod ipsae notae toto genere differunt a litteratura graeca similes cuneorum illorum, quibus Assyrii et Babylonii¹⁾ utebantur!

Quam ob rem noli mirari, quod aliquantum temporis praeterit, priusquam tituli illi enuclearentur. Undecimo quidem huius saeculi anno primum novae litteraturae titulum Cyprium publici iuris fecit Hammer²⁾. At per quadraginta annos nullum huius generis exemplar viris doctis patuit praeter titulum *Idalion* trium versuum, quem nemo dignum duxit, qui accuratius investigaretur: sed omnes in Hammeri sententia videntur acquiescere, qui Phoenicium eum esse arbitratus est. Atque in eundem errorem incidit is, qui iterum titulum illum in lucem edidit, *Rothe*³⁾. Paulo post prope *Ἰδάλιον* oppidum, quod est antiquum *Idalion*, tabula aenea amplissimum adhuc praestantissimumque dialecti Cypriae monumentum reperta est: quam primus exprimentam curavit de Luynes⁴⁾ una cum titulo illo Hammeri duobusque aliis brevioribus cumque sat magno nummorum Cypriorum numero. Qui tituli nummique quamquam inquirendi materiam satis amplam praebebant, quamquam vel proximis annis nova inscriptionum copia in lucem prodibat — imprimis, de ceteris ut taceam, indagandis et effodiendis inscriptionibus operam dederunt Hamilton Lang et di Cesnola — per viginti fere annos variis erroribus viri docti agitabantur; quos uberius exposuit Mauricius Schmidt in libello quo egit de tabula Idaliensi et de litteratura Cypria⁵⁾, brevi comprehendit Augustus Rothe (l. l. p. 3).

1) Hac de re proximo anno disseruit Deecke (Der Ursprung der kyprischen Sylbenschrift, Argent. 1877).

2) Topographische Ansichten, Vindob. 1811 p. 190, nr. 69.

3) In Gerhardii Diariis Archaeologiae a. 1851 nr. 28 p. 321.

4) Numismatique et Inscriptions Cypriotes, Paris. 1852.

5) Die Inschrift von Idalion und das kyprische Syllabar, Jen. 1874 p. 11 sqq.

Denique titulus bilinguis litteris Phoeniciis Cypriisque exaratus, quem Hamilton Lang Idalii repperit, lucem attulit ambiguis illis elementis ita, ut ipsius Langii¹⁾ inventis adiuti G. Smith et S. Birch²⁾ notis illis non litteras, sed syllabas exprimi sermonemque graecum subesse cognoscerent. Qui quod in significatione singulis litterarum notis attribuenda saepe numero errarunt, haud mirum, quippe qui primi in hanc rem inquisiverint. Post illos quaestionem suscepit I. Brandis³⁾ qui omnium notarum significationes persequi et investigare conatus non nullis certe recte perspectis eo usque provectus est, ut dubitari vix posset, quin tituli illi graecae dialecti cuiusdam sermonem praebent. Secuti deinde sunt Maur. Schmidt edito libello quem supra commemoravi atque Deecke et Siegismund Argenteratenses, quorum commentatio⁴⁾ fere iisdem diebus in lucem prodiit atque libellus illius. Et utriusque quidem — Schmidium dico et duumviros Argenteratenses — Brandisium multa aliis exploranda reliquisse, multa quae nullo modo probari possent proposuisse intellexerunt. Maxime autem in verborum formis quibusdam inauditis horrendisque offensi sua utriusque via ad easdem fere litterarum interpretationes pervenerunt ita, ut de plerisque notis, maxime de iis quae in tabula Idaliensi leguntur, dubitatio nulla fere relicta sit.

Nominasse satis habeo Theod. Bergkium, inventorum illorum iudicem minus aequum quam verbosum⁵⁾; nam quae ipse proposuit, argumentis demonstrare fere supersedit.

Aperta tandem notarum plerarumque significatione H. L. Ahrens⁶⁾ ad verborum potissimum formas et significationes

1) Transactions of the Society of Biblical Archaeology, vol. I (1872) p. 124 sqq.

2) Transactions vol. I p. 129 sqq. et 153 sqq.

3) Versuch zur Entzifferung der kyprischen Schrift (cf. Berl. Monatsberichte, 1873 p. 643 sqq.).

4) 'Die wichtigsten kyprischen Inschriften' in Curtii Studiorum vol. VII (1874) p. 217 sqq.

5) Jen. Literatur-Zeitung, 1875 nr. 26.

6) 'Zu den kyprischen Inschriften' in Philol. vol. 35 (1875) p. 1 sqq.

atque ad sententiam argumentaque titulorum animum advertit, cuius rei cum Schmidt tum Deecke et Siegismund initium fecerant: et ne hac quidem in quaestione acumen quo ceterarum linguae Graecae dialectorum naturam indagavit felicissimum destituit virum doctissimum, cuius postea sententias haud paucas probavit Siegismund in *Studiorum* vol. IX p. 97 sqq.

Cum inscriptiones, quas di Cesnola repperit ¹⁾, fere omnes trans Oceanum in orbem novum traductae sint, Isaac H. Hall operae pretium fecit, quod triginta septem ita edendas curavit ²⁾, ut litterarum notae quam accuratissime ad lapidum speciem exprimerentur. Quem summam diligentiam adhibuisse ex verbis ipsius apparet, ita ut iniuria Schmidt ³⁾ auctoritatem eius contempserit. Et Hall ipse nuperrime ⁴⁾ iterum lapidibus inspectis se nusquam Schmidtio assentiri posse asseverat, ubicunque ille notas aliter atque ipse reddiderit interpretatusque sit. Accedit quod titulorum quales Hall prodire iussit partem optime comprobant sex quas nos dicimus photographiae ⁵⁾. Quae autem ipse titulos interpretari conatus proposuit, ex iis vix quicquam probari potest. Sed fructum ex inscriptionibus ab illo editis percepit Ahrens, qui in *Philologi* vol. 36 (1876) p. 1 sqq. non tantum ad priorem suam commentationem non nulla addidit, verum etiam quinque titulos, cum illam conscriberet, nondum notos tractavit.

Iam restat, ut paucis verbis commentationis nuperrime

1) Cf. p. 254.

2) 'The Cypriote Inscriptions of the Di Cesnola Collection' in 'Journal of the American Oriental Society' vol. X (1875) p. 201 sqq.

3) 'Schliesslich bemerke ich noch, dass in Fällen wo Isaac Hall's Facsimile und mein nach Schröder's guten Abklatschen genommener Abriss abweichen, mein Abklatsch absolut nichts erkennen liess, was Hall's Lesung bestätigte.' (Sammlung kyprischer Inschriften, Jen. 1876. praef. pag. 2.)

4) 'On Mor. Schmidt's Collection of Cypriote Inscriptions' in 'Proceedings of the American Oriental Society' (1877) p. XXVII sqq.

5) 'Published by the Metropolitan Museum of Art (New-York).' Et has photographias et Hallii libellum una cum nonnullis ectypis chartaceis apographisque Deeckii summa benignitate inspicere mihi licuit.

editae mentionem faciam, quam composuit Ricardus Neubauer¹⁾. Quam priore quidem libelli parte instituit quaestionem, cum nihil valeat in litteraturam dialectumque Cypriam, omittendam eam potius existimo — negavit autem Golgos omnino unquam exstitisse, et potest certe ea de re dubitari —: de altera parte quid dicam, nisi nihil fere, quod ad explicandos titulos ille in medio posuerit, non videri reiiciendum esse? Neque enim multis verbis, opinor, opus est, cum plurimae eiusmodi res insint in libello illo, quales per se refellantur: quod neminem, qui inspexerit, non intellecturum esse confido.

In re perdifficili quod etiam doctissimos viros non nulla aliis explananda reliquisse moneo, non vereor profecto ne laudibus eorum obtrectare videar: cum ipsi saepius satis dubitanter sententias prompserint neque raro inter se ipsi dissentiant. Denuo in illa monumenta dialectumque Cypriam, quatenus ex iis appareat, inquisituro cum omnes tituli quam accuratissimis imaginibus expressi inspiciendi sint, non iam acquiescendum est in titulis et latinis et graecis litteris perscriptis — ita enim transcriptos Argenteratenses²⁾ cognitu dignissimos addita sane litteraturae Cypriae tabula, Ahrens³⁾ plures quidem non tamen omnes proposuerunt —, neque in iis quos Schmidt⁴⁾ propriis quidem litterarum notis, non tamen iisdem quae in ipsis lapidibus exstant expressit.

Nunc vero praesto est Mauricii Schmidtii volumen sat amplum⁵⁾, quo omnium titulorum, qui ad illud tempus innotuerant, imagines ante oculos posuit⁶⁾. Neque tamen utilitatem tantam quantam exspectaveris praebet, id quod primum Deecke

1) 'Der angebliche Aphroditetempel zu Golgoi und die daselbst gefundenen Inschriften in kyprischer Schrift' in *Commentationibus philologicis in honorem Theodori Mommseni scriptis* (Berol. 1877) p. 673 sqq.

2) *Stud.* VII p. 234 sqq.

3) *Philol.* vol. 35 p. 28 sqq. et vol. 36 p. 12 sqq.

4) *Die Inschrift von Idalion* p. 92 sqq.

5) *Sammlung kyprischer Inschriften in epichorischer Schrift*, Jen. 1876.

6) Numeros illius secuturus sum adiecto signo 'Schm.' notatos.

animadvertit¹⁾. Omitto quod nummos omnino neglexit: certe omnes in unum locum titulos colligendi consilium ideo cepit, ut singulis hinc illinc conquirendis supersederemus. Sed non omnium titulorum omni ex parte accuratae sunt imagines — imprimis notae obscuratae et mutilatae haud raro longe aliam exhibent speciem atque in libellis, e quibus a Schmidtio deprompti sunt tituli —, ac ne erroribus quidem manifestis plane carent. Veluti in tituli Schm. XVI 1 apographo *b* littera notato, quod ab Hallio mutuatum dicit Schmidt, tertio, a fine si incipis, loco *pi* nota est, apud Hallium ipsum *o* nota lineola infra addita distincta. Accedunt alia quae hoc loco enumerare longum est: suo quaeque loco afferentur. Non percipi igitur ex corpore illo inscriptionum quam voluit Schmidt utilitatem manifestum est.

Denique ante hos paucos menses di Cesnola quomodo per decem annos monumentis veteris memoriae in Cypro insula investigandis operam dederit libro satis magno²⁾ demonstravit: in quo post paginam 436 Cypriae litteraturae titulos, quos ipse effodit, octo tabulis expressos oculis subicit. Non omnes autem hic exstare, neque eos qui exstant satis accurate redditos esse inspectis cum ceterorum virorum doctorum libris tum illis quas supra commemoravi photographiis videbis. Nihilominus tabulae illae non plane sunt neglegendae, cum non nulli tituli in iis primum publici iuris sint facti. Qui tituli — sunt autem unus et viginti — accedunt ad eos qui antea iam noti fuerant octoginta octo, ita ut omnino tituli huius litteraturae Cyprii centum et novem praesto nobis sint. Nummi Cyprii, qui et ipsi haud spernendi sunt litteraturae Cypriae testes, quot adhuc innotuerint, afferre non possum, quoniam Langii libellum³⁾ nancisci nondum potui; praesto mihi fuerunt nummi ad septua-

1) Philogischer Anzeiger vol. VIII (1877) fasc. VI.

2) 'Cyprus. Its ancient cities, tombs and temples. A narrative of researches and excavations during ten years residence as american consul in that island.' Lond. 1877.

3) 'On coins discovered during recent excavations in the Island of Cyprus.' Lond. 1871.

ginta, quorum plurimos ministravit Luynesii liber ¹⁾, non nullos Brandisii libellus saepius laudatus, unum Schmidtii corpus (Tab. X 1), quem quidem ille a Langio mutuatus est.

His fere fontibus subsidiisque nisus denuo titulos nummosque Cyprios peculiari litteratura exaratos perscrutatus ea, quae viri docti nondum extricata reliquerunt, aliqua ex parte pro viribus meis exiguis explanare conabor. Ac primum quidem singulos deinceps titulos eo ordine, quo in Schmidtii corpore ²⁾ sese excipiunt, servato tractabo et in medio ponam, si quid invenisse mihi videor, quod fugit viros doctos. Cum autem inscriptionum imagines, quales in corpore Schmidtiano exstant, non omni ex parte perfectae sint, haud abs re duco ad unum quemque titulum ea adscribere, in quibus Schmidt erravit, sive exemplar quo usus est non accurate in tabulas transcripsit, sive in ipso exemplari mendum inest. Spero hanc operam iis usui futuram esse, qui titulos Cyprios denuo perscrutabuntur.

Accedunt ad titulos a Schmidtio collectos ii, quos Cesnola in libro cuius modo mentionem feci primus exprimendos curavit nulla interpretatione addita.

Denique nummorum quoque quos de Luynes ³⁾ ante oculos nobis posuit inscriptiones, quatenus enucleare potui, proponam.

Sed priusquam ad ipsam rem aggrediar, non nulla de universa litteratura Cypria praemonenda esse mihi videntur. Ple-rorumque titulorum litterae a dextra ad sinistram directae sunt; contraria ratione septem tantum tituli conscripti sunt: Schm. VIII 3 α , 3 β , 4, 5, 6 et duarum armillarum aurearum inscriptiones, quarum alteram reddidit Schmidt (XXI 10), nummique duo (Schm. X 1 et Luyn. VI 3); ad quos titulos num-

1) 'Numismatique etc.' tabb. I—VI, XII.

2) Cf. p. 257 extr.

3) Librum eius nota 'Luyn.' significabo.

mosque fieri sane potest ut postea unus alterve eorum, quorum sententia adhuc est recondita, adiciatur. Qui scribendi ordo cum apud ceteros Graecos posterioribus temporibus in usu fuerit, vetustissimi autem tituli ad sinistram directi sint, forsitan quispiam crediderit idem valere de litteratura Cypria. At paucos illos titulos ceteris omnibus vetustate praestare documento sunt armillae illae Etevandri Paphii regis nomen incisum exhibentes. Qui quo tempore vixerit, e monumentis Assyriis constat, si quidem Ithuander sar Paappa, qui est in monumento ineuntis saeculi septimi a. Chr. n., idem est atque *Ἐτέφανδρος ὁ Πάφω βασιλεύς*, cuius armillae casu secundo ad nos pervenerunt¹⁾.

Res igitur haec fuisse videtur: Cyprii antiquissimo tempore id sine dubio secuti exemplar, quo in litterarum figura uti erant — quod quale fuerit non satis constat —, manum in scribendo a sinistra ad dextram dirigebant; postea commercio vel cum ceteris Graecis, qui tunc omnes contrarium scribendi ordinem servabant, vel cum Phoenicibus habito factum est ut ordinem converterent. Quamquam etiam hoc remotis admodum temporibus factum esse statuendum est.

Sed haec de re amplius agendi hic non est locus. Ad ipsam potius litteraturam transeundum esse puto, de qua pauca praemonenda sunt satis quidem iam ab aliis explorata, quae tamen cum non multis cognita sint, nolui silentio praeterire. Haec autem litteratura ea est, ut singulae notae non singulas litteras, sed syllabas, id est aut vocalem per se positam (*a, e, i* etc.) aut consonam aliquam cum sequenti vocali coniunctam (*ja, po, ka, ku* etc.) significant. Distinguuntur autem nec breves vocales a longis nec consonae tenues a mediis et adspiratis. Viros doctos secutus si litteris latinis ad transcribendas notas Cyprias utar tenuem litteram ponam eius notae loco, quae non tenuem tantum, sed etiam mediam vel adspiratam consonam cum vocali aliqua coniunctam significare potest:

1) Hanc sententiam proposuerunt Schmidt (cf. Jen. Lit.-Ztg. 1876 nr. 5 p. 88) et Cesnola ('Cyprus' p. 307).

pa igitur aut graeco *πα* aut *βα* aut *φα* respondet. Iam nascebatur quaedam difficultas, ubi Cypriis consonae vocalibus nullis sequentibus, quas nudas vocavit Ahrens, his signis notandae erant. Regulae scribendi, quae huc pertinent quasque optime investigaverunt Deecke et Siegismund¹⁾, sunt haec:

1) Consona in quam vocabulum aliquod exit redditur ea nota, quae vulgo eandem consonam cum vocali *e* coniunctam significat, velut *τοῖς το. i. se*.

2) Si vocabulum a duabus consonis incipit, prior eadem vocali coniuncta exprimitur qua altera, velut *πτόλιν πο. το. λι. νε* (Schm. I vs. 1). Idem valet de mediis vocalibus, cum consonae sese excipientes sunt muta cum liquida, velut *Φιλοζύκτων πι. λο. κυ.²⁾ πο. ρο. νε* (Schm. I vs. 1).

3) Ubi autem consonae in mediis vocabulis sese excipientes non sunt muta cum liquida, prior earum, vocalem non ex sequenti, sed ex antecedenti syllaba sibi adiungit, velut *ἀργύρω α. ρα. κυ. ρο* (Schm. I vs. 6).

4) Litteram nasalem ante consonam nusquam scriptam legimus, velut *ἄνθρωπος α. το. ρο. πο. σε* (Schm. I vs. 3)³⁾.

Hactenus omnes homines docti de scribendi regulis inter se consentiunt. De paucis tantum, quae rariores sunt, consonarum coniunctionibus difficultates restant. Ac de muta quidem cum nasali coniuncta Argentoratenses num idem valeat quod de muta cum liquida dubitant, nixi praecipue voce *ἰμιαμένος* quae *i. ki. ma. me. no. se* scripta est (Schm. I vs. 3). Nam *Ἀβιδύλων α. πι. τι. μι. λι. κο. νε* (Schm. II vs. 3) nihil ad rem discernendam confert, quia et antecedens et insequens syllaba *i* vocalem exhibet. Quod autem ad *κασίγνητος ka. σι. ke. νε. το. σε* (Schm. I vs. 3) attinet, est hoc vocabulum com-

1) Cf. Stud. VII p. 226 sqq. et Caueri Delectum inscr. graec. p. 144.

2) Cum Ahrens quintae vocalis sonum *u* fuisse non *y* demonstrasse mihi videatur (Philol. vol. 35 p. 9 sq.), in transcribendis inscriptionibus *u* vocali utar.

3) Litteris graecis si utar, nasalem signis Cypriis non expressam uncis rotundis includam, velut *ἄ(ν)θρωπος*.

positum, cuius partem posteriorem quidam homines docti putarunt secundum regulas in integrorum vocabulorum initio scribendo constitutas ¹⁾ tractatam esse. Num recte ita censeant dubito, cum aliud vocabulum compositum, cuius altera pars voci —*γνητος* comparari possit, exstet nullum. Nec veri est simile vocis ex duobus nominibus compositae partes minus arte inter se coniunctas fuisse quam praepositionem vel articulum cum substantivo apposito, quae saepissime quasi in unum coaluisse verbum infra commemorandum erit. Quam ob rem ex eo, quod *καστήγητος ka. si. ke. ne. to. se* scriptum est, concludendum esse arbitror litteram mutam cum *ν* coniunctam eidem legi obnoxiam fuisse, quam mutam cum liquida. Ad quam regulam optime quadrat quod est in tit. Schm. I vs. 9 *te. re. ki. ni. ja*, sive *τέχνιја* sive *τρέχνιја* legimus.

Deinde ad *ἰμαμένος i. ki. ma. me. no. se* scriptum regressus paucis demonstrabo, cur fieri posse credam, ut de muta cum *μ* non idem valeat quod de muta cum *ν* coniuncta.

Equidem totam hanc quaestionem, utrum prior duarum consonarum in mediis vocabulis sese excipientium vocalem ex antecedenti an ex sequenti syllaba sibi assumat, ex ea pendere arbitror, utrum vocalis antecedens positione producat necne. Si enim vocalis positione producit, consona illa nuda ad syllabam praecedentem refertur vocalemque ex ea sibi adiungit; sin autem anceps evadit syllaba, consona ad sequentem potius refertur syllabam eamque ob causam ex ea petit quam sibi adiungat vocalem. Anceps autem syllaba efficitur si sequuntur vocalem, ut Hephaestionis enchiridii ²⁾ verbis utar:

σύμφωνα δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἄφρων ἔστι, τὸ δὲ δεύτερον ἕφρον.

Ex *ἕφρων* tamen numero *μ* litteram excipit Heliodorus eamque rarius syllabam reddere ancipitem suo iure dicit. Tradidit hoc Hephaestio (p. 14 fin.), sed ita ut summa iniuria Heliodorum grammaticum multo doctiorem et auctoritate se supe-

1) Cf. reg. 2. p. 261.

2) Ed. Gaisford. p. 12.

riorem vituperet. Itaque cum μ litterae in prosodia singularis natura sit, etiam in litteratura Cypria si de muta cum μ coniuncta non idem valet quod de muta cum liquida et cum ν nasali coniuncta, nequaquam mirum esse arbitror.

Pauca denique de nasalibus litteris μ et ν inter se coniunctis addenda sunt. Quarum unum certum exemplum est *μεμναμένοι me. ma. na. me. no. i* scriptum (Schm. XXI 1), ita ut μ littera mutae vice fungi videatur. Et in enchiridii supra commemorati p. 13 legimus haec:

Ἦδη μέντοι ἢ διὰ τοῦ μν σύνταξις ἐποίησέ που καὶ βραχεῖαν

ubi adicitur Epicharmi versus trochaicus

Ἐὖνμος καὶ μουσικὴν ἔχοισα πᾶσαν φιλόλογος,

in cuius prima sede necessario trochaeus requiritur. Optime igitur etiam hac in re scribendi ratio in litteratura Cypria adhibita iis praeceptis explicatur et quasi probatur, quae veteres de quantitate syllabarum tradiderunt. Quae cum ita sint, *a. ra. ma. ne. u. se* (Schm. I vs. 21) potius *Ἀραμανεῖς* cum Ahrente quam *Ἀραμνεῖς* cum Argenteratensibus pronuntiaverim, quamvis in diversis titulis rationem scribendi discrepare non plane sit negandum. Sed haec ne longus sim omitto, quoniam hanc quaestionem magis attingere quam ad finem perducere in animo habui: unum tamen restat quod videatur addendum esse.

Verba enim vel punctis vel lineolis inter se distinguuntur, quae signa brevitatis causa divisores nominare et lineis directis reddere mihi liceat. Notas autem duobus divisoribus inclusas iuncturas (iunct.) esse volo. Saepius tamen omittuntur divisores illi: imprimis articulus et praepositiones haud raro cum sequenti voce, enclitica vox cum antecedenti quasi in unum coalescunt, ita ut

τὸν ἄργυρον to. na. ra. ku. ro. ne (Schm. I vs. 13)

τὰν πτόλιν ta. po. to. li. ne¹) (Schm. I vs. 1)

κάς παῖ ka. sa. pa. i (Schm. I vs. 4)

1) Vid. regulam 4. p. 261.

pro: *to. ne* | *a. ra. ku. ro. ne* ; *ta. ne* | *po. to. li. ne* ; *ka. se* !
pa. i scriptum reperias. Quod non valet de articuli formis in
 σ exeuntibus.

I

Ordinem quo Schmidt titulos proposuit me servaturum esse iam supra dixi¹⁾. Eos autem titulos ad quos nihil novi habeo quod proferam silentio praeteriturus sum.

Tab. I (Ahr. 1, DS. 3, Schm. Id. 1).
 Tabula Idaliensis.

Hanc tabulam dialecti Cypriae exemplar elegit Caner in delectu inscriptionum graecarum (Lips. 1877) p. 139 sqq., et latinis deinceps graecisque litteris perscriptam exhibuit. Imaginem quam de Luynes²⁾ oculis subiecit egregiam esse ipsa tabula inspecta testatur Hall et hoc unum animadvertit, in versu tertio inter *to. se* et *i. ta. i* notarum iuncturas divisorem omissum esse. Apud Schmidium in versu nono per errorem *la* pro *ki* scriptum esse³⁾ Deecke iam reprehendit⁴⁾. Paullulum discrepat, discrepat tamen a tabula Luynesii versus 7 iunct. 1 tertia nota eo, quod sinistrum anguli supra crucem positi latus hic plane cum cruce coaluit, ita ut *a* nota evadat, illic paullum

1) Ad singulos titulos numeros uncis inclusos eos addam, quibus Hall in 'Journal of the American Oriental Society' vol. X (Ha.), Cesnola in 'Cyprus' (Cesn.), Ahrens in Philol. voll. 35 et 36 (Ahr.), Deecke et Siegmund in Stud. vol. VII (DS.), Schmidt ipse in libello qui inscribitur 'Die Inschrift von Idalion' p. 92 sqq. (Schm. Id.), Neubauer in commentatione supra (p. 257) commemorata (Neub.) utuntur. Quod quidem propterea utilitatem quandam afferre videtur, quod Schmidt in corpore inscriptionum non addidit nisi quo loco Ahrens de singulis titulis egerit. Simul addita nota 'Photogr.' eos titulos notabo, quorum photographias iuris publici factas esse supra dixi (p. 256).

2) 'Numismatique etc.' tabb VIII et IX.

3) Cf. tabulae litteraturae Cypriae infra additae (tab. I) nr. 8 et 21.

4) Philologischer Anzeiger vol. VIII fasc. VI.

distinctum est, ita ut *ku* nota, qua opus est, cognosci possit¹⁾. Sunt eae sane res pusillae nec tamen in eiusmodi libro negligendae.

Quale sit universum tabulae Idaliensis argumentum intenta et frugifera virorum doctorum opera satis constat, nec minimam partem laudis Ahrenti deberi existimo. De una tamen re vir doctissimus non recte iudicasse mihi videtur. In altera enim tabulae parte inde a versu quarto decimo agitur de pecunia, quam rex et civitas Idaliensis medico cuidam Onasilo se soluturos esse promittunt, cuius pecuniae summam bis in verss. 15 et 26 descriptam legimus. Ac priorem quidem partem subtili argumentatione explicavit Ahrens viditque notas *pe* ||| | *pe* significari δ' πελέκεις i. e. quadraginta minas²⁾. Sequuntur deinde duae lineae duaeque litterarum notae, quarum alteram *e* pro ἤμισι, vel quae Cypria huius vocis forma fuerit, positam esse Ahrente auctore censeo, priorem vero eam potestatem, quam Schmidt ei tribuit, ut *ti* valeat, habere non posse, Ahrens falso sibi persuasit. Infra autem in conspectu ponam tres formas *ti* notae una cum dubiis illis³⁾: quibus comparatis apparebit, priore quidem loco notam aliquantum ab usitata differre, altero autem usitatae simillimam esse, ita ut dubitari nequeat quin illis litteris revera *ti* syllaba significetur. Nec Deecke⁴⁾ hoc reprobatur.

Iam videamus quid *ti* illud sibi velit. Equidem conieci esse compendium scripturae *di*. pro δίδραχμων, ita ut ad quadraginta minas accedant β' δίδραχμα ἤμισι vel quinque drachmae. Quod autem δίδραχμων numerus notatur, si quem offendit, bene memor esto nummum argenteum apud Cyprios usitatum fuisse τὸν στατήρα qui duarum drachmarum pretium aequaret⁵⁾.

1) Vid. tabulae ad finem libelli mei additae alterius nr. 1.

2) Cf. Hesych. s. v. ἡμιπέλεκτον: τὸ γὰρ δεκάμνον πέλεκυς καλεῖται παρὰ Παφίους, et Philol. vol. 35 p. 66 sqq.

3) Vid. tab. II nr. 2.

4) 'Der Ursprung der kypr Sylbenschr.' p. 25.

5) Cf. Vogué 'Mélanges d'archéologie orientale' app. p. 5 sq.

Tab. II (Ahr. 2, DS. 2, Schm. Id. 2).

Titulus bilinguis Idalii repertus.

De huius tituli variis imaginibus iudicium fecit Hall ¹⁾ et primam, quam Lang ²⁾ prodire iussit, anteposuit iis, quas Euting ³⁾ et Schmidt nescio utrum horum secutus edendas curaverunt ⁴⁾.

In Schmidtii autem apographo duo potissimum insunt menda, quae Deecke l. l. iam animadvertit, utrumque in versu quarto; neutrum apud Eutingium reperitur. Iunct. 1 septimo loco Schmidtii tabula exhibet signum, quod utrum *vi* an *ji* significet, dissentiunt viri docti ⁵⁾, Euting autem signum quod magis ad *i* notae, quam exspectamus, similitudinem accedit ⁶⁾.

Iunct. 2 secundo loco Schmidt signum *ke* ut etiam Lang habet, quamquam in annotationibus $\alpha\zeta\alpha\theta\alpha\iota$ legit et *za* Eutingii Deeckii Hallii consensu confirmatur ⁶⁾. Praeterea

Vers. 2 iunct. 7 secundo loco, ubi apud Schmidtium singularis formae signum in ceteris apographis manifestum est *va*, quod ab usitato nihil differt ⁶⁾.

Tab. III 1 (Ahr. 21, Schm. Id. tabula in fine addita).

Huius tituli a Langio prope Drimou ⁷⁾ reperti ectypon char-taceum praesto mihi fuit, quod Deecke mecum communicavit. Hoc ectypon certum fit illud apographon, quod Schmidt *a* littera notat ⁸⁾, mendis non plane carere, etsi haec fortasse vel omnia

1) 'Proceedings' l. l. p. XXVIII.

2) 'Transactions' I p. 128. Hall per errorem G. Smithio eam attribuit.

3) 'Sechs phoenikische Inschriften aus Idalion.' Argent. 1875. tab. 1.

4) Titulum bilinguem et tabulam Idaliensem ab Hallio ipso in 'Proceedings of the University Convocation held at Albany N. Y.' (1875) in lucem editam nancisci nondum potui.

5) Vid. tab. I nr. 44.

6) Vid. tab. II nr. 1.

7) 'At a place called Drimou about half way between Soli and Ktima.'

8) Id apographon cui plurimum tribuit, littera *a* notare solet Schmidt: quare ubi plura eiusdem tituli apud eum sunt apographa aliis plerumque neglectis in iis quae addo illius maxime rationem habui, quod littera *a* notatum est.

vel unum alterumve exemplari quo Schmidt usus est tribuenda sunt.

Ac primum quidem in hoc ectypo singuli versus lineis interpositis distincti sunt, verba autem vel iuncturae lineolis, quas nos dicimus verticales, quarum nullum omnino vestigium in Schmidtii apographo reperitur. Apud Ahrentem in *Philol.* vol. 36 p. 12 divisores descripti sunt praeter unum, de quo Ahrens iniuria dubitavit, eum dico quem in versu primo inter *e. mi* et *o. la. o* iuncturas invenit Hall. Illud enim, quo uti mihi licuit, exemplar particulam certe lineolae praebet. Praeterea corrigenda sunt haec:

Vers. 2 loco quinto plenum *i* pro mutilato Schmidtii signo ponendum esse Ahrens iam perspexerat, nec minus *so* tertia vers. 3 nota plene exprimenda est.

Vers. 3 secundae notae non est usitata litterae *i* forma sed paulum discrepans: pro cruce enim linearum duo anguli qui in utramque partem patent exstant in ectypo¹⁾. Ahrens Brandisium secutus de signo, cui Bergk *vi*, ipse cum Argentoratensibus *ji* significationem tribuit²⁾, cogitavit, cui non assentior, quia neque signum traditum ab usitata *i* notae forma multum differt³⁾ neque Hall dubitat, quin *i* littera in lapide conspiciatur.

Vers. 3 loco quarto quod apud Schmidtium legitur *ni* ectypo meo comprobatur: quod Ahrens vult *ke* scripturae traditae repugnat⁴⁾. Itaque prima huius versus iunctura haec signa continet *ti. i. so. ni. ta. se*.

Tab. IV.

Huius tituli ad Salamion vicum prope Paphum situm reperti imaginem vehementer reprehendit Hall⁵⁾ eamque longe aliam speciem praebere quam lapidem ipsum asseverat; se-

1) Vid. tab. II nr. 1.

2) Cf. tab. I nr. 44.

3) Aliarum quoque notarum diversae in hoc titulo exstant formae; cf. *po* vers. 1 sign. 2 et vers. 2 sign. 6, *mo* vers. 2 sigg. 4 et 13.

4) Cf. tab. I nr. 7 et 33.

5) 'Proceedings' p. XXVIII.

decim enim vel plura signa ibi integra exstare, quae in tabula mutilata sint. Neque iniuria Schmidtum ab eo vituperari cognovi ex apographo huius tituli, quod Deecke mihi misit. In tanta igitur discrepantia operam perderem, si errores omnes corrigere conarer, cum nihilominus id assecuturus non essem, ut certum iudicium de titulo illo litteraturae admodum singularis facere quis posset: ceterum quantum illi apographo Deeckiano tribuendum sit nescio.

Tab. VI 1 (Ahr. 18, Schm. Id. 4).

Titulum a Langio prope Drimou repertum, quem Ahrens iniuria Paphum relegare videtur, Hall non accuratissime quidem, recte tamen expressum ait esse. Cum Langii apographon (*a*) et Παρθώρα¹⁾ (*c*) loco undecimo linearum crucem praebant, quod lineola supra adiecta *i* fit, *i*(*v*) τίχαι pro σὶ(*v*) τίχαι legendum est, de quo Schmidt titulo a falsario transcripto (*b*) nisus cogitavit.

Tab. VI 2 (Ahr. 14, Schm. Id. 6).

Eiusdem tituli tertium apographon, quod D. Pierides cum Schmidto communicavit, est in tab. IX nr. 7: quod Hall longe optimum esse affirmat hoc unum vituperans, quod Pierides signa, quae ipse enucleare non potuerit, quamvis vestigia eorum superessent, plane omiserit. Quam ob rem de signis obscuratis et mutilatis iudicium facere non licet. In apographo illo vers. 2 tertio loco invenimus *ta* signum, Ahrens autem in Philol. vol. 36 p. 10 Hallii testimonio *to* comprobari dicit, qua de re ego dubitaverim, quia Hall ipse²⁾ de eiusmodi errore in Pieridis apographo tacet. Hoc tamen *ta*, siquidem est in lapide, lapidarii error, qui alteram lineam transversam qua addita evadit *to*³⁾ omisit, deberi veri est simillimum. Sequuntur enim signa haec *a. po. lo. ni* | et vers. 3 *to. ma. ki. ri. o* quae sic transcribenda sunt: Ἀπόλλ(λ)ωρι τῶ Μαγιρίτω; si autem contu-

1) Athen. 1869 vol. 20 nr. 473, 2.

2) 'Proceedings' p. XXVIII.

3) Cf. tab. I nr. 11 et 14.

leris quae leguntur in titulis Schm. VII 2 et Cesn. 46 τᾶ Ἀθάνα τᾶι Ἐδαλιοῖ et τᾶι Παφί[ᾶι τᾶ]ι Ἀφροδίτῃ, etiam hoc in titulo articulum τῶ ante nomen dei collocatum requiri videbis.

Tab. VII 1 (Ahr. 4, DS. 5, Schm. Id. 3).

Imaginem huius simpuli apud Langium exstare noli Schmidtio credere. Et in tabula hac et in exemplari, quo usus est Schmidt¹⁾, septimo loco *i* legitur, Siegismund tamen²⁾ *ke* esse testatur, quod comprobatur verbis eius, qui primus titulum transcripsit Ceccaldi, qui huius signi dexterum brachium superius paullo altius esse ait³⁾: quae verba iniuria viri docti neglexerunt. Signi autem similem formam esse censeo atque in Schm. I vs. 15 iunct. 6 sig. 3⁴⁾.

Tab. VII 2 (Ahr. 3, DS. 4, Schm. Id. 11).

Titulum iam a Luynesio editum⁵⁾ ordine quem instituit perturbato hoc loco posuit Schmidt: non enim est ex titulis a Langio effossis, quos prioribus corporis sui tabulis usque ad tab. VII 3 comprehensurum se esse in praefatione (p. 1) dixerat. In secunda tituli nota lineolae in angulo qui in dexteram patet positae, quam plenam expressit Schmidt, apud Luynesium nihil video nisi exigua vestigia, quae artificii vel omnino non tribuenda vel non consulto ab eo addita esse facile tibi persuaseris. Itaque Deeckio *a. ta. na* non *e. ta. na* legenti assentior maxime propterea, quod, si primum vocis signum *e* significaret, in brevissimo titulo duae eiusdem litterae figurae inter se diversae exstarent. Nam septimo loco *e* certissime traditum est. Deeckii igitur sententiam si sequimur, non mirum quoddam et prorsus inauditum nomen divinum Ἡτάνα vel Ἐθάνα efficitur, sed omnibus notum Ἀθάνα; iam optime

1) Vogué 'Mélanges' tab. IV nr. 10.

2) Stud. IX p. 107.

3) 'Le treizième caractère' (incipit a sinistra) 'a sa branche supérieure droite légèrement relevée', cf. Vogué Mél. p. 102.

4) Vid. tab. II nr. 3.

5) 'Numismatique' tab. X.

quadrat id quod sequitur τᾶι Ἰδαλιοί. Nam deae illi Idalii templum fuisse ex tabulae Idaliensis versu 27 compertum habemus, ubi tabulam istam legimus relatam esse ἰ(ν) τὰ(ν) θιὸν τὰν Ἀθάναν τὰν περὶ Ἰδαλίον. Ἀθάνα igitur legendum esse sine ulla dubitatione affirmo.

Tab. VII 3.

Sententiae quidem, non lacunae post signum nonum explendae sufficit id quod Schmidt proposuit *mo*. Quapropter ego quidem duas litterarum notas una cum divisore intercidisso puto et confidentius sic scribo:

te. o. to. ro. ne | to. te. o. ti. [mo. ne |] e. mi

Θεοδώρων τῶ Θεοτί[μων] ἡμί, id est:

Theodori Theotimi filii sum. Θεοδώρων enim et Θεοτίμων sunt genetivi singularis numeri in —ων desinentes. Quae quidem forma propria est dialecti Cypriae, ita tamen ut inveniatur vulgaris quoque forma in ω (att. ου), velut ἀργύρω (Schm. I vs. 6), Ἐτεφέ(ν)δρω (Schm. XXI 10), Πάρω (ibid.), θειῶ (Cesn. 47); quae genetivi forma in articulo sola usu venit.

Tab. VIII titulum 1 (Ahr. 26),

quem D. Pierides indagavit et ipse tractavit¹⁾, Ahrens et Schmidt bilinguem vocarunt, a quibus discedere nolo, tametsi hoc nomen minus quadrat in eum titulum, qui cum primum litteris graecis vulgaribus (verss. 1 et 2), deinde Cypriis (verss. 3 et 4) exaratus sit, litteratura tantum duplex et quasi διγραφος vel δισημος, sermone ipso graeco unus tantum dici potest ac μονόγλωσσος. Et in versu 1 apud Schmidium una est maior lacuna, apud Pieridem minores duae exstant interpositis litteris ΕΩΣ, quae vocis βασιλέως sunt reliquiae. Vers. 3 sign. 2 quin *so* legendum sit, non iam dubito, cum Pierides alteram lineam transversam, qua ad signum Schmidianum adiecta *so* evadit, oblitteratam certe inveniri asseveret. Post *lo* autem notam et *ne* syllabam et divisorem intercidisso

1) 'On a Digraphic Inscription found in Larnaca'; cf. Transactions of the soc. of bibl. arch. vol. IV p. 38 sqq.

ex lacuna ipsa Pierides iam vidit. In medio versu apud Ahrentem nescio quo casu omissa sunt *o. pa. si. le. o. se* ὁ βασιλέος. Initio vers. 4 cum post *ta. a* unum deesse signum, quarto autem loco *na* et quinto *i* perspici posse testetur Pierides, neque Ahrentis τὰ Ἀ[θά]ρα[ι] neque Schmidtii τὰ Ἀθάρα traditis notis satis respondet, sed τὰ Ἀ[θά]ρα[ι] scribendum est¹⁾.

Tab. VIII 3 *a* (Ahr. 15, DS. 8), 3βγ (Ahr. 16, DS. 9),
3δ (Schm. Id. 15).

Qui prioris tituli initio legitur nominis proprii genetivus *Τιμοχάριτος* iterum occurrit in nummo Luynesii²⁾ sed litteris a dextra ad sinistram directis. Itaque de nomine ipso constat: de cuius forma admodum mira hoc loco agendum non est.

Tab. VIII 4 (Ahr. 19, DS. 10, Schm. Id. 16), 5 (Ahr. 20, DS. 11), 6 (Ahr. 17, DS. 12).

Hi tres tituli difficillimi sunt ad enucleandum, quippe qui signa prorsus singularia alibique non reperta exhibeant et insuper ne integri quidem sint: accedit quod unus eos exprimendos curavit Vogué³⁾. Quae cum ita sint, haud facile certi quicquam promi posse arbitror: quae autem viri docti suspicati sunt, ea non omni ex parte mihi placent, quamvis quae veri similia essent mihi non contigerit invenire.

Tab. IX tituli 1—6

vel turpem in modum mutilati obscuratique vel brevissimi sunt: e quibus nostram dialecti Cypriae cognitionem utilitatem ullam percepturam esse vix sperandum est. Verumtamen ne quid omittam, initio tertii tituli *i* mero errore scriptum esse pro *a*, quod Zotenberg⁴⁾ ostendit, commemorandum est.

1) De ceteris huiusce tabulae titulis scribendique ordine quem exhibent cf. p. 259.

2) 'Numismatique' tab. V nr. 1; cf. Brandis 'Versuch' p. 654 nr. 1.

3) 'Mélanges' tab. IV nr. 5—7.

4) 'Journal Asiatique sér. VI tom. XI' tab. II nr. 14.

Tab. IX 8.

Cypriaene sint notae necne, Schmidtio ipsi dubium videtur.

Tab. IX 9 (Ahr. 5, DS. 1, Schm. Id. 12).

Titulus bilinguis¹⁾ prope Athienū vicum repertus. In libello saepius commemorato²⁾ *vo* notam in prima sede scripserat Schmidt exemplar quod proposuerat Vogué³⁾ secutus, emendaverat postea⁴⁾, nihilominus in tabula de qua agimus iterum *vo* scriptum legimus: *ka* requiri per se intellegitur, quod in monumento exstare Hall quoque confirmat⁵⁾.

Tab. X 1.

Huius nummi, quem unum Schmidt exprimendum curavit, inscriptio *Εὐφέλθο(ν)ρος* a sinistra ad dexteram directa est: eadem solito more scripta est in nummo Luynesii⁶⁾; signum quartum ibi *le* non *ro* esse Brandis iam suspicatus erat⁷⁾. Ceterum si contuleris arietem cum inscriptione iam antea ab ipso Schmidtio editum⁸⁾, videbis notas hic neglegentius expressas, velut primam *pa* notae similiorem esse quam *e*⁹⁾.

Tab. X titulum 2 (Hall II 7, Cesn. 39, Neub. 7)

Neubauer cum XII 2 coniunctum incredibilem in modum interpretatus est. Quare ne temere de huius viri docti ratione supra iudicium fecisse videar, afferam quae ille de his titulis quamvis non sine dubitatione protulerit.

Ac tradita quidem sunt signa haec — titulum XII 2 ante X 2 collocandum esse censet Neubauer —:

1) Vid. quae adnotavi ad tit. VIII 1 p. 270.

2) 'Die Inschrift von Idalion' p. 100.

3) 'Mélanges' tab. III nr. 1.

4) Jen. Lit.-Ztg. 1874 nr. 32.

5) 'Proceedings'; cf. tab. I nr. 6 et 45.

6) 'Numismatique' tab. I 7. vid. infra p. 292.

7) 'Versuch' p. 659 nr. 22. cf. tab. I nr. 22 et 29.

8) 'Die Inschrift von Idalion' ante ipsam commentationem.

9) Vid. tab. II nr. 1.

to. po. to. ?¹⁾. ? . to. ta. po(?).
 XII 2 X 2

Tertio loco et Brandis (*b*) et Hall (*a*) *to* praebent, Neubauer vero lineolam transversam inferiorem in imagine e gypso expressa Berolinensi in alteram lineae directae partem productam esse²⁾ testatus *lo* agnoscit, lineola superiore autem *ni* syllabam quae desit indicari dicit (sic!), legitque τὸ πλω[νε] quod ex τῷ Ἀπλωνι³⁾ per κᾶσιν natum esse vult. Quartum deinde signum *te* in obliquum flexum putat, quod non plane reiecerim, quamvis nihil obstat, quominus *e* agnoscamus⁴⁾; quintum *o* quod careat infima linea, cui explicationi prorsus repugnat Hallii apographon, quod potius *i* vel *ke* praebet⁵⁾. Iam intelleges Neubauerum Θεῶ quod proponat coniectasse non legisse.

Ultimum denique signum paullum adsum *ko* legit. Et concedo hic sicuti aliis in titulis dubitationi locum esse, utrum *ko* an *po* legendum sit. Ita fit, ut finem tituli sic transcribendum ducat:

to. ta. ko τὸτακῶ

vel κᾶσιν si dissolvit τῶ ὀτακῶ. Quid autem est ὀτακός? Hoc quoque docet nos Neubauer: compositum enim esse vult ex ὀτ—, quae est stirps vocis οἶς, et radice verbi ἀκείσθαι. Significat igitur vox inaudita eum qui aurium morbis medetur. Qua in re nihil ad eum attinet, quod, cum verba in —ακος desinentia, de quibus uberius egit Lobeck⁶⁾, innumerabilia fere exstent, omnia non composita sunt sed derivata, nec ullum usquam conspicitur vestigium nominis cuiusdam, quod exeat in —ακος, ad verbum ἀκείσθαι pertinentis. Sed haec hactenus.

1) Signo ? . posito notam integram sed nondum indagatam, signo +, notam vel obliteratam vel mutilatam, lineola transversa —, scripta lacunam in monumento exstare intellegas velim.

2) Cf. tab. II 4a.

3) Hac nominis divini forma Ahrentem secutus utitur, equidem Ἀπόλωνι scribendum esse arbitror; qua de re hic amplius agere nolo.

4) Cf. tab. II 4b et tab. I secundam notae *e* formam.

5) Cf. tab. II 4c et 3.

6) Pathol. p. 311.

Nam quid de eiusmodi interpretatione existimandum sit per se intellegitur.

Tab. X 4 (Ha. VII 29, Cesn. 7, Ahr. 7, Schm. Id. 14, Neub. 19, Photogr.).

A photographia Schmidtii tabula nihil discrepat, nisi quod lineolam in primo tertii versus signo omittit, quae lineas directas inter se coniungit. Eandem non modo Hall verum etiam Birch et Brandis¹⁾ viderunt. Sententia huius tituli nondum satis dilucida est. Hoc unum tenendum — quod Neubauer neglexit —, cum litterae huius tabulae satis alte in lapidem incisae sint, omnino fieri non potuisse, ut nullis vestigiis relictis signa quaedam prorsus delerentur. Quam ob causam quae ille de notis quibusdam in versu secundo evanidis statuit, omni fundamento carent.

Tab. XI titulus 1 (Ha. VI 26, Cesn. 21, Neub. 31) e duabus litteris constat, ne his quidem tam planis, quam Schmidt proposuit.

Tab. XI 2 (Ha. IV 13, Cesn. 1, Ahr. 22, Neub. 35, Photogr.).

Apud Schmidtium mendose scripta sunt haec: Vers. 1 iunct. 6 signum 6 quod, quasi certum sit *se*, expressum est, minus certum est in lapide; qui in fine versus divisorem videtur exhibere. De vers. 2 iunct. 2 secundo signo admodum ambiguo e photographia nihil omnino cognosci posse iniuria contendit Ahrens: immo admodum perspicuum est, eam lineolam directam, quam tabula Schmidtii linearum cruci subiectam ostendit, ibi sursum productam esse, qua re de *i* significatione minus constat. Hall hanc lineam non partem signi, sed casu quodam natam ratus de *ro* cogitavit, Neubauer *ti* coniecit potius quam legit. In monumento ipso, quantum ex photographia concludere licet, aut *a* aut *ro* fuit. Utrum verum sit, difficile diiudicari potest, cum sequantur duo signa deleta: nam ne signi *ta* quidem quicquam superest nisi tenue vestigium.

1) Cf. apographa *b* et *c* litteris notata.

Eiusdem iuncturae septimo loco apud Schmidium *a* scriptum est, non *i* quo opus est propter id quod antecedit $\Theta\epsilon\omicron\iota\varsigma$. Ac ceteri omnes excepto Cesnola hoc legerunt photographia quoque satis comprobatum. Eadem iunct. 4 loco quinto signum mutilatum *sa* quam *i* litterae similis praebet, quod etiam Brandis *sa* syllabae nota reddidit¹⁾. Vers. 3 iunct. 2 loco 5 *te* quod apud Schmidium videmus in photographia multo minus distinctum apparet, ita ut aequo iure de *i* vel *a* cogitari queat. Iunct. 5 loco 5 aut *ke* quale est in tabulae Idaliensis vers. 15²⁾ aut, si obliquam lineam super dexterum crucis latus impositam ad signum pertinere negamus, *i* agnoscendum est; adiecta enim est in superiore signi parte lineola directa, quam Schmidt non adscripsit³⁾.

Haec de singulis litterarum notis dicenda esse existimavi. De sententia tituli quae adhuc viri docti protulerunt, qui accuratius examinauerit, eum non fugiet multa admodum ambigua esse, multa omnino demonstrari non posse.

Equidem quamquam titulum non totum intellexi, tamen cum ad interpretandum eius initium plane aliam viam ingressus sim atque alii, proferam ea quae suspicatus sum. In tantis enim difficultatibus vel erroris convinci non pudebit.

Primum tituli verbum *ka. i. re. te χαλρετε* excipiunt haec signa:

ka. ra. si. ti. +. na. xe | ka. po. ti | .

Punctum quod post quartum signum *ti* positum est, omnes adhuc divisorem esse crediderunt, nec tamen *ka. ra. si. ti* iuncturam probabilem in modum interpretati sunt. Quae enim proposuerunt Ahrens *χαρστι*, Deecke *χαρσται*⁴⁾, Hall *χαρστι*, Neu-

1) 'Versuch' p. 660 nr. 23.

2) Cf. tab. II nr. 3.

3) Cf. tab. II nr. 1.

4) Hanc priorem Deeckii coniecturam affert Ahrens (in Philol. vol. 36 p. 16); nunc litteris nuperrime ad me missis cognomen Iovis in iunctura illa delitescere contendit ille et in memoriam revocatur ab eo *Κεραστis* et *Κεράσται* — illud antiquitus Cypro insulae, hoc incolis eius nomen fuisse fertur —, a quibus ductum esse dei nomen censet. Quae coniectura non magis mihi placet quam ceterae. De Iove vid. Philol. 36 p. 24.

bauer γρᾶσθι (sic!), ut de sententia formaque singulorum verborum taceam, ea omnia adversantur scribendi regulae a Deeckio et Siegismundio investigatae, a ceteris probatae huic: 'Cum consonae in mediis vocabulis sese excipientes non sunt muta cum liquida, prior earum vocalem ex syllaba antecedenti sibi adiungit' 1).

Ergo necessario *ka. ra. sa. ti* scribenda erant. Deinde *va* signum excidisse arbitrati, licet Ahrens imagines tituli ansam non dare concedat, *ῥάναξ* legerunt. Quare hac una re refelluntur omnia illa satis, ut opinor, mira quae a viris doctis excogitata sunt, qui et versus hexametros sibi in hac tabula invenisse visi sunt, et poetam aliquem aut ad edendum et bibendum adhortantem aut numen aliquod edendo bibendoque praefectum implorantem.

Ego quidem punctum illud divisorem non existimo, sed particulam quandam notae oblitteratae proximae, quam *mo* fuisse quominus suspicer nihil impedit. Licet iam signa aliter comprehendere, et *ti* syllabam cum sequentibus si coniungimus — quod faciamus necesse est, si inter *si* et *ti* notas divisoris vestigium recte agnovi — efficitur:

ti. [mo.] na. xe Ti[μῶ]ναξ

quod est nomen hominis Cyprii quem Herodotus (VII 98) parti classis Persicae praefectum fuisse narrat. Etiam quae praecedunt *ka. ra. si* nomen proprium esse *Χάρσιν* vocativo casu positum conicio et hanc propriam fuisse formam *Χέρσιος* nominis, quod est regi Salaminis Cypriorum saepius ab Herodoto commemorato. Sic in eodem quem modo indicavi loco ante Timonactem illum *Γόργος ὁ Χέρσιος* nominatur.

Neque dubito sequentem iuncturam interpretari *κα Πό(ν)τι* (quod nomen proprium apud Pausaniam VI, 10, 7 legitur), ita ut tres viri nominatim appellentur, quod bene quadrat ad imaginem supra titulum lapidi insculptam. Semel particulam copulativam positam esse opinor, quod primus ut superior loco

1) Vide p. 261 reg. 3.

duobus alteris opponitur, sicuti etiam supra vir medio loco positus duobus alteris statura praestat.

Itaque initium tituli sic transcribo:

Χάροσι, Τι[μῶ]ναξ καὶ Πό(ν)τι¹).

Tab. XI 3 (Ha. I 1, Cesn. 2, Neub. 6, Photogr.).

Photographiam si contuleris, Schmidtii imaginem a vero longissime abesse cognosces. Post vers. 1 sig. 2 dubium est, num omnino nota exstiterit; tamen plura illic vestigia, si quae fuit nota, sunt quam hic. Signi 7 alia est forma in photographia, alia apud Schmidtium²); neque de divisore ante hoc signum posito plane constat. Signa a quarto decimo usque ad decimum octavum ita sunt mutilata, ut certum iudicium facere nequeamus. Loco paenultimo neque *to* neque *ta* confirmatur photographia, ubi nihil conspicimus nisi lineam directam. Transgredior iam ad versum 2. In medio signo octavo Schmidtii tabula nihil nisi rimulas, plenam lineam quae ramos signi inter se coniungit photographia ostendit; quae sign. 9 *ni* potius esse quam *ri* docet, cum lineae primariae infima pars non appareat, sed lineae transversae, qua efficitur *ni*, vestigium³). Sig. 10 sine dubio non est *ra* sed *ja*, cum linea transversa mera sit rima⁴). Sig. 15 vehementer est mutilatum, nec reliquiae *no*, quod Hall et Neubauer agnoverunt, magis commendant, quam aliud quoddam signum⁵). Sign. 18 vero dilucidum est *tu* in photographia figuraque prorsus alia atque apud Schmidtium⁵). Itaque inscriptio latinis litteris transcripta est haec:

1. *to. o.* — (?). *si. sa. to. te* | [?] *na.* —. *o. ne. te. ke* |
o. na (?). +. *ke* (?). +. *se* (?).* +. *a*

1) Hoc unum addam huic sententiae non obstare ea, quae Deecke de proximis verbis mecum communicavit, quem mox plenam lucem huic titulo allaturum esse confido.

2) Vid. tab. II nr. 1.

3) Vid. tab. I nr. 28 et 33.

4) Ibidem nr. 26 et 40.

5) Vid. tab. II nr. 1.

2. *te. o. i(?) . po(?) . to. a. po. ? . ni(?) . ja | ra |*
i. te. me. +. se(?) | i. tu. ka. i | | |

Ubi asteriscum * posui, ex imagine supra lapidi insculpta pes sellae in inscriptionem porrigitur.

Quae de argumento tituli Neubauer ante oculos nobis posuit, refellere supersedeo et potius confiteor nescire me, quae sit sententia: nihil enim adhuc certi inventum est, nisi priore versu *ὄνέθηξε*, altero *l(r) τίχαι*.

Ad Tab. XI 4 (Ha. II 9, Cesn. 6, Ahr. 11, Schm. Id. 8, Neub. 1, Photogr.)

hoc unum notandum est, lineolam supra *mi* positam (vers. 1 sig. 5), quippe quae in photographia non satis distincta sit, pro nihilo habendam esse.

Tab. XII 1 (Ha. VI 23, Cesn. 8, Ahr. 13, Schm. Id. 10, Neub. 2).

Vers. 2 signum sextum in lapide ipso non tam planum est quam apud Schmidium. Hall quidem agnovit *te*, tamen tabula eius *i* magis commendari recte vidit Ahrens in Philol. vol. 36 p. 10, qui antea in Philol. vol. 35 p. 88 ipse *te* legerat.

Tab. XII 2 (Ha. II 6, Cesn. 18, Neub. cf. X 2).

Quod in exitu tituli positum vestigium signi quis crederit, signum non esse Hall testatur: Brandis (2*b*) nihil omnino adscribit.

Tab. XII 3.

Imagines litteris *a* et *b* notatae, cum fere nihil inter se habeant similitudinis, Hall tabulam suam quam accuratissime ipsi lapidi assimilata esse affirmet, ipse quam maxime enixus plura enucleare non potuerit quam:

e. +. se. +. +. +. to. e. +. se ;

contra cum alterius apographi omnia signa sint perspicua, eiusdem tituli apographa esse nego. Numeri igitur sic describendi sunt:

XII 3*a* (Ha. IV 18). XII 3*b* (Cesn. 20, Neub. 9).

Tab. XII 4 (Ha. VI 27, Cesn. 23, Neub. 15, Photogr.).

Eundem titulum ex alio exemplari transcriptum denuo occurrere Schm. XX 4 Neubauer suo iure contendit: nec Schm. XIX 5 tertium eiusdem tituli apographon esse, quod idem vir doctus suspicatus est, non veri est simile.

Tab. XIV 3 (Ha. II 8).

Titulus tribus in lateribus lapidis quadrati incisus est, tres igitur sunt signorum iuncturae. Schmidt Hallii apographon non satis accurate reddidit: iunct. 1 sig. 3 sitne *si* admodum dubium, de sexto nihil cum ulla veri specie conicere licet. Iunct. 2 sig. 7 manifestum est *se*. Iunct. 3 sig. 6 *le* vel *pi*, septimum *po* videtur fuisse.

Tab. XV 1 (Ha. I 4, Cesn. 16, Neub. 33).

Hall Schmidtio adversatus, qui litteras graecas et *Θέμιν* et *Θεμίαν* legi posse contendit, *Θεμίαν* in monumento scriptum esse perseverat¹⁾.

Tab. XVI tituli 1 (Ha. I 2, Cesn. 15, Neub. 16)

ectypon chartaceum praesto mihi fuit. In apographo *b* littera notato, quod longe praestat apographo *a*, per errorem *pi* pro *o* positum esse supra iam dictum²⁾. Post signum sextum *to* recte Hall divisorem agnovit. Quae signa in iunctura secunda inter *pa* et *ti* notas leguntur, perperam *pi. ja. ta* interpretati sunt viri docti; nam *pi* notae ne simile quidem quicquam reperitur, *ta* autem quominus legamus impedit iunct. 1 sig. 3 quod ad usitatum *ta* syllabae signum propius accedit, ab illo prorsus diversum est. Equidem non tria sed duo signa exstare arbitrator haec: *re. me*, alterum paullum in obliquum flexum³⁾. Quae cum antecedenti *πα παρ' ἐμὲ* efficere propterea non pro certo affirmo, quod cetera non intellexi.

1) 'Proceedings' p. XXIX.

2) Vide p. 258.

3) Vid. tab. II nr. 5: primo loco (*a*) notas proposui quales sunt in ectypo chartaceo, altero (*b*) quales ego interpreter.

Tab. XVI tituli 4 (Ha. IV 19, Neub. 28) signa sintne Cypria dubitatur.

Tab. XVII 1 (Ha. VI 24, Cesn. 3, Ahr. 12, Schm. Id. 9, Neub. 14, Photogr.). Imago quam Schmidt *b* littera notatam ex Hallii exemplari transcriptam dicit, minus accurate illi respondet. Haec fere ex Hallii libello et photographia adnotanda sunt: vers. 1 divisor neque post quartum neque post nonum signum legitur, altero tamen loco, ubi lapis adesus est, divisorem olim fuisse non nego. Contra divisor in fine vers. 2, qui in Hallii tabula non plenus apparet, comprobatur photographia. Ultima tituli nota sine dubio est *i*, apud Hallium ipsum *i*, in apographo *b* falso *a* scriptum est. Praeterea de singulis notis addenda sunt haec: vers. 1 sign. 2 quin *ko* sit, non est dubium, cum sinistrum anguli latus rectum et ne paullum quidem curvum sit: curvum enim latus sinistrum *po*, rectum *ko* notae proprium est ¹⁾. Quare Ahrentis *Ἐρωδος* non probo nec magis tamen Schmidtii *Ἐ(γ)χωτος*, sed *Ἐ(γ)χοτος*, quod nomen proprium unde ductum sit satis est manifestum, legendum esse suspicor, in nomine proprio non necessario propter dialectum *iv* pro *iv* requiri ratus. Vers. 2 sig. 5 *pi* aliquantum ab usitata forma distat, idem valet de sig. 8 *si*, quod ad *le* in titulo XXI 10 similitudinem accedit ²⁾, quamquam eadem esse signa non contenderim. Dubitationem igitur movet iunctura *ta. pi* (?). *te. ki. si* (?). *o. i*, cuius sententia perobscura est.

Tab. XVII tituli 2 (Ha. II 10, Cesn. 34, Neub. 25 una cum tit. XIII 1 et hunc et sequentem titulum tractavit) signa 6 et 7 paullum quidem inter se discrepant: tamen alteri aliam atque *i* significationem tribuere non ausim. Sig. 5 certissimum est *po*, perperam de *ko* cogitavit Hall.

Omnium, qui deinceps usque ad tit. XX 6 sequuntur tituli, praeter Cesnolae apographa, quibus non niti, nisi alii fontes

1) Vid. tab. I nr. 9 et 19.

2) Vid. tab. II nr. 6 et 7, tab. I nr. 18 et 48.

plane me deficiunt, satius esse duxi, solae imagines in Schmidtii corpore expressae in promptu mihi fuerunt, quas omnes ipsis monumentis non plane similes dicit Hall¹⁾: quam ob rem de paucis rebus certum iudicium proferre potero.

Tab. XVIII 2 (Cesn. 10, Ahr. 8, Schm. Id. 7, Neub. 20).

Prima iunctura difficillima est interpretatu necdum de sententia constat. Sig. 1 ab omnibus *e* notae formis multum differt, tamen notam illam *πολυσημάτιστον* hanc quoque formam assumere potuisse non negaverim; neque tertio loco lineola infima neglecta *i* agnoscere reformido. Nihilominus *e. te. i* *ἔτει* propter omissum digamma suspicionem movet.

Tab. XIX tituli 4 (Neub. 12) initium apud Brandisium²⁾ transcriptum est; qui tertio loco usitatam *se* notae formam praebet pro singulari huius tabulae signo.

Tab. XX 2.

Schmidtium perperam hic diversos titulos in unum comprehendisse, id quod Neubauer iam suspicatus est, demonstratur eo, quod apud Cesnolam duo exstant tituli, quorum alter tricesimus primus idem est atque noster *2a*, alter tricesimus idem atque noster *2b*. Hic ibi apparet secundo versu auctus, qui unum signum continet *a*, quem versum per errorem alius tituli particulam putavit Birch eumque secutus Schmidt expressit tertia huius tabulae sede. Itaque numeri sic describendi sunt:

XX *2a* (Cesn. 31, Neub. 5). XX *2b* (Neub. 27).

XX *2b* adiecto 3 (Cesn. 30).

Tab. XX 6 (Ha. VIII 32, Ahr. 24).

Hall Schmidtii tabulam plane mendosam dicit³⁾. Vers. 1 signa oblitterata apud Hallium longe aliam speciem prae se ferunt

1) 'Proceedings' p. XXX.

2) 'Versuch' p. 663 nr. 32.

3) 'Proceedings' p. XXX.

atque hic, sed ne sic quidem certioris iudicii potestatem faciunt. Sign. 8 apud eundem divisor excipit, qui etsi non tam plenus tamen etiam hic apparet et Ahrentis interpretationi: *Ἀριστοκρό[φων] Πατοσίρι* obstat. Sign. 8 *na* notae similis quam *pa*, signi 10 *si* eadem est figura quae in tit. VIII 4 vers. 2. In vers. 2 signo 2 Hall lineolam transversam non ostendit quam Schmidii tabula. Vers. 3 quinto loco signum apparet, quod utrum *pe* an *po* significet, vix ex ipsa forma diiudicari potest: nihilo secius non dubito *τῶι Περσεύτῃ* legere, cum idem nomen in duobus titulis graecis, quos Cesnola indagavit, inveniatur¹⁾.

Hic titulus eximiae est difficultatis, cum praeter non nullas litteras oblitteratas ter occurrat signum alibi non repertum²⁾: cui Hall Schmidt Ahrens *ri* significationem tribuerunt, quae signo non praeter alias commendatur. Tamen excepto versu primo, de quo Ahrenti nullo modo assentiri possum, ceterum, quoniam quod magis placeat proferre non possum, in eius interpretatione acquiesco: nisi quod, cum Hallio teste secundum vers. 3 signum, quod nunc est mutilatum, vel *to* vel *se* vel *ta* fuisse videatur, pro Ahrentis *περὶ παιδί* scribere malo *περὶ παιδω(ν) ν* littera ante sequentem consonam in exitu pleni vocabuli non scripta, quod Ahrens ipse in Philol. vol. 35 p. 11, ibid. p. 69 sqq. fieri posse concedit.

Vers. 3 sign. 11 valde est ambiguum: ab *o* signo enim, quod Schmidt intellegi vult, nimis discrepat; *u* autem, a quo nihil differt nisi lineola transversa supra addita³⁾, si legimus, evadit *ὕνέθηξε*, quod pro *ὀνέθηξε* positum esse Ahrenti non credo, cum vocalem *α* ex dialecti indole primum in *o* deinde in *v* mutatam esse non veri sit simile. Equidem certam sententiam promere nequeo, cogitavi autem de lapidarii errore: si enim lineolam supra appositam ad infimum signum transponimus, *mi* nota efficitur⁴⁾, qua cum sequentibus coniuncta

1) 'Cyprus' p. 425 nr. 30 et 31.

2) Vers. 1 secunda et ultima, vers. 2 decima sede, vid. tab. II nr. 8.

3) Vid. tab. II nr. 9.

4) Vid. tab. I nr. 37.

mi. ne. te. ke iuncturam *μιν ἔθηκε* interpretari ausus sum. Quod pronomen *μιν*, quamquam in aliis Cypriae dialecti monumentis non reperitur, tamen, cum apud Homerum imprimis in usu sit, non abhorret a dialecto, quae alias quoque formas homericas suppeditat (velut *πτόλις, ἄνωγον*), et hoc loco ad donum supra in obscura tituli parte commemoratum referendum esset. Sed hanc coniecturam audaciorum quam probabiliorem esse non ignoro.

Tab. XXI 1 (Ha. VIII 31, Cesn. 37, Ahr. 23).

Hunc titulum primus edidit S. Birch¹⁾. Hall Schmidtii imaginem *b* littera notatam insignem in modum pravam et errorum plenam esse affirmat²⁾ optimo quidem iure: divisor restituendus est post iunct. 4 sig. 6, ita ut novem sint iuncturae. Iunct. 3 loco tertio et iunct. 4 loco quarto apud Hallium *ne* signum legimus pro singulari illo tabulae nostrae³⁾. Iunct. 5 sign. 5³⁾ apud Hallium manifestum est *no* neque eandem habet figuram, quam ultimum totius tituli signum, sicuti hic est. Quintam igitur iuncturam *μειναμένοι* interpretari, ultimo autem signo aliam significationem tribuere licebit; nec male Deecke⁴⁾ legendum proposuit *e. ne. re. ze ἔφεξε*, quod ad sententiam tituli optime quadrat.

De primis huius tituli verbis nondum quod omni ex parte placeat a viris doctis prolatum est. Ahrens eo recurrit, ut tres notas *ka. te. se* in iunctura tertia inter *se* et *ta* syllabas lapidarii culpa intercisisse putet; Schmidt in iuncturae secundae sede altera pro *u* conicit *mi*, sed neutra lectione multum proficimus ad sententiam efficiendam. Equidem Hallii sententiam secutus in *me. ne. se. ta. sa* nomen proprium muliebri inesse puto, etsi probabilis formae nomen indagare mihi non contigit. Quae tunc evadit sententia sane magis mihi arridet quam quas alii explorasse sibi visi sunt; est autem haec:

1) 'On some Cypriote Antiquities' cf. Transactions vol. IV (a. 1876) p. 20.

2) 'Proceedings' p. XXX.

3) Vid. tab. II nr. 1.

4) Cf. Philol. vol. 36 p. 27.

Ἐξαγγελτοκέρτρης (?) et mulier quaedam monumentum, cui incisa sunt verba, fratri erexisse se dicunt (*ὀνέθεμεν τόδε* vel tale quid facile suppleas) beneficiorum ab illo datorum memores.

Tab. XXI 2 (Ha. VII 30).

Imaginem huius vasis primus exprimendam curavit S. Birch¹⁾; quem quin Schmidt secutus sit quamvis non laudato Birchio haud dubium est. Hall in inferiore vasis parte quarto si a dextra incipis loco signum habet, cui Argentoratenses Ahrensque *ji*, Bergk (cui hac in re assentior) *vi* significationem tribuerunt²⁾, apud Schmidium et Birchium autem omissa lineola directa eadem nota legitur, quam tituli praecedentis ultima sede scriptam Deecke *se* alii *no* esse rati sunt. Sed Hall vas de quo agitur non ipse vidit imagine usus quam ei miserat Cesnola, cuius scripturae non prorsus confidere nos posse ex libro nuper edito intellegitur. Qua de causa errorem in altera imagine inesse minus confidenter dixerim.

Hoc unum addo, Schmidii interpretationem *Πάρωι γε εὐνοφεῖτε*, quae sane habet quo se commendet, non omni dubitatione vacuam esse. Primum enim, si Deecke suo iure signum illud ambiguum tituli antecedentis *se* interpretatus est, *εὐνοφεῖτε* recte sese habere nequit; deinde *γε* illud quid sibi velit non videmus.

Tab. XXI 4 (Ha. VIII 33, Cesn. 43).

Primam notam non plenam sed admodum mutilatam esse in monumento testatur Hall, *e* tamen non *po*, quod Schmidii tabula commendat, eam fuisse suspicatur. Alterum signum vel *te* vel *pu* ei videtur esse.

Tab. XXI 10.

In duabus armillis aureis, quas Cesnola Curii iuvenit, eadem verba, non prorsus eadem signa leguntur. Alterius

1) 'Transactions' vol. IV l. l.

2) Vid. tab. I nr. 44 et Jen. Lit. - Ztg. 1876 nr. 26.

tantum inscriptionem expressit Schmidt neque hanc omni ex parte accuratam: utraque enim armilla et primi et decimi signi aliam praebet formam atque tabula eius ¹⁾. Altera autem, quam Schmidt non adscripsit, notae *pa* paullulum aliam speciem oculis subicit ultimamque notam *se* non in sinistram sed in dextram spectantem ²⁾.

Tab. XXI 11 (Cesn. 55).

Inscriptionem et gemmam Cesnola alio loco ³⁾ expressit neque videtur perspexisse eam hac in tabula reperiri.

II

Cum ad finem corporis Schmidtiani pervenerim, transgredior iam ad titulos, quos Cesnola primus ante oculos nobis posuit: de quorum numero non nulli eximendi sunt, quos alibi iam editos esse aut ignoravit vir de monumentis Cypriis merittissimus aut parum curavit. Quos apponam numeris Schmidtianis adiectis; sunt autem hi:

Cesn. 19 (Schm. X 3)
 — 29 (— XIX 9)
 — 31 (— XX 2 a)
 — 39 (— X 2)
 — 55 (— XXI 11).

Contrario errore tit. 35 a Schmidtio (XVI 1) redditum dicit; nam titulo illi Schm. XVI 1 respondet Cesn. 15 et hic prorsus alia continet signa.

Singulos nunc titulos latinis et quantum fieri potest graecis litteris perscriptos proponam.

1) Vid. tab. II nr. 1.

2) Vid. tab. II nr. 10; armillam a Schmidtio non adscriptam *b* littera notavi.

3) 'Cyprus' tab. XLI a.

Tit. 22

Golgis repertus misere mutilatus est, ita ut pauca signa legere possimus haec:

1. +. —. *to.* —. *ra.* —. —. +. —. —. —. *po.* ||| |||
2. *te.* +. *to.* —. *a.* —. *i. se. ma.* —. *te.* —. *ka. ne.*

In tantis tenebris si quid mihi suspicari licet, in exitu tituli $\kappa\alpha\tau\acute{\epsilon}[\theta\eta]\kappa\alpha\nu$ esse crediderim.

Tit. 33

Curii repertus duas notas exhibet, quarum prior *vo* notae in obliquum flexae similis est¹⁾, altera sine dubio est *po*.

Tit. 35 Pylae repertus.

ti. mo (?). *se.* +. *te. se. to. a. la. ni* (?). *o. se.*

Signa pleraque dilucida sunt, sententia obscura. Signum alterum non certum est *mo*, quarto loco *re* videtur fuisse²⁾.

Tit. 36

frustum tituli obiter exarati Golgis repertum; sex sunt signa, tria plana:

e. —. *ta. mi.* ?. +. ?.

Quod hic quinto loco, idem signum in Cesnolae apographo Schm. XXI 1 *b* bis invenimus, ubi in Hallii tabula est clarum *ne*; quare etiam hoc loco fortasse non perperam de *ne* nota cogitaveris.

Titulum 44 et qui deinceps usque ad quinquagesimum quartum insequuntur titulos nec non quinquagesimum septimum effodit Cesnola ad Cythrea vel Khytrea oppidum, quod sine dubio est veterum $\chi\acute{\upsilon}\tau\rho\iota$. Hi tituli imprimis eam ob causam alicuius momenti, quia fere omnes praebent nomen Veneris deae. Mirum enim erat deae in Cypro insula omnium maxime cultae mentionem in hoc titulorum genere fieri nullam. Iam vero hoc nomen in iis de quibus nunc agendum est titulis

1) Vid. tab. II nr. 11 et tab. I nr. 45.

2) Vid. tab. II nr. 12.

tam frequens est, ut non dubitem, quin Cesnola in aliquod Veneris templum inciderit.

Tituli 44 et 45 brevis uterque nomen deae praebent:

44. *ta. pa. pi. a.* τᾶ(ι) Παφία(ι)

45. *ta. se. pa. pi . . . τᾶς Παφίας.*

Ad priorem ὁ δεῖνα δνέθηκεν τόδε, ad alterum δνάθημά ἡμι vel simile quid mente addendum est.

Tit. 46.

vs. 1. <i>po. ro. ta. ti. mo. e. mi. ta.</i> <i>se. pa. pi. a. se. to. i. e.</i>	Πρώτα Τίμω ἡμι τᾶς Παφίας τῶ ἰε-
vs. 2. <i>ti. vo. se. ti. se. ?.</i> <i>ka. te. te. ke. ta. i.</i>	ρέος] κατέθηκε τᾶι
vs. 3. <i>pa. pi. —. —. —. i. a. po.</i> <i>ro. ti. ta. i.</i>	Παφ[ᾶι τᾶ]ι Ἀφροδίτᾶι.

Secundi versus finis et totus versus tertius satis perspicuus est; in tertio autem versu tria signa *a. i. ta* intercepta ducere per spatium lacunae licet. In priore versus secundi parte nomen eius qui donum posuit subesse credo: ad cuius formam perspicendam impedimento est signum sextum obscurum et aperte corruptum.

Verbis initio primi versus scriptis: Πρώτα Τίμω signa tradita interpretari conatus sum: quorum nominum prius in Anthol. Palat. lib. V carm. 108 legitur, neque patris nomen, ante quod, ut saepius fit, articulus non adscriptus est, tam singularis est formae, ut exstitisse id negari possit. De collocatione verborum in altera versus primi parte conferas velim titulum Schm. VIII 3a: τᾶς φανάσσης τῶ ἱερέος. Commemorandum est praeterea ab omnibus titulis Chytris repertis *i* consonantem parasiticam esse alienam: scriptum enim est Παφία non Παφία. Simile est quod legimus in simpulo argenteo (Schm. VII 1) Γολγῆαι non Γολγῆᾶι et in tit. Schm. XXI 1 ἐνφεργεσίας. At Idaliensis tabula cum plerisque aliis post *i* litteram syllabae *ja* non *a* notam exhibet. Admodum igitur fluctuarunt hac in re homines Cyprii. Atque idem valet de

je signo; quin etiam in uno eodemque vocabulo promiscue *je* et *e* scripta esse docent *ἰερεῖς* (Schm. VIII 6), *ἰερεός* (Schm. VIII 3 α), *ἰερέριαν* (tab. Id. vers. 20), *ιερεός* (Schm. VIII 3 β et Cesn. 46).

Tit. 47.

vs. 1.	<i>ta. se. te. o</i> <i>ta. +</i>	<i>τᾶς θεῶ τᾶς</i>
2.	<i>a. ? ta. ra. +</i>
3.	<i>te. mi. +</i>	<i>-θεμις</i>
4.	<i>o.</i>

Vers. 2 signum secundum similitudinem gerit eius syllabae *se* signi quod legitur in titulis Paphiis (Schm. VIII 3 α, β, γ) ¹⁾, sed noli hanc ei tribuere significationem, cum in versu primo usitata huius litterae forma inveniatur. Deam cuius mentio fit primis verbis, Venerem esse veri est simillimum.

Tit. 48.

. *se* | *pa. pi. a. se* α]ς Παφίας.

Primum signum, quod plenum *ta* videtur esse, melius *se* nota habetur, cuius notae alteram particulam lineolam antecedentem existimo ²⁾).

Titulus 49 per se clarus est:

ta. se | *pa. pi. a* *τᾶς Παφία]ς*.

Tit. 50.

pa. o. a. se. Πα[φ]ίας.

Παφίας profecto legendum est, nam lineola alteri signo infra apposita, qua *pi* in *o* mutatur ³⁾, vel casui cuidam vel lapidarii errori tribuenda est.

Tit. 51.

vs. 1.	— — <i>ta. se.</i> — — <i>ta. se. pa</i>
2.	<i>a. u. ta. ra. mi. ka. +</i>
3.	<i>o. na. ka. te. mi. se.</i>

1) Vid. tab. I nr. 47 alterum signum.

2) Vid. tab. II nr. 13.

3) Vid. tab. I nr. 4 et 18.

In tertia vers. 3 nota alteram lineam transversam, qua adiecta *si* nota evadat ¹⁾, vel in monumento vel in apographo intercidisse persuasum habeo: interposito enim *si* signo Ὀρασίδεμις scriptum habemus, quod nomen optime convenire viro Cyprio docent haec duo nomina: Ὀραστρίμος (Schm. III 1) et Ὀραστρίοχος (Schm. V).

Versus primus varia suspicandi ansam praebet. Mihi haec explicatio in mentem venit:

τᾶς [θεῶ] τᾶς Παφίας

Tituli 52 signa duo nominis deae reliquias esse praecedentibus titulis collatis admodum probabile est; sic igitur scribo:

. . pi. a Παφία .

In titulo 53 rursus plenum nomen divinum legitur:

+ . pa. pi. a. se. va τᾶς] Παφίας φα

Signi *se* quod *pa* notam antecedit linea certe directa reliqua est.

Tit. 54.

a | pi.

Haec duo signa, inter quae divisore distinctum est, ne coniecturae quidem ansam praebent.

Tit. 57.

ko (?). te (?). ke. a.

Qui primum signum excipere videtur divisor potius ad alterum signum pertinet vestigiumque lineae transversae obliteratae est ²⁾. Si autem signum alterum recte *te* interpretatus sum, id quod primo loco exstat *ko* ferri vix potest: fortasse ibi scriptum erat *ne* fuitque olim in lapide: ὀνέθηκε
 '4

Tit. 58

? . la. +. +. +. ti. pa.

1) Vid. tab. II nr. 14.

2) Vid. tab. II nr. 15.

et tit. 59

1. *ka. +. vo*

2. *ti. la*

Curii reperti nihil nobis prosunt.

Titulus 60 Amathunte repertus.

— *mi. pi. ?*.

Ad similitudinem signi quarti accedit nota, quae in nummo quodam legitur ibique *e* significat ¹⁾; itaque etiam in hoc signum fortasse idem cadit.

Titulos 61

+. lo. + | a

cuius tertium signum mutilatum fortasse *ne* fuit ²⁾,

et 62

cuius nullum signum dilucidum, nisi forte ultimum est *to* ³⁾, ubinam invenerit non docet Cesnola.

III

Iam restat, ut de Luynesii nummis agam. Partem inscriptionum reddidit Brandis ⁴⁾ sed saepius ille quidem non recte interpretatus, cum significationem non nullorum signorum veram non intellexisset. Deecke et Siegismund singula quidem signa e nummis in tabulam litteraturae Cypriae transcripserunt, plenas inscriptiones paucas proposuerunt huc illuc dispersas. Ac ne ego quidem omnes deinceps nummos enume-

1) Vid. tab. Stud. VII p. 264 nr. 2 extr. et tab. II nr. 16.

2) Cf. Schm. XXI 1 b iunct. 3. sig. 3 et tab. II nr. 17.

3) Cf. Schm. XXI 10 iunct. 2 sig. 1 et Deeckii 'Der Ursprung der kyprischen Sylbenschrift' tab. II nr. 19 extr.

4) Versuch zur Entzifferung der kyprischen Schrift, Berl. Monatsberichte a. 1873 p. 643 sqq.

rare in animo habeo sed eos tantum, de quorum inscriptionibus cum aliqua veri specie iudicium facere liceat. Neque, quoniam rei nummariae peritus non sum, agere mihi proposui nisi de inscriptionibus nummorum: omnes ceteras quaestiones missas facio.

Tab. I 1. *e. u. va.*

+. +. +.

Rs. ¹⁾ *pa.*

Pa vel *pa. si* compendia pro βασιλεύς vel βασιλέως scripta saepissime exstant, aequae ac *BA* in nummis graecis.

Tab. I 2. *e. u. va.*

+. +. +.

Rs. *lo.*

pa. si.

Quod Brandis ²⁾ primum signum *l* interpretatus cum ceteris coniunxit et hanc iuncturam *pa. si. le. o. se* vel *pa. si. le. u. se* vice fungi voluit, neminem iam probaturum esse confido. Nam et signum illud *lo* significare satis constat neque ordo, quo signa posita sunt, Brandisii sententiam commendat. Equidem *lo* signo vel monetae officinatorem vel formarum scalptorem notari censeo, nisi est nota aliqua ad rem nummariam pertinens.

Tab. I 3. *e. u. va.*

te. +. se.

Quinto loco de Luynes alterum *te* quamquam paullum oblitteratum indagasse sibi visus est, Brandis ³⁾ certum esse *te* negat, eo nomine notandus quod signum illud in transcribendo plane neglexit. Ego quidem *o* ibi fuisse contendo, quod a *te* signo non procul discedit ⁴⁾: quo efficitur genitivus quidam Εὐφά(ν)-θεος. Et cum nummi antecedentes paris sint notae, non Eua-

1) Quae nos 'Avers' et 'Revers' vocamus, ea frontem et tergum nummi vocare, pro altero autem Rs. compendio uti mihi liceat.

2) L. c. p. 660 nr. 24.

3) P. 657 nr. 13.

4) Cf. tab. I nr. 4 et 12.

gorae eos tribuerim, quamvis reliquiae signorum oblitteratorum, quales sunt apud Luynesium, *ko. ra. u* notarum similitudinem prae se ferant, sed potius eidem Euanthi, itaque haec signa suppleverim: *te. o. se.*

Rs. *lo.*

pa. si.

Tab. I 5. *e. u. ve.*

ro. ro (?) . ? . se¹⁾.

Brandis²⁾ signa investigavit haec: *e. u. ve. ja (?) . mu (?) . ro. se;* sed neutrum aptam praebet nominis proprii formam. Quarto loco, ubi hic *ja*, de Luynes *ro* agnovit, *le* exstitisse a vero non abhorret³⁾. Sed ne hac quidem sententia probata quicquam proficimus.

Rs. *ku.*

Quae nota sine dubio idem significat quod in nummis graecis *KY: Κυπριων.*

Tab. I 6. Frontis signa nimium sunt oblitterata:

Rs. *pa. —. le. o. se.*

Signum *si* supplendum esse de Luynes iam vidit non perspecta significatione. Notae ita in spatium quadratum discriptae sunt, ut prima *pa* medium locum obtineat in cruce ansata, ceterae in angulos distributae sint in modum hunc:

[*si.*] *se.*

pa.

le. o.

Tab. I nummum 7 supra commemoravi ad Schm. X 1 (p. 272). Uterque nummus impressum habet *Εὐέλθο(ν)τος* genetivum nominis regii. *Εὐέλθο(ν)τα* enim regem fuisse Salaminis Cypriorum ex Herodoti historia (IV 162, V 104) comperimus, vixitque ille circiter medium saeculum sextum a. Chr. n. Eiusdem nominis casum nominativum investigavi in huiusce tabulae nummis 8 et 14:

1) Versum 2 reddidi tab. II nr. 18.

2) P. 666 nr. 42.

3) Cf. nummum I 7 et quae Brandis adnotavit p. 659 nr. 22.

Tab. I 8 +. u. ve.
 +. to. ne.
 I 14 +. u. ve.
 —. to. ne.

In utroque nummo signum primum paene interiit; quarto prioris nummi loco idem signum mutilatum exstat, quod in I 7 *le* notam esse suo iure suspicatus erat Brandis¹⁾, in nummo quarto decimo hoc signum plane intercidit. Equidem non dubito utriusque nummi inscriptionem ita interpretari: $E\dot{\nu}\rho\epsilon[\lambda]\theta\omega\nu$.

Tab. I 9 *ko. ro.*

Euagorae hunc nummum adscribendum et $E\dot{\nu}\rho\alpha\gamma\acute{o}\rho\omega$ legendum esse manifestum est²⁾. Non obstat quod ante duo quae supersunt signa spatium non suppetit tribus litteris *e. u. va*, quoniam *e. u.* supra appositae fuisse possunt³⁾.

Rs. Quinque signa eadem ratione distributa sunt atque *pa. si. le. o. se* in tergo nummi I 6:

mi (?). *te.*
 ni.
ni. *se.*⁴⁾

Si nummum a Langio repertum, cuius inscriptionem:

mi. *la.*
 +.
ni. +⁴⁾

Brandis⁵⁾ expressit, eiusdem notae exemplar esse Schmidt⁶⁾ recte coniecit, alter alterum explet, ita ut plena inscriptio sit haec:

mi. *la.*
 ni.
ni. *se.*

quam equidem interpretari nequeo. Nullo modo tamen probandum est, quod Schmidt, quamvis utrumque nummum eius-

1) P. 659 nr. 22.

2) Cf. Luyn. tab. IV 1 sqq.

3) Cf. Luyn. tab. VI 10.

4) Vid. tab. II nr. 19.

5) P. 659 nr. 20.

6) 'Die Inschrift von Idalion' p. 30.

dem notae exemplar esse dixerit, Langii exemplari nisis medio loco probavit *sa*, cui Luynesii nummus obstat, et neglecto signo, quod est in dextero inferiore angulo, *Σαλαμινίων* intellexit. Accedit quod is ordo, quo signa hic discripta essent $\begin{matrix} 3 & 2 \\ 4 & 5 \end{matrix}$, differret ab ordine in tergo nummi I 6 servato $\begin{matrix} 2 & 5 \\ 3 & 4 \end{matrix}$. Nec minus obscura sunt quae leguntur in

Tab. I 11 Rs. *ri. la.*
ni.
ta. ka.

Cuius nummi alterum exemplar est apud Brandisium¹⁾; exhibet quidem hic medio loco *pa* et pro *la* signum paullum diversum²⁾: sed neque cetera signa differunt et utriusque nummi frons plane eadem est. In quo legitur: *pa. si. le βασιλέ[ος] vel βασιλε[ύς]*.

Tab. I nummus 12 nominativum eiusdem nominis continet, cuius genetivum num. I 3, *e. u. va. te Εύφά(ν)θης*. Nominativum autem esse existimo propterea quod in tergo signa *pa. si. le* quod excipit signum oblitteratum ad *u* magis quam ad *o* notae similitudinem accedit, *βασιλε[ύς]* igitur ibi legendum est.

Tab. I 13. *e.*
Rs. *pa.*

Ob similitudinem notae Euanthi regi hunc nummum tribuo itaque *e* primum huiusce nominis litteram esse opinor.

Tab. XII nummum 1 *pa. si. e. u*, quem Luynesium secutus huic tabulae adiungo, propter crucem ansatam quae est in tergo litteris non additis Euelthonti attribuo³⁾ et signa tradita sic interpretor *βασι[λει]ς Εύ[φ]ελθων*.

Tabulae II nummi ad unum omnes vel nullam omnino inscriptionem vel pusillas reliquias ostendunt, quarum nullus

1) P. 656 nr. 12.

2) Vid. tab. II nr. 20.

3) Cf. num. I 7 et Schm. X 1.

est usus. Nummus II 18 et qui ei par est XII 6 graecis litteris inscripti sunt. In num. XII 2 quem formae causa huc adiungit de Luynes signa explorasse sibi visus est haec *sa. to. sa. to.*, quae tabula non satis comprobantur.

Tab. III 1. Rs. *sa. ta. sa. to.*

si. pa.

Signa *βουστροφηδόν* scripta sunt et sic interpretanda *Στασά(ν)δ[ρω] βασι[λέος]*. Huius et sequentis nummi inscriptionem exprimendam curavit Brandis¹⁾, sed errat quod cruceam ansam, quae saepissime in his nummis occurrit, *to* notam esse putat.

Tab. III 2. Rs.

sa. ta. sa. to. ro | *Στασά(ν)δρω*
pa. si. *Βασι[λέος].*

Hic nummus antecedenti simillimus plenum nomen regum continet. Nec dubito quin num. III 3 idem nomen exhibuerit, quamvis nunc nihil supersit nisi *ta. sa.* Eidem Stasandro tab. III nummum 5 sicuti praecedentes tauro et aquila signatum attribuo et signis *pa. sa* notata esse haec verba censeo: *βασιλέος Στασάνδρω.*

Tab. III nummi 7—12 eiusdem certo sunt regis, inscriptiones tamen ita sunt obscuratae, ut vix unum alterumve signum pervidere possimus.

Tabulae IV nummi omnes Euagorae regis iussu percussi sunt, plenum autem *Εὐαγόρω* nomen non est nisi in primo, cuius inscriptionem reddidit Brandis²⁾, qui falso tertio loco a signum legit, ubi *va* est in nummo, transcripserunt Argentoratenses³⁾: in ceteris nomen varie est mutilatum.

Tab. V 1 +. *se. ?.* *pi. e. u. se*⁴⁾.

Primo loco linea directa cernitur, tertio idem signum quod

1) P. 661 nr. 27.

2) P. 660 nr. 25.

3) Stud. VII p. 222.

4) Vid. tab. II nr. 21.

exstat duobus in titulis Schm. VIII 6 et XIV 1, quodque de Luynes iam *ku* mutilatum duxit; et similis sane est *ku* notae quam *ma*, cuius fungi vice illud alii existimarunt. Inscriptionem Brandis¹⁾ modo minime probabili interpretatus est. Equidem suspicor duo in nummo exstitisse verba, prius mutilatum. Cum autem omnium consensu Apollinis caput in nummo impressum sit, hunc deum in inscriptione appellatum esse probabile est. Atque primo quidem loco, cum linea directa *ta* signi vestigium esse possit, Ὑλάτας legendum propono. Restant deinde signa *ku. pi. e. u. se*, in quibus alterum nomen divinum subesse necesse est. Et si omnia quae traduntur Apollinis cognomina perlustramus, duo nobis praesto sunt, de quibus hic cogitare possimus. Lycophron enim poeta reconditoris doctrinae plenus versu 426 Calchantem vatem Μολοσσοῦ Κυπέως Κοῖτου κύκνον dicit, quibus nominibus admodum abstrusis magis ut solet celat quam demonstrat, quemnam intellegi velit. Manifestum autem est Apollinis cygnum Calchantem vocari. Fuit igitur Κυπέως nomen deo; sed quomodo explicandum sit, valde est ambiguum²⁾. Itaque alteram huius nominis formam fingere et signa tradita Κυπιεύς interpretari non ausim.

Alterum deinde Apollinis cognomen est Γυπαιεύς, cuius originem Cononis narratione tricesima quinta relatam esse tradidit Photius³⁾. Pastor enim Ephesius, qui in profundam voraginem inciderat, cum Apollinis consilio obsecutus, qui eum mortem simulare per somnium iussisset, a vulturibus tamquam mortuus sublatus atque ita servatus esset, Apollo hac de causa cognomen Γυπαιεύς accepisse dicitur. Quae narratio ad nomen explicandum ficta cum doceat exstitisse nomen, Photii testimonio nisus signa tradita sic transcribo *ku. pi. e. u. se Γυπιεύς* et fieri potuisse credo, ut haec altera esset forma nominis a Photio traditi⁴⁾.

1) P. 662 nr. 31.

2) Cf. H. Steph. Thes. ling. Gr. s. v.

3) Bibl. nr. 186.

4) Cf. γυπιάς πέτρα Aesch. Suppl. 796 (Dind. Poet. Scen. ed. V).

Rs. *pa. si. le. o. se.* Βασιλέος
ti. mo. ka. ri. vo. se. Τιμοχάρτος.

Huius inscriptionis supra mentionem feci ad titulum Schm. VIII 3a¹⁾; idem et hic et illic exstare nomen primus intellexit G. Smith²⁾, Deeckium et Siegismundium videtur fuisse.

Tab. V 2.

pa. si. le. u. se. + . i. ko.

Signum oblitteratum, quod *i* notam antecedit, *vo* fuisse censeo, quamquam quod superest neque *ka* neque *ti* significationi prorsus obstat; itaque signa sic transcribo βασιλεύς φοικος. In tergo autem haec leguntur:

pa. si. le.

sa. ta. si. ka.

cuius inscriptionis versu altero Stasicratis nomen mutilatum contineri Pierides³⁾ iam intellexit. Deinde cum eiusdem familiae viri similia nomina habere soleant, in fronte nummi Στασιφοικος scriptum fuisse pono. Quia autem in fronte nominativum nominis proprii fuisse βασιλεύς vocabulum ostendit nec verisimile est in utraque nummi parte nominativum expressum esse, in tergo patrem regis, cuius nomen in fronte legimus, nominatum esse opinor, ita ut plena nummi inscriptio haec sit:

Βασιλεύς [Στασι]φοικος

Rs. Βασιλέ[φος

Στασικράτεος.

Tab. VI nummi 3 inscriptionem a sinistra ad dexteram directam esse de Luynes ipse suspicatus erat⁴⁾: Lang autem nummos sphingis nota impressos Idaliensibus adscripsit, et G. Smith signa agnovit *e. ta. li^s*). Ac sane Luynesii tabula *e* vel magis commendat quam *va* quod ipse legit. Habemus

1) Vid. p. 271.

2) 'Transactions' vol. I p. 141.

3) 'Transactions' vol. IV p. 40.

4) 'Numismatique' p. 34.

5) 'Transactions' vol. I p. 135 („the characters of the name Idalium“).

autem hic eandem notae *e* formam, quam in titulo Schm. XXI 1 sed inversam ut in inscriptione retrograda; itemque signa *ta* et *li*, usitatas formas, si comparaveris, inversa esse intelleges¹⁾. Itaque rectum viderunt viri illi docti.

Iam iam singulis titulis nummisque Cypriis perlustratis id quod mihi proposui ad finem perduxi. Quae si quis tabularum interpres in suum commodum convertere potuerit, gratum erit.

Placet tamen appendicis instar in conspectu ponere, quot singularum notarum Cypriarum exempla reperiantur, quia quo saepius nota quaedam repetitur, eo minus de significatione eius dubitari potest²⁾. Et sic quidem hunc indicem notarum instituan:

Singulas notas eodem ordine, quo enumeratae sunt in tabula litteraturae Cypriae infra adiecta (tab. I), proponam. Diversas eiusdem syllabae formas si quae sunt additis numeris significabo. Nec tamen in tabula mea, quae ab ea, quam Argenteratenses in Curtii Stud. vol. VII p. 264 ediderunt, fere non differt nisi quod in angustum coacta est, omnium diversitatum rationem habui. Graviorum tantum curavi saepiusque plures notae alicuius formas, inter quas paullulum tantum interest, ad unam rettuli principalem. Denique haud ab re duxi earum quae rarius leguntur notarum omnia adscribere exempla.

Notae *a* sunt 103 exempla.

- *e*1 — 58 —
- *e*2 — 8 exempla: Ἐχτιμῶν ἰσρέος Schm. VIII 3β; Ἐδαλιῶ VII 2; μεγακτε[ύ]ς (?), *e. γ. πα. si. ne* VIII 5; Ἐτε-
ρά(ν)δρω XXI 10; *to. po. to. e* XII 2; *e. u. ?. ve. i. te*
 XXI 2.
- *e*3 — 19 exempla.

1) Vid. tab. II nr. 22.

2) Quod ad notas quae aliquanto frequentius inveniuntur attinet, numeros quos apponam, quamvis pro infirmitate humana diligens fuerim, omnes exactos esse non contenderim.

Notae : sunt 190 exempla.

- *o1* — 114 —
 — *o2* — 9 exempla: *ί̄je[ρ̄ε]̄os* VIII 3 α; *βασιλέ̄ος, ῑε̄ρός* VIII 3 β;
o. a. ? . ? . se, σ̄πέ̄ος VIII 4 et 5; *ό̄* VIII 5 et 6.
 — *u1* — 60 exempla.
 — *u2* — 4 exempla: *κατ̄σκαύ̄ε̄ασε* VIII 4; *᾿Γλάτ̄ται* VIII 4 et 5;
μεγακ̄η̄νε[ύ]̄s VIII 5.
 — *ka* — 87 exempla.
 — *ke* — 41 —
 — *ki* — 10 exempla: *ικ̄(ι)μᾱμένος* tab. Id. vs. 3; *τέρ̄χ(ι)ν̄ε̄ja* tab.
 Id. vs. 9, 18, 22; *Μιλ̄ῡιάθ̄ωνος* Schm. II; *Γιλ̄γ̄αο* (?),
Μαγ̄ῑρω VI 2; *Γολ̄γ̄ῑται* VII 1; *κ̄i. ? . ka. vo. se* VII 5;
ta. pi. te. k̄i. si. o. i XVII 1.
 — *ko1* }
 — *ko2* } sunt 43 exempla¹⁾.
 — *ko3* }
 — *ku1* sunt 16 exempla.
 — *ku2* — 3 exempla: *Γ̄ῡπῑεύ̄s* Luyn. V 1; *κ̄u. ? . ro. se* Schm.
 VIII 6; *κ̄u. ne. mo. o. se* XIV 1.
 — *ta* — 135 exempla.
 — *te* — 102 —
 — *ti* — 67 —
 — *to1* — 162 —
 — *to2* — 8 exempla: *τ̄ω̄* Schm. VIII 3 α, 3 β, XXI 10; *τό̄* VIII
 4, 5; *τό̄[δε]* VIII 4; *to. ? . ve. na. i . . .* VIII 6; *᾿Ετᾱ-*
σ̄ά(ν)δ̄(σ)ρω XXI 10.
 — *tu* — 16 exempla.
 — *pa* — 109 —
 — *pe1* — 5 exempla: *πε̄ί̄σει* tab. Id. vs. 12, 25; *πε̄δ̄ῑj̄αι* Id. vs. 18;
πε̄ρ̄[?] Id. vs. 27; *᾿π̄ε̄δ̄ῡκε* (?) Schm. II.
 — *pe2* — 7 exempla: *πε̄(μ)πᾱμ̄έ̄ρων* Schm. II; *σ̄πέ̄ος* VIII 4, 5;
to. pe. ra. xe. lo. ro. se, lo. li. to. pe. pa. za. ka
 XVII 5; *pe. ? . pa. i. + XX* 6; *Π̄ε̄ρ̄σ̄ν̄ῑται* XX 6.
 — *pi* — 23 exempla.
 — *po* — 56 —

1) Inter tres notae *ko* formas accurate discerni nequit propterea quod per complures formas medias sensim ab una ad alteram fit transitus. Idem valet de notae *si* formis 1 et 2.

Notae <i>pu</i>	sunt	6	exempla: <u>ἀπύ</u> Id. vss. 8, 17; <u>pu</u> (?) <i>je. to.</i> ? Schm. IX 2; <u>pu. ru</u> (?) <i>ti. to. zo</i> IX 6; +. <u>pu. o. le. na. i</u> XXI 4; <u>Pu</u> abbr. Luyn. III 6.
—	<i>la</i>	—	24 exempla.
—	<i>le1</i>	—	37 —
—	<i>le2</i>	—	2 exempla: <u>βασιλῶς</u> Schm. VIII 3 β; <u>βασιλέως</u> XXI 10.
—	<i>li</i>	—	24 —
—	<i>lo</i>	—	32 —
—	<i>lu</i>	—	2 exempla: <u>λύσαι</u> Id. vs. 28; <u>λύση</u> Id. vs. 29.
—	<i>ra</i>	—	34 —
—	<i>re</i>	—	28 —
—	<i>ri1</i>	—	8 exempla: <u>Ἄλα(μ)πρωτάται</u> Id. vs. 8; <u>ἀ(ν)δρωτά(ν)ταν</u> Schm. II; <u>Ἀριστόφα(ν)το(ς)</u> , <u>Ἀρισταγόραν</u> VI 1; <u>Μαγρίω</u> VI 2; <i>rf. to. te. . .</i> XIV 3; <i>ni. rf. ta. ka. la</i> Luyn. I 11; <u>Τιμοχάρως</u> Luyn. V 1.
—	<i>ri2</i>	—	2 exempla: <u>Τιμοχάρως</u> Schm. VIII 3 α; <i>o. va. ? e. rf</i> XVII 5.
—	<i>ro</i>	—	55 exempla.
—	<i>ru1</i>	est unum	exemplum: <u>κᾶρυνξ</u> Schm. IX 9.
—	<i>ru2</i>	sunt	6 exempla: <u>δρύξη</u> Id. vss. 12 (bis), 24, 25; <u>Δρυμίων</u> Id. vs. 19; <u>pu. ru</u> (?) <i>ti. to. zo</i> Schm. IX 6.
—	<i>na</i>	—	63 exempla.
—	<i>ne</i>	—	88 —
—	<i>ni</i>	—	25 —
—	<i>no</i>	—	20 —
—	<i>ma</i>	—	12 —
—	<i>me</i>	—	22 —
—	<i>mi</i>	—	26 —
—	<i>mo1</i>	—	15 —
—	<i>mo2</i>	—	3 exempla: <u>Ὀνασίτιμος</u> Schm. III 1; <u>Φιλοτίμω</u> XXI 3; <u>Τιμοχάρως</u> Luyn. V 1.
—	<i>mu</i>	—	2 exempla: <u>Ἀμυκλοῖ</u> Schm. II; <u>Ἀμῦς</u> VII 1.
—	<i>ja1</i>	—	21 —
—	<i>ja2</i>	—	3 exempla: <u>Μιλκιάθωνος</u> Schm. II; <u>Στασίαν</u> VIII 1; <u>Στασίνας</u> VIII 2.
—	<i>je1</i>	—	3 exempla: <u>δυνατοίη</u> Id. vs. 6; <u>δακοίη</u> Id. vs. 16; <u>pu</u> (?) <i>je. to.</i> ? Schm. IX 2.
—	<i>je2</i>	—	3 exempla: <u>ἰς[ρε]ος</u> VIII 3 α; <u>ἰςρηός</u> VIII 6; <u>Je</u> (?) abbr. Luyn. V 6.
—	<i>va1</i>	—	16 exempla.

- Notae *va2* sunt 7 exempla: *Εὐφα* Luyn. I 1, XII 4; *Εὐφαγόρω*
Luyn. IV 1, 6, 8, 9, 10.
- *va3* — 3 exempla: *ῥάνασ(σ)αs* Schm. VIII 3 *α, γ*; *κατεσκείρασe*
Schm. VIII 4.
- *va4* est unum exemplum: *Ἐτερά(ν)δρω* Schm. XXI 10.
- *ve* sunt 28 exempla.
- *vi* (*ji*?) sunt 3 exempla: *πτόλιει* Id. vs. 6; *ἰερεῤιαν* Id. vs. 20;
Ἐδαλιει Id. vs. 31.
- *vo* sunt 33 exempla.
- *sa1* — 39 —
- *sa2* — 3 exempla: *ῥανάσ(σ)αs* Schm. VIII 3 *α, γ*; *ἀνάσ(σ)αs* VIII 6.
- *se1* — 193 —
- *se2* — 11 —
- *si1* } sunt 97 exempla ¹⁾.
- *si2* }
- *si3* sunt 3 exempla: *βασι[λε]ροs* Schm. VIII 3 *α*; *βασιλέοs* VIII 3 *β*;
ε. ? pa. st. ne VIII 5.
- *so* — 5 exempla: *τόσ(ο)δe* Id. vs. 30; *ἔχσο(ν)σi* Id. vs. 31;
νεροσο(ο)τάταs Schm. II; *ti. i. so. ni. ta. se* III 1;
Σόλω[ν VIII 1.
- *su* — 2 exempla: *σύν* Id. vs. 28; *σύ(ν)* Schm. VI 2.
- *za* — 11 exempla: *ζαί* Id. vss. 8, 17, 24; *ζαν* Id. vss. 10, 23, 28;
ζας Id. vs. 30; *ἀξαθαί* Schm. II, XVII, 1; ? *zα. ti*
XV 2; *lo. li. to. pe. pa. zα. ka* XVII 5.
- *ze* est unum exemplum: *ἔρεζe* Schm. XXI 1.
- *zo* sunt 4 exempla: *χρανζόμενον* Id. vs. 18; *pu. ru. ti. to. zo*
Schm. IX 6; *+ . mo. zo. + . te* XIV 2; *Ζωτία* XIX 1.
- *xe1* — 17 exempla: *έξ* tab. Id. (sexies); *δρύξη* tab. Id. (quater);
ῥάναξ Schm. II, VIII 2; *Τι[μα]ναξ* XI 2; *to. pe. ra.*
xe. lo. ro. se XVII 5.
- *xe2* est unum exemplum: *κᾶρυξ* Schm. IX 9.

1) Vide p. 299 adnot. 1.

EPIMETRUM

Priore huius libelli parte typis iam expressa in manus venit mihi commentatio Theodori Bergkii in Nov. Ann. phil. vol. 117 (a. 1878) p. 513, qua iudicium fecit de Schmidtii corpore inscriptionum Cypriarum. Quae commentatio minus ad me pertinet, propterea quod Bergk non tam ad tabularum ipsarum lectionem, cui ego imprimis operam dedi, quam ad adnotationes animum advertit: unum tamen quod coniecit Bergk silentio non praetermittam, cum eadem de re ipse supra sententiam proposuerim. Agitur enim de pecuniae summa quadam in tabulae Idaliensis versu 15 sq. iterumque in versu 26 descripta in modum hunc: *pe* ||| | *pe* || *ti. e* (vide supra p. 265). Ubi ultimas litteras *ti. e* compendium esse scripturae dicit Bergk *ΔΙΕ* pro *διέκολος*; ita enim transcripsisse Cyprios Hebraeorum שֶׁקֶל 'shekel', quod apud ceteros Graecos est *σίκλος* vel *σίγλος*, pronuntiasse autem *ζέκολος* vel *ζέκλος*. Fingamus, id quod nego, hanc rationem scribendi admitti posse: quonam tandem modo in vocem Hebraicam ζ illud irrepsisse credamus? Itaque facere non possum, quin in sententia supra proposita perseverem, quae propius a vero abesse mihi videtur quam Bergkii sententia.

1.

<i>apud Schmidium</i>	<i>legitur</i>	<i>legendum est</i>
I vs. 7.		
II vs. 2.		
vs. 4.		
III 1 ^a vs. 3.		
X 1		
XI 2 vs. 3.		
vs. 1.		
XI 5 vs. 2. (sig. 18)		
vs. 2. (sig. 15/16)		
unct. 3. (sig. 5)		
XXI 1 ^b unct. 4. (sig. 4)		
unct. 5. (sig. 5)		
XXI 10 sig. 1		
sig. 10		

2.

Schm.Lus. 5. 6. 11. ti.

16. 16. 17.

3. 4^a 17

ke. i. 4^b

Schm.Lus. 5 4^b

5. a b 4^c

18.

6. 7. 8. Schm.XX.6^a

vs. 1. sig. 2. sig. 11.

9. armilla^a 10. Schm.XXI.10

11. armilla^b

19. Luyn.

20. Lang.

12. sig. 2. sig. 4.

21.

13.

14.

22.



DE
CICERONE, ASINIO POLLIONE, C. OPPIO

RERUM CAESARIANARUM SCRIPTORIBUS

SCRIPSIT

GEORGIUS THOURET



PRAEFATIO.

Historia labentis liberae rei publicae Romanae historia est Caesaris. Caesarem autem eam viam ingressum esse, quae post caedem Gracchorum rebus Romanis esset tamquam aperta, consentiunt viri docti nostrae aetatis, cuius — nisi fallor — proprium est studium hominum personas ex rebus, non res ex personis intellegendi. At veterum scriptorum quod nemo fere rerum Romanarum progressus, qui fuit a Gracchis usque ad Caesarem, rationem habuit, mirari desinemus, si considerabimus, qua usi sint ratione in scribendo. Nam praeter viros resque bello gestas neglegebant propemodum omnia ¹⁾.

Atque profecto Caesar erat is, qui animos hominum percuteret quique neminem nullius partis esse sineret. In ingentibus illis immanibusque dimicationibus et inter ipsam flammam belli civilis valebat unum hoc: aut pro me aut contra me — tertium non datur. Itaque fieri non potuit, quin quaecumque ab aequalibus tunc scriberentur de Caesare, maxime inter se discreparent: quin sectatores Caesaris ab obtrectatoribus sicut lux a nocte distarent. Tum demum cum dimicandi finis factus erat aequales sedatiore animo de Caesare iudicare resque ab eo gestas aequiore stilo scribere potuerunt.

Ad cognoscendam historiam aetatis Caesarianae qui scriptores nobis usui sunt, eorum plerique — dico Plutarchum, Appianum, Cassium Dionem — aliquot saeculis post Caesaris obitum floruerunt.

Obstupefactus, quod omnes fere veteres scriptores Caesari

1) Cfr. Nitzsch: Die Gracchen etc., Berlin 1847, p. 436.

favent Caesarisque laudibus, mihi proposui quaerere, qui factum esset, ut adversaria pars non audiretur. Qua de re ad certum iudicium perveniri non posse mihi persuasi, nisi indagatis detectisque fontibus, ex quibus sua quisque scriptor hauserit. Itaque permultae mihi exstiterunt singulae quaestiones, quarum tres hac dissertatione coniunctas proponere audeo. Simul in animo habeo, si probata erunt, quae invenisse mihi videor, labentis liberae rei publicae Romanae scriptores perlustrare atque ostendere, quid cuique ad res Caesarianas illustrandas debeamus.

I. Ciceronis *περὶ ὑπατείας*.

Weicherto asseveranti non esse, cur lugeamus, quod Ciceronis commentarius *περὶ ὑπατείας* perierit ¹⁾, plane assentiri non possum. Nam etiamsi nulla fere oratio a Cicerone post annum 691 u. c. habita nobis exstat, in qua non multa fecerit verba de consulatu suo quasi sole suae vitae, etiamsi quattuor illae orationes Catilinae res, quae ad coniurationem Catilinae pertinent, luculentissime illustrant atque demonstrant, etiamsi denique Cicero librum, de quo agitur a. 693/94 u. c. confecit ²⁾, quo tempore ipse rerum status impedivit, quominus detegeret, quid vere sentiret de Caesare: tamen nescio an recte iudicem, magni nobis pretii futurum fuisse, si praeter Sallusti librum servatus esset alter de Catilinae coniuratione ab aequali scriptus.

Sed vana haec quaestio atque inanis videri debet, cum non solum ille liber Graece compositus perierit, sed etiam quaecumque Cicero eodem de consulatu suo vernacula lingua

1) Imp. Caesaris Augusti scriptorum reliquiae vol. I, Grimma 1841, p. 197.

2) Id. Mart. 694 Cicero ad Atticum scribit (I 19, 10 Or.): commentarium consulatus mei Graece compositum misi ad te.

scripsit¹⁾. Neque tamen dubito hanc quaestionem movere. Nam postquam Heerenius primus, quantum videtur, contendit²⁾, Plutarchum ea parte vitae Ciceronis, qua coniurationem Catilinae persequitur, ex commentario Ciceronis *περὶ ὑπατείας* hausisse, viri docti hac de re in utramque partem disputaverunt³⁾. Quam ob rem singulis in unum collectis quaestionem, quae est de commentario Ciceronis, ad finem perducere conabor. Quo facto docebo, quem inde fructum percipiamus nos, qui scriptorum rerum Caesarianarum perscrutemur naturam.

Sallusti liber de Catilinae coniuratione scriptus, quem integrum in manibus nos habere quis est quin gaudeat, apud rerum scriptores summa auctoritate floruit. Nam etiam Orosius dicit (VI 6 extr. Hav.² p. 215): „sed hanc historiam (scil. coniur. Cat.) agente Cicerone et describente Sallustio satis omnibus notam nunc a nobis breviter fuisse perstrictam sat est.“ Itaque factum est, ut complures rerum scriptores librum eius fontem adhiberent. Atque Appianum quidem in narranda coniuratione Catilinae (b. civ. II 2—8) maxima ex parte Sallustium secutum esse, Wijnne⁴⁾, Wiedemann⁵⁾, Schliephacke⁶⁾, alii⁷⁾

1) Epistolam ad Pompeium „de rebus suis in consulatu gestis“; cfr. schol. Bob. in or. pro Planc. p. 271 Or.; pro Sulla 24, 67; commentarium de consulatu suo Latine compositum cfr. ad Att. I 19, 10; tertium: poema de eodem consulatu; cfr. ad Att. l. l. Schol. Bob. p. 267, de quo non nulli versus servati sunt.

2) Comment. IV de font. et auctor. vit. parall. Plut. Verm. histor. Schr. Göttingen 1821, III p. 23; 417.

3) I. I. G. Lagus, Plutarchus vitae Ciceronis scriptor (in script. acad. Helsingfors. 1846—47). H. Peter, Die Quellen Plutarchs etc. Halle 1865, p. 132 sqq. Weizsaecker, Ciceros Hypomnema u. Plutarch, N. Jahrb. f. cl. Phil. 111, 1875, p. 417 sqq. Duebi, Die jüngeren Quellen der Catil. Verschwörung, N. Jahrb. f. cl. Phil. 113, 1876, p. 551 sqq. Schliephacke, Ueber die griech. Quellen zur Catil. Verschw., Progr. der Realschule zu Goslar 1877.

4) De fide et auctoritate Appiani. Groningae 1855, p. 41 sqq.

5) Appian über die Catil. Verschw., Philol. XXI 1864, p. 473—80.

6) L. s. s. p. 1—22.

7) Cfr. E. Hagen, Catilina etc., Königsberg 1854, p. 18. H. Wirz, Catilina's und Cicero's Bewerbung um den Consulat f. d. J. 63, Zürich 1864, p. 61. Duebi, l. s. s. p. 866.

satis superque demonstraverunt. Sed Florum quoque Sallusti librum in brevem formam coegisse elucebit¹⁾, cum contuleris

Flori (ed. Halm. Lips. 1863) II 12, 7/8 cum Sall. Cat. 31

— — 8 — 47

— — 9 — 44

— — 12 — 61

Hanc igitur relationem Sallustianam nominare mihi liceat. Praeter eam autem alteram quandam apud Plutarchum (vit. Cicer. c. 10—23) et Cassium Dionem (37, 29—37) subesse omnes viri docti consentiunt, cuius autem sit dissentiunt. Peterus²⁾ enim, quem Grasshofius³⁾ et Schliephacke⁴⁾ sequuntur, item Duebi⁵⁾ Livium fontem utriusque esse coniecerunt neque vero comprobare. Peterus dicit haec (p. 132): „Auffallend sind . . . die häufigen Anklänge (Plutarchs) an Cassius Dio gerade dann, wenn Plutarch von Sallust abweicht, z. B. c. 10 an Cassius Dio 37, 30, c. 20 an C. D. 37, 35. Das erstere erzählt auch Florus II 12, 4 (IV 1) und es ist wohl möglich, dass Livius die gemeinsame Quelle des Plutarch und Cassius Dio ist, da dieser letztere den Livius sehr viel benützt hat.“ Atque primum quidem Peterus erravit, quod a Floro auxilium petivit. Florus enim aequè ac Sallustius tradit (cfr. not. 1 huius pag.), Catilinam eiusque socios, ut magis inter se fidi forent, sanguinem humanum bibisse, cum Plutarchus (vit. Cic. 10) et Dio (37, 30) eos carnem gustasse occisi hominis narrent. Sed Plutarchus partim cum Sallustio congruit, partim cum Dione! Dio autem

1) In eandem sententiam iudicant Linker, Emendationen zu Sall. Sitz.-B. d. k. Ak. d. W. zu Wien philos. hist. Cl. 13, 1854, p. 267; Wirz l. s. s., Duebi l. s. s. C. Iohn, Die Entstehungsgesch. der Catil. Verschw., N. Jahrb. f. cl. Philol., 8. Suppl.-Bd. 1875/76, p. 756. Cui sententiae non obstat, quod Florus foedissimi illius pignoris mentionem facit (II 12, 4), quo coniurati societatem sanxerunt, cum Sallustius (Cat. 22, 3) haec et alia ab inimicis ficta esse putet. Quid enim ad Florum, utrum Sallustius fabulam probaret an factam reiiceret?

2) L. s. s. p. 132 sqq.

3) De font. et auct. Dionis Cassii Cocc., Bonn 1867, p. 15 not. 1.

4) L. s. s. p. 30.

5) L. s. s. p. 872. 879.

Livium sequitur — ergo — sane haec est crux! Nam Dionem secutum esse hoc loco Livium demonstrare Peterus ne conatus quidem est: conatus est Grasshofius, qui (l. s. s.) sententiam Peteri propterea laudat, quod prodigia, quae Dio l. 37 c. 9, 2 et 34 enumerat, apud Obsequentem quoque legimus (c. 61 [122] Jahn p. 133): „Cum enim Obsequens ex Livio hauserit, Dionem quoque hausisse ex eo veri simile esse.“ Verum est Obsequentem eadem prodigia commemorare; sed eadem etiam Cicero memoriae prodidit (cfr. Cat. III 8, 19 c. Dion. 37, 9, 1). Iam compara, quae apud utrumque (scil. Cic. et Dionem) sequuntur. Proponam integros locos, ut concordia verborum ante oculos versetur:

Cic. Cat. III 8, 20: eidemque (scil. haruspices) iusserunt simulacrum Iovis facere maius et in excelso collocare et contra, atque antea fuerat, ad orientem convertere; ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum et forum curiamque conspiceret, fore ut ea consilia, quae clam essent inita contra salutem urbis atque imperii, inlustrarentur e. q. s.

ib. 9, 21: Illud vero nonne ita praesens est, ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse videatur, ut cum hodierno die mane per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur?

Dio 37, 9, 2: *τά τε οὖν ἄλλα ἐξεθύοντο τοῖς μάντεσι πειθόμενοι, καὶ τῷ Διὶ ἄγαλμα μέγζον, πρὸς τε τὰς ἀνατολὰς καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον, ὅπως αἱ συναμοσθαὶ ὑφ' ὧν ἐταράττοντο ἐκφανείεν, ἰδρῶθῆναι ἐψηφίσαντο.*

ib. 34, 2: *καὶ τοῦτου ὁ Λέντουλος ἀπειπεῖν τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τῆς γερουσίας ἀναγκασθεὶς ἐν φρουρᾷ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν συλληφθέντων ἐγένετο καὶ ταῦτα καὶ τῷ δήμῳ ὁμοίως ἤρесе, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ, τοῦ Κικέρωνος δημηγοροῦντός τι περὶ αὐτῶν, τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἐς τε τὸ Καπιτώλιον παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρῶθῆ κτέ.*

Itaque Obsequens nulli nobis esse potest usui, nisi quis comprobaverit, Dionem his locis Ciceronem secutum non esse. Summo autem in errore versatur Grasshofius, cum errorem quendam et Plutarchi et Dionis ex Livio natum esse ostendere conatur. Argumentatur enim hunc in modum (p. 16): Plutarchus et Dio errant, quod dicunt, senatum iussisse Catilinam de urbe decedere (Plut. Cic. 16; Dio 37, 33, 1). In periocha Liv. 102 legimus haec verba: „Catilina urbe pulso de reliquis coniuratis supplicium sumptum est“, — ergo etiam Livius erravit. Contra Sallustius recte iudicat (Cat. 32), Catilinam suo arbitrio in castra Manlii profectum esse. Quae cum ita sint, veri simile est, Livium fontem et Plutarchi et Dionis fuisse.

Sed primum nego verba illa periochae: „Catilina urbe pulso“ significare, S. C. in eam sententiam factum; nam ipse Cicero, optimus testis, dicit (Cat. II 1, 1): (Catilina) „cum est ex urbe depulsus“. Itaque non intellego, cur statuamus Livium errasse. Deinde comparemus Plutarchum et Dionem, quos uni eidemque errori deditos Grasshofius existimat:

Dio 37, 33: μεταστῆναι ἢ γερονσία τὸν Κατρίλιναν ἐψηφίσασατο. Sane hoc est senatus consultum.

Plut. Cic. 16: ἀρξάμενος δὲ λέγειν (sc. Catilina) ἐθορυβεῖτο καὶ τέλος ἀναστὰς ὁ Κικέρων προσέταξεν αὐτῷ τῆς πόλεως ἀπαλλάττεσθαι.

Num hoc S. C.? Non est! 1) Immo Cicero consul exire ex urbe iubet Catilinam (cfr. or. Cat. I 5, 13: exire ex urbe iubet consul hostem). Profecto solus Dio in errorem, quem Grasshofius dicit, lapsus est. Qua de re infra disputabo.

Iam equidem non vereor negare, quemquam demonstrare posse, Plutarchum et Dionem ex Livio hausisse. Sed omnino nihil referre existimo quaerere, utrum Livius fons sit necne. Nam protinus quaerendum est, unde Livius hauserit. Num Livius, natus a. 695 u. c., res anni 691 u. c. memoriter exponere potuit? Quoniam igitur libri, quibus historiam aetatis Caesarianae conscripsit, plane perierunt, mittamus Livium at-

1) Miror etiam Iohnium (l. l. p. 802) verba Plutarchi male intellexisse.

que quaeramus cuius auctoris sit enarratio, quae apud Plutarchum et Dionem subest. Nam primos fontes detegere necesse est.

Atque dubium esse non potest, quin ipse Cicero auctor sit. Inveniuntur enim apud Plutarchum et Dionem, quae Sallustius quidem praetereat, Cicero autem in orationibus aut commemoret aut silentio comprobet. E. g. Plutarchus (Cic. c. 14) et Dio (37, 29, 4) narrant, Ciceronem loricatum in campum descendisse comitiorum habendorum causa. Quod cum apud Sallustium desideremus, Cicero testimonio suo confirmat (pro Mur. 26, 52). Cuius rei eo magis ipsum Ciceronem auctorem ducendum censeo, quo propius vero videtur esse, simulasse eum timorem, ne a Catilina pugione peteretur ¹⁾.

Porro Cicero in senatu a. d. XII. Kal. Nov. dicere non potuit, C. Manlium certo die in armis fore (Cat. I 3, 7), nisi certum indicium coniurationis ei factum esset ²⁾. Itaque l. s. s. litteras significare videtur mihi eas, quas nocte quadam a Crasso et Marcello Metelloque Ciceroni delatas dicit praeter Plutarchum (Cic. 15; Crass. 13) Dio, etiamsi rem perquam breviter attingit (c. 31, 1).

Iam si utrumque seorsum tentabimus, Plutarchus Ciceronem, quamquam equestri loco ortus esset, omnium bonorum consensu consullem factum esse scribit (Cic. 10 in.; 11 extr.); contra Sallustius nobiles offensos hominis novi petitione consulatus tum demum cessisse tradit (Cat. 23), cum res publica in periculum vocari videretur. Cicero autem ipse de se praedicat (in Vatin. 2, 6): „memento... me cum universi populi Romani summa voluntate tum optimi cuiusque singulari studio... consullem factum“ (cfr. de leg. agr. II 1, 3 sqq. in Pison. 1, 3 sqq.). Sed ne longior sim, compara, quaeso, hos locos Plutarchi et Ciceronis:

1) Cfr. Iohn l. l. p. 746. Ihne (über den Catilina des Sallust in den Verh. der 26. Phil. Vers. zu Würzburg 1869, p. 107) metum Ciceronis iustum fuisse iudicat.

2) Cfr. Iohn p. 794.

Plut. Cic. 16, §. 4: *ἐνταῦθα καὶ τοῦ Κατιλίνα μετὰ τῶν ἄλλων ἐλθόντος ὡς ἀπολογησομένου, συγκαθίσει μὲν οὐδεὶς ὑπέμεινε τῶν συγκλητικῶν, ἀλλὰ πάντες ἀπὸ τοῦ βάρθρου μετῆλθον.*

ib. § 5: . . . *τέλος ἀναστὰς ὁ Κικέρων προσέταξεν αὐτῷ τῆς πόλεως ἀπαλλάττεσθαι.*

ib. δεινὸν γὰρ αὐτοῦ μὲν λόγους, ἐκείνου δ' ὄπλοις πολυτενομένου μέσον εἶναι τὸ τείχος.

c. 14, 6: *τούτων εἷς τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον ἰνιγμένων ὑπ' αὐτοῦ, μᾶλλον ὁ Κικέρων ἔδεισε, καὶ τεθωρακισμένον αὐτὸν οἷ τε δυνατοὶ πάντες ἀπὸ τῆς οἰκίας καὶ τῶν νέων πολλοὶ κατήγαγον. Τοῦ δὲ θώρακος ἐπίτηδες ὑπέφαινε τι παραλύσας ἐκ τῶν ὤμων τοῦ χιτῶνος ἐνδείκνυμενος τοῖς ὀρῶσι τὸν κίνδυνον.*

Haec de Plutarcho sufficiant, etiamsi augeri possunt ¹⁾.

Iam transeo ad Dionem. Verba eius, quo loco de prodigiis eorumque procuratione agit, maxime cum Ciceronis consonare iam supra demonstravi (cfr. p. 309). Praeterea autem solus quaedam tradit, quae apud Ciceronem reperimus. Atque primum quidem huc pertinet, quod dicit c. 31, 3: *γενομένου δὲ τούτου (scil. S. C. ultimo facto) καὶ φρουρᾶς πολλαχόθεν καταστάσης τὰ μὲν ἐν τῇ ἄστει οὐκέτ' ἐνεωτερίσθη, ὥστε καὶ ἐπὶ συκοφαντίᾳ τὸν Κικέρωνα διαβληθῆναι.* Fuisse Romae, qui hanc suspicionem in Ciceronem moverent, ipsius Ciceronis

or. Cat. I 7, 16: *Quid? quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares . . . simul atque adsedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt e. q. s.*

Cat. I 5, 13: *exire ex urbe iubet consul hostem.*

Cat. I 5, 10: *magno me metu liberabis, dum modo inter me atque te murus intersit.*

pro Mur. 26, 52: *descendi cum firmissimo praesidio fortissimorum virorum et cum illa lata insignique lorica, non quae me tegetet . . . verum ut omnes boni animadverterent etc.*

1) Cfr. inprimis Weizsaecker l. l. p. 424—27.

verba (Cat. II 7, 14 sqq.) declarant. Deinde, id quod solus narrat (c. 32, 1—2), Catilinam, accusatum de vi propter nuntium de seditione Manlii allatum, primum Ciceroni, tum, cum ab eo repudiatus esset, Metello se custodiendum obtulisse, Cicero comprobat (Cat. I 8, 19) ¹). Denique nescio an recte intellegam errorem Dionis, de quo supra (p. 310) egi, ex loco quodam Ciceronis natum esse. Dico illa verba (c. 33, 1):

μεταστῆναι ἢ γερούσια τὸν Κατρίλλαν ἐψηφίσαστο.

Neque enim apud quemquam invenit scriptorem, S. C. factum esse, ut Catilina de urbe secederet. Itaque veri simile duco, eum ex verbis Ciceronis (Cat. II 6, 12): „at etiam sunt qui dicant, Quirites, a me in exilium eiectum esse Catilinam —“ conclusisse, revera senatus consultum in eam sententiam esse factum. Dionem, quippe qui saepe nimis multa sciat, hac quoque in re peracutum videri voluisse, quis est quin concedat?

Sed ut tandem aliquando ad id quod mihi propositum est progrediar, Heerenius (vid. sup. p. 307) Ciceronis commentarium *περὶ ὑπ.* Plutarchi fontem fuisse contendit neque vero ullis argumentis comprobavit. Nec Lagus (l. s. s.), etsi idem sentire videtur, hanc quaestionem examinavit. Tum Peterus (l. s. s.) Heerenii sententiam refutare conatus est, cui (sc. Petero) Schliephacke (l. s. s. p. 30) fere ubique assentitur. At Weizsaeckerus (l. s. s.) Heerenium perbene contra Peterum defendit. Quamquam igitur dissertationem eius repetere nolo, tamen, ne ullus scrupulus relinquatur, gravissima argumenta quasi nuda atque novo modo confirmata ante oculos proponam.

Ac primum quidem causarum, quibus Peterus Heerenium impugnat, unam in disputationem revocare debeo ²).

Plutarchus enim postquam narrationem usque ad prid. Non. Dec. a. 691 protulit, prodigium commemorat, quod in domo Ciceronis, qui ipse aberat, accidit (Cic. 20). Virgines Vestales Terentiam iubent extemplo faustum prodigium marito nuntiare.

¹) Falso Dio hunc Metellum „praetorem“ appellat; immo Marcus quidam Metellus erat, cum praetori praenomen Quinto esset; cfr. Halm^o 1873 in l. l.

²) Cfr. Weizsaecker l. s. s. p. 421.

Tum Plutarchus pergit ita: Ἡ δὲ Τερεντία (καὶ γὰρ οὐδ' ἄλλως ἢν προεῖα τις οὐδ' ἄτολιμος τὴν φύσιν, ἀλλὰ φιλότιμος γυνή καὶ μᾶλλον, ὡς αὐτὸς φησιν ὁ Κικέρων, τῶν πολιτικῶν μεταλαμβάνουσα παρ' ἐκείνου φροντίδων ἢ μεταδιδούσα τῶν οἰκιακῶν ἐκείνη) ταῦτά τε πρὸς αὐτὸν ἔφρασε καὶ παρῶξινεν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας· Hoc igitur loco Cicero ipse testis profertur. Iam si Heerenius hoc nisus censuisset, Ciceronem fontem Plutarchi esse, optimo iure Peterus opponeret (id quod facit p. 133 cfr. Schlieph. p. 30), ea verba ipsi Ciceroni tribui non posse atque manifestum esse, Plutarchum illum locum, etsi auctore Cicerone afferret, aliunde sumpsisse. Sed, ut opinor, nullo iure Peterus eundem locum adhibet, ut Ciceronem esse neget, quem Plutarchus in enarranda coniuratione Catilinaria secutus sit. Nonne enim apparet, ea, quae Plutarchus de moribus Terentiae tradat, quasi parenthesin ordini rerum esse inserta? Notum est Ciceronem uxoris regnum sensisse — sed hoc quid ad rem? Mea quidem sententia Plutarchus non apte addit, quae nescio ubi legerat! Nam recordemur necesse est eius totius rationis scribendi. Qui cum antequam ad vitam cuiusdam viri componendam aggressus est, complures legeret scriptores, ut eligeret, quem prae ceteris sequeretur, fieri non potuit, quin permulta ex memoria adderet. Inde digressus, inde excursus, quibus vitae parallelae redundant. Verum in eodem capite 20 vitae Ciceronis, ubi de Terentia verba facit, paucis disserit (c. 20 extr.), qui factum sit, ut Cicero Caesarem non in idem discrimen vocaret atque Catilinae socios. Haec quoque verba non eius esse scriptoris, cuius et priora et posteriora sint, quis est quin videat? Propterea autem si quis existumaret, Plutarchum illo loco duos aut tres fontes adhibuisse, perperam iudicaret. Quam ob rem satis habeamus primarios eius fontes indagare. Sunt autem duo loci apud Plutarchum, qui plane demonstrent Ciceronis commentarium π. ἕκ. primarium eius fontem fuisse, quos locos Weizsaeckerus optimo iure adhibuit, ut Peterum refutaret (l. l. p. 425; 427). Atque mihi quidem subvenit Michaelis, cuius libellum „de ordine vitarum parallelarum Plutarchi“ scriptum

(Berolini 1875) magna cum voluptate atque summo fructu legi. Hic enim „Ciceronem“ ante „Crassum“, „Crassum“ autem ante „Caesarem“ compositum esse statuit (p. 31 coll. 41). Itaque Plutarchus cum in Crasso (c. 13) iterum (cfr. Cic. 15) M. Crasum nocte quadam epistulam Ciceroni detulisse narret his usus verbis: *ἐν δὲ τῷ περὶ ὑπατείας ὁ Κικέρων νύκτωρ φησὶ τὸν Κράσσον ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν κομίζοντα τὰ περὶ τὸν Κατὶλίαν ἐξηγουμένην κ. τ. λ.*, nominavit credo fontem, ex quo hausisset descriptionem coniurationis Catilinae, quae est in vita Ciceronis. Atque nihil refert admonere, minimi momenti esse, quem auctorem Plutarchus laudet (cfr. Peter p. 126, 133; Schlieph. l. s. s.). Sed ut alterum locum afferam, tradit in vita Caesaris c. 8, Caesarem cum Non. illis Dec. a. 691 ex senatu exiret (ubi amplissima oratione efficere studuerat, ne de captivis supplicium sumeretur), ab equitibus adolescentibus strictis gladiis esse petitum atque futurum fuisse ut necaretur, nisi Curio et ipse Cicero auxilium tulissent. Haec, quae in „Cicerone“ desiderantur, l. s. s. excipiuntur hisce verbis: *τοῦτο μὲν οἶν οὐκ οἶδα ὅπως ὁ Κικέρων, εἴπερ ἦν ἀληθές, ἐν τῷ περὶ τῆς ὑπατείας οὐκ ἔγραψεν*. Quamvis levem Plutarchum in citandis auctoribus ducas: num credas, eum etiam illa verba ex fonte suo sumpsisse? Profecto ille locus Heerenii sententiam optime confirmat. Nam recte intellegere mihi videor, primum: Plutarcho notum fuisse commentarium Ciceronis *περὶ ὑπ.*, deinde: Plutarchum in vita Ciceronis, ubi illam narratiunculam non habeat, historiam coniurationis Catilinae ex commentario hausisse¹⁾.

Iam quid iudicemus de Dione? Wilmannsius quidem putat²⁾, eum per multas relationes confudisse, scil. Sallustii, Livii,

1) Locus quem proposui (Caes. 8) prorsus dubium reddit, num Plutarchus Sallusti librum omnino legerit. Nam verba declarant, eum antea nescivisse, Caesarem in tanto periculo versatum esse. At Sallustius quoque narrat (Cat. 49, 4), non nullos equites Romanos Caesari gladio minitatos esse. Locum autem Plutarchi ex Sallustiano derivatum non esse, ex eo apparet, quod Plutarchus Curionis et Ciceronis mentionem facit, de quibus Sallustius tacet.

2) De Dionis Cassii fontibus et auctoritate, Berol. 1836, p. 27.

Ciceronis, Diodori ¹⁾ atque etiam Plutarchi. Sed agitur de fonte primario. Atque necessitudinem, ut ita dicam, inter fontem Dionis et Plutarchi intercedere, supra demonstrasse mihi videor (cfr. p. 310 sqq.) ²⁾. Qua de re ut ad certum iudicium perveniamus, primum tabulam componam continentem servato ordine summam rerum, quae ad coniurationem Catilinae pertinent:

1. comitia consularia habentur ³⁾.

1) Erroris Dionis, de quo supra (p. 313) uberius egi, W. causam fuisse iudicat, quod Dio Diodorum male intellexeret. Diodorus enim Ciceronem in senatu quaerentem facit (fr. l. 40, 5a Dind. p. 184): *εἰ δοκεῖ μετασπῆναι τὸν Κατιλίαν ἐκ τῆς πόλεως*. Cum omnes tacerent et Cicero quaereret, num Q. Catulus in exilium mitteretur, universos clamasse *μὴ δοκεῖν*, ex quo Ciceronem conclusisse: *εἶναι φανερόν ὅτι διὰ τῆς σιωπῆς ὁμολογοῦσι φυγῆν*. His verbis perturbatum Dionem existimasse, revera S. C. factum esse, ut Catilina urbem relinqueret. Sed cum parum constat Dionem usum esse Diodoro, causam errandi praeferam, quam supra detexi (p. 313).

2) Hoc Duebi quoque sensit (l. s. s. p. 872) neque tamen Livium mittere audet.

3) Comitia prid. Non. Nov. habita esse Mommsenus statuit (Hermes I p. 434); sed fastos vetare, cum ille dies primus esset ludorum plebeiorum, simul demonstraverunt et Lange (R. A. III, 1871, p. 243) et Baur (Correspondenzblatt für die gelehrten u. Realschul. Wuertembergs 1870, p. 29 sqq., cfr. eiusdem dissert.: Zur Chronologie der catilin. Verschw. im Jahresb. d. Gymn. z. Buchsweiler, Strassburg 1875, p. 4 not. 1). Ipse Lange loco quodam Suetonii (vit. Aug. 94 coll. c. 5) nisus putat (l. s. s. p. 241; 2. ed. p. 247), comitia primo in a. d. IX Kal. Oct. (22 Sept.) edicta, tum dilata atque re vera habita esse „fere initio mensis Oct.“ Sed haec sententia, quam prime obtutu adrisisse mihi non nego, vereor ne sit infirma. Nam causae, quibus A. W. Zumptius (de imperatoris Augusti die natali etc., N. Jahrb. f. cl. Phil., 7. Supplem.-Bd. 1873–1875, p. 543 sqq.) demonstrare vult diem natalem Augusti, quem Suetonius (Aug. 5) dicat, non veterum fastorum Romanorum sed Iulianorum esse, graviore sunt, quam ut ex verbis Suetonii (Aug. 94) aliquid certi assumere possimus de diebus, quibus a. 691 u. c. in senatu de coniuratione Catilinae actum sit. Halimius quidem (Einleitung zu den Reden gegen Cat. ², 1873, p. 14) et Baurus (Jahresb. p. 10 not. 1) argumenta, quae Lange posuit, probant, Iohnius autem (Die Entstehungsgesch. der Cat. Verschw., N. Jahrb. f. cl. Phil., 8. Suppl.-Bd. 1875/76, p. 759 sqq.) impugnat. Si autem Zumptius coniecit comitia primum in a. d. XII Kal. Nov. (l. s. s. p. 566), tum iterum in

2. Cicero ex litteris, a M. Crasso aliisque delatis, in senatu de machinationibus coniuratorum refert ¹⁾).
3. nuntiatur in Etruria seditionem moveri ²⁾).
4. S. C. ultimum fit a. d. XII. Kal. Nov. ³⁾).
5. C. Manlius in Etruria arma capit a. d. VI Kal. Nov. ⁴⁾).
6. coniurati in domum Laecae conveniunt, consilium ineunt Ciceronis interficiendi; Cicero insidias vitat mane a. d. VII. Id. Nov. ⁵⁾).
7. Cicero senatum in templum Iovis Statoris convocat; orationem I habet a. d. VI. Id. Nov. ⁶⁾).
8. Catilina ex urbe profugit; Cicero orationem II habet a. d. V. Id. Nov. ⁷⁾).
9. senatus Catilinam et Manlium hostes iudicat ⁸⁾).

biduum dilata et a. d. X Kal. Nov. habita esse (p. 569), recidit in errorem, quo ii tenentur, qui S. C. ultimum ante comitia habita factum esse existimant, qua de sententia nunc, postquam Baur, Lange, Iohn scripserunt, decedendum esse censeo. Ad extremum Iohnii rationem habere debeo, qui totam dissertationem suam in eo posuit, quod statuit contenditque comitia, quamquam dilata essent, tamen mense Quint. habita esse, quo fieri solebant (p. 758. 762). Longum est cogitationes eius repetere. Rectissime ille quidem admonuit nec Ciceronis verba (p. Mur. 25 et 26) nec Plutarchi (Cic. 14, 4) nec Dionis (37, 29, 2) in eam sententiam intellegi posse, ut existimemus comitia fere in tertium mensem dilata esse. Si autem ex iisdem verbis Ciceronis (pro Mur. l. s. s. coll. pro Caelio 4 sqq.) collegit (p. 758) tantum spatium interiectum inter comitia et id tempus, quo coniuratio detegeretur, nimis verba ursit. Verum profiteamur, parum constare, quo die comitia habita sint. Hoc nunc constat, repulsam a Catilina comitiis cons. latam initium coniurationis eius fuisse, quae vulgo „Catilinaria“ vocatur. Quam ob rem comitia primo loco tabulae posui.

1) Cfr. Iohn l. s. s. p. 788.

2) Iohn p. 789.

3) Vide locos ap. Lange² l. s. s. p. 248 not. 2.

4) Sall. Cat. 30, cfr. Lange² p. 248; Iohn p. 790 scribit a. d. VIII Kal. Nov., nescio qua causa.

5) Cfr. Momms. l. s. s.; Lange² p. 249; Halm l. s. s. p. 10 c. not. 55, qui Baurum laudat; Zumpt l. s. s. p. 571 sqq.; Iohn l. s. s. p. 778 not. 50.

6) Secutus sum Halmium (l. s. s.) et Iohnium (p. 782 not. 52): contra cfr. Momms.; Lange; Zumpt. l. s. s.

7) Halm l. s. s. p. 18.

8) Cfr. Lange² p. 250 et not. 12. 13. Halm p. 19, 20.

10. Allobrogum legati media nocte comprehenduntur; postero die Cicero orationem III habet (a. d. III. Non. Dec.)¹⁾.

11. Cicero orationem IV habet; captivi strangulantur Non. Dec.²⁾.

Huic tabulae alteram adiungam, quae doceat, qui ordo earum rerum sit apud Sallustium, Plutarchum, Dionem:

a. Sall. ³⁾	b. Plut.	c. Cass. Dio.
(Numeri respiciunt priorem tabulam.)		
1. Cat. 26, 5	1. v. Cic. c. 14 extr.	1. lib. 37 c. 29, 4 sqq.
6. - 27, 3—28, 3	2. - - 15 med.	2. - - - 31, 1
3. - 28, 4	3. - - 15 extr.	3. - - - 31, 2
4. - 29, 2	4. - - 15 extr.	4. - - - 31, 2
5. - 30, 1	6. - - 16 in.	6. - - - 32, 4
7. - 31, 6 sqq.	7. - - 16 med.	7. - - - 33, 1 ⁴⁾
8. - 32	8. - - 16 extr.	8. - - - 33, 2
9. - 36, 2	9. - - 16 extr.	9. - - - 33, 3
10. - 45 sqq.	10. - - 18 extr. sqq.	10. - - - 34
11. - 50 sqq.	11. - - 20 md.—22	11. - - - 35—36
no. 2 deest	no. 5 deest	no. 5 deest

Dio igitur eundem ordinem rerum servat atque Plutarchus. Tabula docet utrumque iisdem in rebus a Sallustio discrepare. Constat denique Dioni commentarium Ciceronis π . $\acute{\iota}\pi$. fuisse notum (46, 21, 3—4): haec sunt, unde colligo Dionem quoque ex commentario hausisse. Neque tamen repugnare velim, si quis eum etiam orationibus Ciceronis usum esse contendet. In orationibus autem nec prodigium illud, cuius aequae ac Plutarchus mentionem facit (c. 35, 4), nec perpetuam historiam coniurationis invenit.

Ergo coniurationis Catilinae historiam, quae vulgo fertur, Sallustio et Ciceroni debemus. Sallustii autem librum, etsi

1) Cfr. Lange² p. 251 sqq.; Halm p. 21, 24.

2) Cfr. Lange² p. 254 sqq.; Halm p. 24.

3) Linker (Emendationen zu Sallust, Sitz.-Ber. d. k. k. Ak., Wien 1854, p. 263 sqq.) et Ottema (disput. de loco Sallustii in bello Cat. c. 27—31 transpositione emend., Leeuwardii 1855) Plutarchum et Dionem adhibuerunt, ut Sallustium negligentiae crimine liberarent, sed errasse eos Dietsch in ed. Sall., Lips. 1859, vol. I comment. p. 32 sqq. satis superque demonstravit.

4) Dio cum tota hac parte operis sui tum hoc loco brevissima oratione usus est.

defensio Caesaris non vocanda esse videtur¹⁾, tamen Caesari maxime favere omnes viri docti consentiunt, quamvis singulis in rebus inter se discrepent. Nam ut paucis dicam: Sallustius de ratione, qua Caesar ad coniurationem usus sit, prorsus tacet, cum haud dubitet in Crassum suspicionem movere²⁾. Neque hoc mirum. Cum enim librum post Caesaris necem componeret, fieri non potuit, quin studio suo atque amoris erga Caesarem aliquantum indulgeret. Quodsi ostentat (Cat. 18, 1) dicturum se esse, quam verissime possit, timeo ne se ipse decipiat³⁾. Cum enim constet eum memoriam prioris coniurationis (a. 688/89) pro Sulla, qui postea Caesarem sectabatur, corrupisse⁴⁾, nonne consentaneum est eum pro Caesare mentitum esse, — si modo opus esset? Itaque praepropere ii mihi iudicare videntur, qui Sallustium „testem integrum atque verum“ vocant (cfr. not. 3). Immo verba illa notissima (Cat. 49, 1): „Q. Catulus et C. Piso neque pretio neque gratia Ciceronem inpellere quivere, uti per Allobroges aut alium indicem C. Caesar falso nominaretur“, admonent nos, ut cautiore simus. In medio enim relinquo, utrum hoc verum sit necne: sed unum quaeso, ne verbum falso neglegas. Id enim agitur.

Porro quid de Ciceronis commentario iudicandum esset, Weizsaeckerus (l. s. s. p. 417—19) atque Iohnius (l. s. s. p. 728) expediverunt. Dubium esse non potest, quin Cicero satis habuerit se ipsum laudibus exornare seque ut patrem patriae celebrare. Qua de causa, sicut Iohnius p. 728 existimat, omnium, quae annis 688—691 u. c. contra leges statumque rei publicae acta sunt, culpam in Catilinam conferre eius inter-

1) Cfr. Iohn p. 810 contra Momms. R. G.⁵ III p. 183 (eine Apologie für Caesar).

2) Cat. 17, 7; 19, 1; 48, 5. 8 cfr. Iohn p. 810.

3) Iohnius quidem dicit (p. 724): „So wahrheitsgetreu als möglich zu berichten, war ohne Zweifel sein ernstgemeinter Vorsatz“, sed pergit (p. 725) ita: „da er (S.) die Gelegenheit von der ersten Verschwörung zu sprechen fast vom Zaun gebrochen hat, so ist zu vermuthen, dass er eine apologetische Tendenz dabei verfolgte.“ Ihne l. s. s. p. 114 Sallustium „ehrlich und gewissenhaft“ dicit.

4) Cfr. Iohn p. 711 sqq.

erat, cuius opera factum est, ut Caesaris partes paene in obscuro versarentur. Rem ita se habere etiam ex Plutarcho cognosci potest. Quamquam enim scimus, Ciceroni multas fuisse suspiciones, Caesarem haud abhorruisse a consiliis Catilinae¹⁾, tamen eum in commentario suo de Caesare tacuisse Plutarchus docet. Dicit enim in Crasso (c. 13): *“Ομως δ’ ὁ Κικέρων ἐν τινι λόγῳ φανερός ἦν Κράσσῳ καὶ Καίσαρι τὴν αἰτίαν προστριβόμενος. Ἄλλ’ οὗτος μὲν ὁ λόγος ἐξεδόθη μετὰ τὴν ἀμφοῖν τελευτήν, ἐν δὲ τῷ περὶ ὑπατείας ὁ Κικέρων νύκτωρ φησὶ τὸν Κράσσον ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν κομιζόμενα τὰ περὶ τὸν Κατρίναν ἐξηγουμένην, ὡς ἤδη βεβαιοῦντα τὴν συνωμοσίαν. Ὁ δ’ οὖν Κράσσοσ ἀεὶ μὲν ἐμίσει τὸν Κικέρωνα διὰ τοῦτο κ. τ. λ.*

Undecumque haec sumpsit: Cicero non est fons. Verba docent Ciceronem, quamvis suspectum Caesarem haberet, tamen in commentario Caesari quidem pepercisse, de Crasso autem in medio reliquisse, utrum quispiam eum eodem loco habere vellet, quo Catilinae socios, necne²⁾. Quocum consonat quod Plutarchus de oratione a Caesare in senatu habita Non. Dec. 691 u. c. praedicat: *οὔσης δὲ τῆς γνώμης ἐπιεικοῦς* (Cic. 21 in.), congruit denique locus in vita Caes. (c. 8), de quo supra uberius egi (p. 315), quo loco Plutarchus miratur, quod Cicero ἐν τῷ περὶ ὑπατείας, „si modo verum erat“, praeterierit, Caesarem in periculo fuisse, ne ab adolescentibus equitibus necaretur. Quorum manus Ciceronem praesidii causa circumstabat, qui ipse saepe admonuit, futurum non fuisse ut respublica servaretur, nisi optimates et equites consensissent³⁾. Itaque si illi perniciem Caesari minati sunt, suspicari licet Ciceronem quoque, etiamsi consilium eorum non probaret, haud aliter de Caesare sensisse. Iam cum perspicuum sit eum haec et talia

1) Cfr. pro Mur. 39, 84; Ascon. in or. in tog. cand. p. 74. Kiessl. et Schöll. 1875. ad Att. X 8, 8.

2) Falso Iohnius suspicari videtur mihi ipsum Ciceronem illam epistolam Crasso supposuisse. Etenim si hoc verum esset, numquam credo in commentario haec scripsisset.

3) Cfr. ad Att. II 1, 8; I 16, 6.

in commentario omisisse, cognoscimus, qua sit usus ratione historiae scribendae.

Quid igitur dicamus de Caesare? Notum est praeter duas relationes, quarum unam Sallustianam alteram Ciceronianam nominavi, tertiam apud Suetonium (div. Iul.) exstare atque illam quidem Caesari infensam. Atque Iohnius, cuius dissertationem laudarem, si laude indigeret, primus ausus est in priore coniuratione (a. 688/89) Suetonii testimonium (div. Iul. 9) sustentare (p. 722).

Contra Sallustium ceterosque scriptores cum Suetonio statuit, a. 688 u. c. Crassum et Caesarem auxilio Pisonis, Sullae Autroniique id egisse, ut perturbato statu rei publicae rerum potirentur. Rectissime enim dicit nullo modo auctores, quos testes Suetonius vocat mendacii a nobis coargui posse¹⁾. Eo autem magis miror, quod in coniuratione Catilinae Suetonium contempsit. Sint criminationes, quas reliqui scriptores in Caesarem conflatas commemorant, falsae, sint ab inimicis fictae! Sed errat Iohnius cum negat (p. 815) quemquam scriptorem dilucidis verbis Caesarem inter socios Catilinae numerasse! Quid enim? An verba Suetonii aliquid relinquunt (Iul. c. 17): „recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinae nominatus et apud Novium Nigrum quaesitorem a Lucio Vettio indice et in senatu a Quinto Curio, cui, quod primus consilia coniuratorum detexerat, constituta erant publice praemia. Curius e Catilina se cognovisse dicebat, Vettius etiam chirographum eius Catilinae datum pollicebatur?“ Unde haec Suetonius? Mea quidem sententia hoc loco eosdem scriptores secutus est, quos priore (c. 9). Nemo enim alter rerum scriptor tam certis verbis usus est. Quam ob rem aut neutrum Suetonii locum aut utrumque tenendum esse censeo.

Sed cur Iohnius Suetonii testimonium pro nihilo duxit? Quod viri docti Caesarem ab incunabulis, ut ita dicam, virum

1) Dico Tanusium Geminum, M. Actorium Nasonem atque etiam Ciceronem; nam, quos praeter illos affert testes, Bibulo et Curioni summam fidem habere haud debemus, cum constet utrumque odio in Caesarem flagrasse.

magnum atque perfectum depingere solent. Atque Iohnius¹⁾ cum demonstrasse sibi videatur coniurationem anni 691, a Catilina post repulsam innotitam, inprimis perturbationem possessionum spectasse, cum a. 688 factio popularis dominationem Pompei optimatumque infringere vellet, — perversum ducit existimare Crassum et Caesarem a. 691 per caedem ac vulnera, sicut Catilinam, rem gerere voluisse. Praeterea cum detecta coniuratione omnes, quibuscumque copiae rei familiaris essent, fortissime Catilinae resisterent, Crassum certe coniurationis non consensisse: ubi autem Crassum ibi Caesarem (p. 816).

Fere idem iam Drumannus²⁾ et Hagenus³⁾ disseruerunt. Sed qualis vir erat tum Caesar? Destitutus consiliis⁴⁾; omnibus exceptis infimis suspectus; aere autem alieno plane demersus fuit! Quid? quod sacerdotii candidatus cum a. d. X Id. Mart. a. 691⁵⁾ ad comitia descenderet reputaretque magnitudinem aeris alieni, matri osculanti dixisse fertur: domum se nisi pontificem non reversurum (Suet. Iul. 13; cfr. Plut. Caes. 7), quem tandem Caesarem videmus? Mea quidem sententia hominem desperatum. Ac sane in eo erat, ut desperandum ei esset. Tota enim re familiari plebis gratia profusa admodum nihil assecutus erat in re publica. Iamque periculum instabat, ne Pompeius, qui ex Asia rediturus erat, populares contereret. Quae cum ita sint, Drumannus nimium dicit (III p. 177): „So findet sich denn auch nicht eine Spur einer vertraulichen Annäherung zwischen ihm (Caes.) und Catilina“⁶⁾.

1) Cui plurimis in rebus assentior, neque enim cum Iohnio Catilinam appellem: „Staatsmann, Nachfolger der Gracchen, des Saturninus, des Drusus, des Sulpicius, Vorläufer Caesars“ (l. s. s. p. 114). Napoléon III quoque Catilinam quodam modo purgabat. Dicit enim (hist. de Iul. César 1865, I liv. 2 p. 66): Doué d'une haute intelligence, d'une rare énergie, Catilina ne pouvait méditer une chose aussi insensée que le massacre et l'incendie.

2) IV p. 66.

3) „Catilina“ p. 277.

4) Cfr. Lange R. A. III² p. 236—13.

5) Ovid. fast. III 415—20 cfr. Drum. III p. 167.

6) Cfr. Hagen l. s. s. p. 281. Peter R. G. II, 1854, p. 271 cautissime

Vestigia haud desunt sed prope deleta sunt, atque deleta sunt eam ipsam ob causam, quod Cicero et Sallustius memoriam illius aetatis tamquam fixerunt, quorum uterque de Caesare aperte dicere noluit.

Unus atque solus Suetonius adversariam partem audivit.

„At Caesari numquam placuisset, secundas partes agere“¹⁾. Adhuc nemo demonstravit Caesarem antea primas egisse, non Crassum. Adhuc nemo demonstrare potuit Caesarem ante consulatum virum magni ingenii se praestitisse. Caesarem, si iam tum de regno cogitaret²⁾, insaniisse non vereor dicere. Quid enim tunc pollebat in re publica³⁾?

Itaque non est, cur negemus Caesarem cum Catilina conspirasse. An ei novas tabulas displicuisse credis?

Quibus omnibus de causis censeo diiudicandum nobis esse, utrum Suetonio fidem habeamus necne. Iohnio quidem accidit, ut communis famae quasi imaginem redderet. Nam tacet de Caesare.

Hanc quaestionem movi eo ipso consilio, ut uno exemplo usus docerem, quantopere eventus rerum prosper fere semper animos veterum praeoccupaverit. Caesar vir magnus est eritque, etiamsi Catilinae socius est existimandus. An solus ab incunabulis homo perfectus fuit? Mea quidem sententia non modo maior sed etiam melior factus est.

Quaero, quidnam reliquum habeamus ex omnibus illis scriptis, quibus aequales Caesarem impugnarunt? Praeter Ci-

dicit: „Mochte er (C.) nun aber nicht ganz unbetheiligt sein oder mochte er, was das Wahrscheinlichere, aus Klugheit sich völlig zurückgezogen haben: so etc. Contra Mommsenus (R. G.⁵ III p. 183) iudicat Crassum et Caesarem auctores et principes coniurationis fuisse. Sed auctorem fuisse Caesarem nemo potest demonstrare. Lange in neutram partem diiudicavit. Napoléon autem dicit (l. I. p. 76): Il est facile de se convaincre que César n'était point un conspirateur.

1) Cfr. Hagen p. 281; Iohn p. 816.

2) Cfr. Drumann III 177; Napol. I. s. s. p. 77.

3) Napoléon, immodicus Caesaris aestimator, praedicat: César n'était pas du nombre des conjurés; s'il en eût été, son influence aurait suffi pour les faire absoudre en triomphe (p. 76/77).

ceronis scripta, qui ne uno quidem loco dilucidis verbis in Caesarem invehitur, servati nobis sunt ipsius Caesaris commentarii et Sallusti liber. Non nego illos libros perfectissimos atque vere amoenos esse: sed fides eorum plane incorrupta non est. Veritati autem ubinam est locus nisi in historia scribenda?

II. C. Asinius Pollio.

Memoriam rerum a Caesare inde ab anno 696 usque ad annum 709 a. u. bello gestarum ipsius commentarii cum supplementis A. Hirtii aliorumque tradunt. Praeter eos autem etiam Asinii Pollionis historiae veteribus suppeditabant, unde sumerent, qui vellent scribere historiam. Itaque cum commentarii quidem nobis servati sint, historiae autem non exsistent, indagantibus nobis primos fontes scriptorum aetatis Caesarianae opus est ante omnia spatium temporis definire, quod Asinius scribendo complexus sit. Atque superest etiamnunc haec difficultas, quamvis luculenter Thorbecke vitam et studia Pollionis exposuerit ¹⁾. Nam Drumannus quidem inprimis rationem, qua Pollio in re publica gerenda usus esset, explicare sibi proposuerat ²⁾, d'Hendecourt ³⁾ autem et qui novissimus de Asinio scripsit, Aulard ⁴⁾ quamquam diligentissime atque expedita oratione et vitam Asinii Pollionis narrant et quidquid in litteris effecerit demonstrant, tamen historias nimis neglegunt. Unde haec neglegentia orta sit, ipse Aulard aperit, cum dicit (l. s. s. p. 68): „Quum ergo credi possit eius (sc. Asinii P.) historias, non servatas, sed saepissime ad formam historiarum suarum a

1) Commentatio de C. Asinii Pollionis vita et studiis doctrinae. Lugd. Bat. 1820.

2) Gesch. Roms etc. II p. 1—12, 1835; cfr. p. 1 not. 1.

3) De vita, gestis et scriptis Asinii Pollionis (diss. inaug.) Loewen 1858.

4) De Gaii Asinii Pollionis vita et scriptis Paris 1877 (ap. Ernest Thorin). Frustra contendebam, ut inspicerem libellos, quos F. Jacob: Asinius Pollio, Luebeck 1852 et B. Luzzato: Recherche storiche su Gaio Asinio Pollione Padua 1867 composuerunt.

posterioribus historicis conversas esse, non fortasse adeo desiderandae videntur, quam orationes et carmina, quae tota perierunt.“ Quo factum est, ut difficultates tantummodo leviter attingerent. Quae cum ita sint, tota quaestio redintegranda mihi est.

Solus Suidas de magnitudine operis illius¹⁾ aliquid certi docet. S. v. *Ἀσίνιος* haec affert (Bernh. I p. 786): *Ἀσίνιος Πωλλίων, Ρωμαῖος. Ἱστορίας Ῥωμαϊκὰς συνέταξεν ἐν βιβλίοις ιζ'. οὗτος πρῶτος Ἑλληνικὴν ἱστορίαν Ῥωμαϊκῶς συνεγράψατο.* — S. v. *Πωλλίων* autem ita dicit (II 2 p. 387): *Πωλλίων, ὁ Ἀσίνιος χρηματίας, Τραλλιανός, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος. σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου καὶ διαδεξάμενος τὴν σχολὴν Τιμαγέτους· ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῆς Φιλοχόρου Ἀτιθίδος, Ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου τοῦ φιλοσόφου. Ἐπιτομὴν τῶν Διοφάνους Γεωργικῶν ἐν βιβλίοις β'. Πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ ζῴων βιβλία ι'. Περὶ τοῦ ἔμφυλλου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καῖσάρ τε καὶ Πομπήιος.*

Atque primum quidem verba ipsa docent illum Asinium Romanum, hunc Graecum quendam esse. Itaque si Eyssenhardtus statuit contenditque²⁾ Asinii Pollionis eius, qui a Caesare staret, historias septem et decem libros habuisse, non est, cur abnuam. Sed Teuffelius admonet³⁾ fragmenta, quae supersint de Asinii libris, septem solos annos (a. 705—711 u. c.) respicere. Huc accedit, quod, si quaerimus, quot libri editi sint, unus Valerius Maximus tertium librum editum commemorat (VIII 13 ext. 4). Quibus de causis Teuffelius alterius capituli verba: (*Πωλλίων, ὁ Ἀσίνιος χρηματίας*) . . . *ἔγραψεν . . . περὶ τοῦ ἔμφυλλου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καῖσάρ τε καὶ Πομπήιος* ad Caesaris amicum referenda esse existimat. Nam bellum inter Caesarem et Pompeium gestum summam, ut ita dicam, historiarum Asinii fuisse ex primo

1) Quod „historias“ vocant Seneca suas. VII ed. Bip. p. 38: Pollio in historiis suis (cfr. ib. p. 43) et Val. Maximus VIII 13 ext. 4.

2) N. Jahrb. für cl. Phil. 85, 1862, p. 758. In eandem sententiam iudicat Sauppe Schweiz. Mus. I p. 142/43 in dissertatione de Vell. Paterc.

3) R. L.³ p. 449, 3.

secundi libri carmine colligi potest, quo Horatius Pollionem celebrat his versibus:

Motum ex Metello consule civicum
 Bellique causas et vitia et modos
 Ludumque fortunae gravesque
 Principum amicitias

 Periculosae plenum opus aleae
 Tractas etc.

Illud igitur: πόλεμος, ὃν ἐπολέμησαν Καίσαρ τε καὶ Πομπήιος facere non poterimus, quin materiae operis aptissimum probemus. Porro vero, si coniecturae indulgebimus, statuentium nobis est in secundo capite Suidam verbo „Πωλλίων“ in errorem ductum addidisse: [ὁ Ἀσίνιος χρηματίσας] et [περὶ τοῦ ἐμφυλίου κ. τ. λ.].

Etenim ipse Suidas sublesta fide est. Lipsii illa vox, pecus eum esse sed pecus aurei velleris, comprobata est ab omnibus viris doctis¹⁾. Nemo igitur ei hanc ineptiam tribuere dubitabit, praesertim cum illa verba: περὶ τοῦ ἐμφυλίου κ. τ. λ. postremo loco posita appendicis formam praebeant.

Si hoc verum est, non intellego, quam ob causam Teuffelius, quem alii sequuntur, non modo perseveret in sententia Trallianum quendam Asinium Pollionem res Romanas scripsisse, sed etiam eo usque coniecturae progrediatur, ut septemdecim illos libros, quos Suidas priore loco tribuit Asinio Pollioni, Tralliano adscribat. Iam quis non videt, virorum doctorum cum alius alium Suidae locum testem proferat, omnia esse incerta dubiaque?

Exsistit autem hoc loco quaestio, quae adhuc, quod sciam, non est mota. Teuffelius aliique Trallianum illum Asinii libertum vocant. At potuit Asinii Pollionis libertus Asinius Pollio appellari? Gentilicium quidem nomen sui quemque domini libertum accepisse constat. Itaque Trallianus a nomine Asinii Pollionis optimo iure „Asinius“ appellatus est, — non „Pollio“.

1) Cfr. commentat. de Suid. lex. Bernh. II p. xxv sqq.

Iam Trallianus ille Pollio inter manus quasi diffuit. Sed, dixerit quispiam, „Πωλλίων nomen vernaculum illi fuit, cui postea, cum ab Asinio manumissus esset, Ἀσίνιος est adiectum“.

Audio! Nomen Pollionis aut Polionis¹⁾ inter Graeca nomina receptum esse (sicut „Marcum“) constat. Idem enim Suidas duos Alexandrinos habet hoc nomine praeditos, cuius forma Πωλλίων aut Πωλλίων (etiam Πολλίων) est²⁾. Neque tamen res ita se habet. Nam dominus servo nomen, quod voluit, indere solebat. Asinium autem concessisse, ut libertus suus „Pollio“ vocaretur, numquam mihi persuadebitur. Nam „Pollio“, ut mihi quidem videtur, unum ex „vere“ illis equestribus est nominibus, quae perraro ac paene numquam libertinis data esse scimus³⁾. Ac ne unum quidem libertinum inveni, cui nomen Pollionis fuerit. Quibus omnibus de causis Trallianum, Asinii Pollionis libertum, fabulae propiorem quam historiae duco.

Iam quidnam fidei Suidae tribuamus? Eysenhardtio quidem simpliciter assentiri non possum, qui priore Suidae capite nisus affirmat Asinium Pollionem historiarum decem et septem libros conscripsisse: nam cum eodem loco Suidas dicat Asinium Pollionem primum res Graecas Latino sermone scripsisse, recordemur necesse est huius quoque rei notitiam nos soli Suidae debere. Quare dubitare debemus, num eius verba tenenda sint. Multo autem minus ea ratione utendum esse existimo, qua illi utuntur, qui nunc unum nunc alterum Suidae locum aut probant aut reiiciunt.

1) Pollio: C. I. L. III 1 No. 272. 340. 424. 599. 762. 1101. III 2 No. 6066. 6125. Polio: ib. III No. 1172. 3456. Cf. tamen Lachmannus ad. Lucr. p. 33.

2) Unum affert inter viros doctos, qui secum librum composuerint (praef.), alterum II 2 p. 388; cfr. praeterea Westermann: Pauly, Realencycl. s. v. Polio et Pape Griech. Eigenn. s. v.

3) Cfr. Mommsen. in praef. ad indices C. I. L. III 2. Mō. haec enumerat nomina (l. s. s.): Capito, Clemens, Maximus, Niger, Paternus, Rufus. Icelo Galbae liberti tum demum, cum anulis donatus esset, nomen equestre Marciani est inditum. (Cfr. Tac. hist. I 13, 1; ann. XII 60, 4 mentio fit de „equitum Romanorum praevalidis nominibus“.)

Verum cum nullo modo Pollio Trallianus Asinii Pollionis libertus existimari possit, ea verba: *ὁ Ἀσίνιος χρηματίας* et *ὑπὲρ τοῦ ἐμφυλλίου κ. τ. λ.* errori Suidae attribuenda esse non vereor contendere. Sed unum reliquum. Quamvis enim sit perspicuum Suidam ipso nomine *Πωλλίων* in errorem ductum esse, tamen eum nescio num vere putemus tam perversum atque mente captum fuisse, ut, cum de Pollione Tralliano, Graeco quodam philosopho et rhetore, verba facere instituisset, alterius Pollionis, historici Romani, memoria perturbatus omnia confunderet permisceretque. Incredibilis fere haec mihi stultitia videtur esse. Sed fieri potuit ut alia causa errandi esset; quod ita fuisse demonstrare conabor. Neque vero id hoc loco commodum erit; disputando de ea re finem quaestionis huius initio annectam.

Redeamus, unde digressi sumus et renovemus quaestionem de Asinii Pollionis historiis.

Asinius inde a quo anno res gestas scripserit, carmen Horatii, quod supra commemoravi (cfr. p. 326) docet. Omnes enim viri docti consentiunt Metellum, quem Horatius nominat, Q. Caecilium Metellum Celerem intellegendum, qui a. 694 u. c. cum L. Afranio consul fuit. Itaque dilucidum est Asinium Pollionem a primo triumviratu, qui dicitur, exordium scribendi sumpsisse. Porro cum Horatius dicat „civicum bellum“ Asinium tractasse, quaestio nascitur, ad quem usque annum narrationem protulerit. Fragmenta, ut supra dixi, annum 711 u. c. non excedunt¹⁾: sed quominus hoc anno opus definiamus, locus ille notissimus in Taciti annalibus impedit, ubi (IV, 34) Tacitus Cremutium Cordum haec verba facientem introducit: „Asinii Pollionis scripta egregiam eorundem (scil. Bruti et Cassii) memoriam tradunt.“ Nam Cremutium verbo „scripta“ historias Pollionis significare mihi quidem persuasum est. Asinius autem, si etiam Cassii egregiam memoriam tradere voluit, quamnam aliam occasionem Cassii laudandi repperit nisi in proelio Philippensi narrando? An quod Caesarem trucidavit

1) Postremo, quod Seneca (suas. VII) reservavit, de Ciceronis morte agitur.

laudibus eum extulit? — Quapropter ab iis non dissentio, qui annum 712 u. c. finem historiarum Pollionis dicunt. Ultra — non liquet. Atque spatium temporis a primo triumviratu usque ad proelium, quo interfectores Caesaris ipsi poenas dederunt, nonne praebet quasi solidi atque cohaerentis corporis speciem? Itaque adducor, ut existimem Asinium Pollionem libris, qui editi sint, res Romanas inde ab anno 694 usque ad annum 712 u. c. comprehendisse.

Cui sententiae obstare videtur locus, quem supra attuli (Val. Max. VIII 13 ext. 4). Nam cum ea, quae Valerius Maximus ex tertio libro historiarum Asinii deprompsit, cadant in annum 705 u. c. ¹⁾, dicat aliquis fortasse: Asinius tertio libro res a. 705 gestas comprehendit; consumpsit igitur duos libros ad res undecim annorum narrandas (a. 694—705): quomodo quattuordecim libris potuit opus ei esse, ut res octo reliquorum annorum (a. 705—712) litteris mandaret? Sane haec est difficultas. Sed primum, etiamsi Suidam reiicere nolo, tamen ipse numerus suspicionem movet, quia singularis est ²⁾. Praeterea cum cogitabimus, quaenam sit copia rerum gestarum ab initio belli civilis Caesariani usque ad proelium Philippense, concedemus fieri potuisse, ut Asinius, dummodo aliquanto uberiore stilo res explicaret, quae ad bellum spectabant, tot libros conficeret. Atque etiam magis hanc ad sententiam inclinabimus, si probatum nobis erit Asinium bella Gallica non nisi summatim exposuisse. Sed hac de re paullo diligentius disserendum mihi est.

Caesaris commentarii de bello Gallico mirum quantum valent apud rerum scriptores. Omnibus fere quasi fundamentum suppositi sunt. Satis habeo argumenta breviter adstringere ³⁾.

Orosium in bellis Gallicis enarrandis ipsum Caesarem expressisse, iam Moernerus satis superque demonstravit ⁴⁾. Sed

1) Agitur de oppugnatione Gadium, a. 705.

2) Dico numerum $\iota\zeta'$; cfr. supra p. 325.

3) Veniam impetrabo ob ea, quae praefatus sum.

4) De Orosii vita eiusque historiarum libris VII adversus paganos; Berol. 1844.

etiam ceteri scriptores et Latini et Graeci: Livius (perioch.), Suetonius, Florus, Eutropius; Plutarchus, Appianus, Cassius Dio admodum nihil afferunt, quod non ex eodem fonte proflexerit atque ex eisdem radicibus sit natum, — scilicet ex commentariis Caesaris. Profecto, uno excepto res ita se habet! Nam Cassius Dio quo loco proelium contra Ariovistum commissum describit, etsi singulis in rebus Caesarem sequitur, tamen multa nova et de armatura et de Germanorum pugnandi ratione habet, quae in commentariis desiderantur, ut suspicio moveatur Dionem diversis auctoribus esse usum (lib. 38 49 et 50). Quamquam existimet aliquis Dionem haec et talia ipsius scientiae rerum cum militarum tum Germanicarum debere. Neque vero veri simile hoc mihi videtur esse, quod et pugna tanta veritate atque perspicuitate depingitur, ut hominem audire nobis videamur, qui illi proelio interfuerit. Ut ita sit, tamen valde erraret, si quis gauderet, quod inventam haberemus commentationem quandam de bellis Gallicis diversam a Caesaris. Nam omnia, quae apud Dionem sequuntur, in commentariis Caesaris esse fundata neminem fugiet. Quam ob rem opinari licet, proprium libellum quendam fuisse conscriptum de pugna illa immani cruentissimaque, sicut titulum libelli novimas, quem Aurunculeius Cotta legatus Caesaris, de altera expeditione in Britanniam confecit ¹⁾).

Testis spectatorque proelii illius Asinius Pollio fuisse nequit, tum ille quidem annos vix duodeviginti natus ²⁾); atque omnino apud Caesarem in Gallia non versatus videtur esse. Thorbecke quidem nobis persuadere vult Asinium post accusatum C. Catonem (a. 700 a. u.) in Galliam ad Caesarem se contulisse. Sed primum nescio, quomodo is Caesari placere potuerit, qui C. Catonem socium intimum M. Crassi atque administrum ³⁾ in crimen vocarat. Deinde Thorbecke epistulam quandam ab Asinio ad Ciceronem scriptam (ad fam. X 31),

1) Athen. VI p. 273; cfr. Buecheler, N. Jahrb. f. cl. Phil. 111 p. 136.

2) Natus est As. P. a. 679 a. u. cfr. Drumann II p. 2 not. 4 et 18.

3) Cfr. ad Q. Fr. II 3 coll. ad fam. I 5.

falso, ut mihi quidem videtur, interpretatus est¹⁾. Asinius haec scribit (l. s. s. § 3):

„Caesarem vero, quod me in tanta fortuna modo cognitum vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate ac fide.“

His ex verbis Thorbecke (comm. p. 4) illud iudicium adsumpsit; at videamus, quae antecedant (§ 2):

„Natura autem mea et studia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem. Itaque illud initium civilis belli saepe deflevi. Quum vero non liceret mihi nullius partis esse, — — — ea castra fugi etc.“ Unde perspicuum Asinium tum demum ad Caesarem se contulisse, cum facere non posset, quin alterius partes susciperet. Quando autem iam non licebat ei „nullius partis esse“? Nempe initio belli civilis, i. e. anno 705 u. c.²⁾. Ex eo autem, quod inter proximos imperatoris numeratur, cum Caesar Rubiconem transiret (cfr. Plut. Caes. 32), non sequitur, — id quod Thorbecke (p. 5) concludit³⁾, — Asinium ex Gallia cum Caesare venisse.

Iam si quaerimus, utrum Pollio in historiis aliquanto uberius de bellis Gallicis disseruerit necne, Thorbecke eum disse-ruisse existimat, neque tamen id, quod Strabo dicit (IV 3, 3 Mein.): *φησὶ τὸ μῆκος αὐτοῦ (sc. Rhēni) σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος . . . φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας* ex Asinii historiis depromptum esse mihi persuasit⁴⁾. Propterea autem, quod commentarios Caesaris de bello Gallico tam severe vituperat, ut „parum diligenter parumque integra veritate compositos“ dicat⁵⁾, Pollionem Caesaris operi suum quasi opposuisse ne opinari quidem audeo, cum mecum reputo, quot carpsit scriptores⁶⁾. Quoniam igitur haec

1) Item Hendecourt l. s. s. p. 6; cfr. Aulard l. s. s. p. 8.

2) Cfr. Drumann II p. 4.

3) Item Hendecourt p. 7 et Aulard p. 8.

4) P. 119. Ac sint haec verba ex historiis sumpta: tamen non evincunt, Asinium bella Gallica plena oratione exposuisse.

5) Cfr. Suet. div. Iul. 56.

6) Sallustium (Gell. N. A. X 26; Quint. inst. or. VIII 3, 29). Livium
Leipziger Studien I.

dissensio certo modo componi non potest, veniam impetrabo, cum cogitatione quadam rem amplectar:

1. Asinius bellis Gallicis non interfuit;
2. bellum civile summa fuit historiarum Pollionis;
3. cum sit dilucidum scriptores in bello civili enarrando praeter Caesaris commentarios etiam Asinii historiis esse usos: nullum vestigium deprehendimus commentationis de bellis Gallicis diversae a Caesaris commentariis ¹⁾.

Quibus de causis censeo Asinium Pollionem bella Gallica non tetigisse, nisi ubi rerum ordo ac series poscebat. Itaque cum duos libros in prooemium, ut ita dicam, operis consumeret, fieri potuit, ut quindecim libris res usque ad proelium Philippense gestas explicaret ²⁾. Hoc magis cogitationibus conclusum quam stricte a me demonstratum esse libere profiteor.

Atque haud scio an miretur aliquis, quod ego adhuc eos scriptores non respexerim, qui omnium virorum doctorum consensu ex Asinii historiis hauserunt: dico Plutarchum et Appianum. Cur non respexerim, omnibus spero me esse satisfacturum. Causae notae sunt, quibus commoti Wijnne ³⁾, Eyssenhardt ⁴⁾, Peter ⁵⁾, alii censuerunt Appianum secundo libro de bello civili Caesariano scripto Asinium Pollionem auctorem esse secutum. Singula cum in unum colligeret Bailieu dissertatione sua ⁶⁾ demonstrare voluit Appianum libris II—V b. civ. paene solum Asinium Pollionem expressisse. Cum autem Appianus, postquam coniurationem Catilinae paucis verbis

(Quintil. I 5, 56. VIII 1, 3). Caesarem (cfr. not. 5). Ciceronem (Seneca, suas. VI extr. ed. Bip. p. 37; Quint. XII 1, 22).

1) Libelli, de quibus supra egi (cfr. p. 330), hic nullo sunt numero.

2) Hendecourt dicit (p. 71): cette oeuvre comprenait XVII livres et allait probablement jusqu'après la bataille d'Actium. Aulard autem tacet.

3) De fide et auctoritate Appiani, Groeningen 1855, p. 35 sqq.

4) N. Jahrb. f. cl. Phil. 85, 1862, p. 755 sqq.

5) Die Quellen Plutarch's in den Biographien der Römer, Halle 1865, p. 124 sqq.

6) Quomodo Appianus in bellorum civilium libris II—V usus sit Asinii Pollionis historiis. Gottingae 1874.

exposuit, ab anno 693/94 u. c. res scribere incipiat et quintum librum anno 719 u. c. finiat, Asinium egressum a primo triumviratu aliquanto finem belli civilis Caesariani scribendo excessisse consentaneum est. Post Bailleuum, quod scio, nemo his de rebus disputavit. Equidem non dubito affirmare errorem hic subesse; quo sublato totius rei quantum videtur nova praebebitur species.

Ii qui existimant Appianum Asinii opus quodammodo nobis servasse nituntur libro secundo, quocum Plutarchi vitae Caesaris eam partem, quae bellum civile continet, comparant. Quibus comparatis dubitari non potest, quin Plutarchus et Appianus ex uno eodemque hauserint fonte. Sed liceat causas breviter repetere, quibus illi viri ad eam sententiam adducti sunt; sunt autem haec:

Asinius Pollio, cuius ne mentionem quidem faciunt commentarii Caesaris, apud Plutarchum et Appianum apparet enitetque¹⁾. Deinde solus nominatur a Plutarcho inter comites Caesaris, cum Rubiconem traiceret²⁾. Tum Appianus testimonio Asinii prolato numerum eorum praecedit, qui in pugna ad Pharsalum commissa caesi sunt³⁾. Denique Plutarchus in eodem proelio dictum Caesaris affert, quod, ut Suetonius docet⁴⁾, paene ad verbum ex historiis Asinii Pollionis depromptum est⁵⁾. Sane gravissimae hae causae!

Mittamus, quaeso, ad tempus postremum locum. Consentio historias Pollionis fundamentum quasi et Plutarcho et Appiano esse suppositas. Sed errare mihi videntur, qui putant utrumque ipsum Asinium inspexisse. Ne quis credat levissimam hanc rem: videbimus, quid inde oriatur.

Meum est sententiam meam comprobare. In quo a minoribus progrediar ad maiora.

Indagantibus nobis, quibus ex fontibus scriptor aliquis hauserit sua, existit haec lex: si unus idemque testis a duobus scriptoribus uno eodemque loco profertur, neuter ipsum

1) Cfr. App. II 40 sqq. Plut. Caes. 32. 52.

2) Plut. Caes. 32. 3) II 82.

4) Div. Iul. 30. 5) Caes. 46.

inspexit, sed utriusque fons testimonium illud habuit. Qua usus lege Bailieu e. g. demonstrat (p. 26) neque Appianum neque Plutarchum Caesaris commentarios adhibuisse, cum ab utroque Caesar eodem loco narrationis laudetur¹). Iam timeo, ne eadem sit causa Asinii Pollionis. Nam Appianus, ubi de numero caesorum verba facit (loco supra scr. II 82, 1 — 3) dicit haec: (ille illum numerum caesorum tradit) *Ἀσίνιος δὲ Πωλλίων, ὑπὸ Καίσαρος τῆς μάχης ἐκείνης στρατηγῶν, ἑξακισχιλλίους ἀναγράφει νεκροὺς εὐρεθῆναι τῶν Πομπηίων*. Quibus verbis cum testimonium Asinii Pollionis omnium ceterorum anteponeere videatur, Appianum praecipue Asinium secutum esse quis est, quin opinetur?

Plutarchus in vita Caesaris de numero caesorum nihil tradit: tradit in vita Pompei, cuius in una parte (ubi bellum civile persequitur) iteravit ea, quae in vita Caesaris enarraverat, in altera paullo diligentius eodem fonte usus est²). Atque pugnam ad Pharsalum commissam in vita Pompei multo uberius accuratiusque tradi quam in vita Caesaris nemo negabit. Itaque videamus, quid de numero caesorum in Pompeio docuerit Plutarchus: (Pomp. 72, 3) *ἔφυγε δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τάγματα, καὶ φόνος ἐν τῇ στρατοπέδῳ πολὺς ἐγένετο σκηνοφυλάκων καὶ θεραπόντων. στρατιώτας δὲ μόνους ἑξακισχιλλίους πεσεῖν φησὶν Ἀσίνιος Πολλίων, μεμαχημένος ἐκείνην τὴν μάχην μετὰ Καίσαρος*.

Quem fugit similitudo locorum? Porro vero, Appianus quidem optimo iure Asinium laudavit, cuius testimonio aliorum refutaret: at Plutarchus? Nonne mirum ei eodem loco placuisse fontem nominare? Denique si verba comparabimus Appiani: *Ἀσίνιος δὲ Πωλλίων, ὑπὸ Καίσαρος τῆς μάχης ἐκείνης στρατηγῶν*, et Plutarchi haec: *Ἀσίνιος Πολλίων μεμαχημένος ἐκείνην τὴν μάχην μετὰ Καίσαρος*, equidem facere non possum, quin suspicer utrumque nomen Asinii Pollionis in communi fonte invenisse (qui ipse ex historiis Asinii defluxit).

1) App. (ed. Bekker) b. c. II 79, 1. Plut. (ed. Sintenis) Caes. 44, 5.

2) Cfr. Peter l. s. s. p. 117 sqq.

Sed talibus in quaestionibus quis certi aliquid contendat? Etenim si Asinius fere in hunc modum scripsit: „in ea pugna, cui ipse interfui legatus Caesaris, ceciderunt non XXV milia, ut vulgo ferunt, sed VI sola“, fieri potuit, ut uterque Asinium laudaret: Appianus cum illa verba integra in Graecam linguam transferret, et Plutarchus, cum ea, ut solebat, contraheret.

Sed, ut pergamus, pluribus mihi disputandum est de censu, quem a Caesare actum et Plutarchus (Caes. 55, 3—4) et Appianus (II 102 extr.) commemorat.

Certo scimus censum Caesarem non egisse. Namque Augustus in monum. Ancyrae¹⁾ aperte dicit: „in consulatu sexto (i. e. ann. 726) censum populi conlega M. Agrippa egi. Lustrum post annum alterum et quadragesimum feci.“

Ergo novissimus liberae republicae census a. 684 u. c. M. Crasso Cn. Pompeio coss. habitus est, quem respicit periocha Liv. 98 his verbis: „censores — — a quibus lustrum condito censa sunt civium capita DCCCC²⁾.“

Caesar recensum egit, de quo Suetonius haec facit verba (div. Iul. 41): „recensum populi nec more nec loco solito sed vicatim per dominos insularum egit, atque ex viginti trecentisque milibus accipientium frumentum e publico ad centum quinquaginta retraxit.“

Probantur haec periocha Liv. 115, quo loco legimus: „recensum egit, quo censa sunt capita CL³⁾“.

Hoc de recensu Mommsenus iudicavit hunc in modum⁴⁾: Frumentum cum non solum pauperes ac proletarii, sed civium Romanorum quicumque in urbe Roma habitabant, acciperent (si volebant), „plebs frumentaria“ quodam modo significat cives urbanos (l. l. p. 187). Itaque numerus accipientium frumentum est numerus civium. Turbulentis autem belli civilis temporibus cum magna vis hominum Romam conflueret, ubi vili pretio haberent, quod opus esset ad vivendum, factum est,

1) Ed. Mommsen p. LXX c. 8, 2.

2) Ed. O. Iahn, Lips. 1853, p. 88. Cf. Boor, Fasti cens. p. 26. 30.

3) Cfr. Cass. Dion. 43, 21, 3.

4) „Die römischen Tribus“ etc., Altona 1844, p. 187 sqq.

ut numerus eorum, qui frumentum accipiebant, augetur ad trecenta viginti milia. Tum Caesar rem publicam in ordinem redacturus recensum egit, quo qui civitatem iniuria arripuisent, a frumentatione excluderentur. Ex quo centum et septuaginta milia exclusa sunt, quorum partem (scil. octoginta milia), ut urbem exhauriret, Caesar in transmarinas colonias distribuit (cfr. Sueton. div. Iul. 42 in.)¹⁾

Mommseno haec mihi liceat opponere: Suetonius aperte dicit, CCCXX fuisse eorum numerum, qui e publico frumentum acciperent. Iam si revera numerus ille cunctos urbanos continet, putare debemus, etiam senatores equitesque frumentatione esse fructos. Concedo! Sed non intellego, cur illi, qui exclusi sunt (qui erant centum et septuaginta milia), non fuerint cives Romani? Cum enim legibus Iulia et Plautia Papiria universis Italicis civitas data esset, quomodo fieri potuit, ut CLXX milia hominum, qui Romae habitabant, non essent cives Romani — praesertim cum etiam libertini suo iure frumentum acciperent²⁾? Re vera fuisse cives Suetonius probat cum dicit (div. Iul. 42): „octoginta autem civium milibus in transmarinas colonias distributis“ etc.

Quonam autem abierunt nonaginta milia, quae supersunt? Quos quominus putemus bello civili consumptos esse idem Suetonius impedit: etenim si Caesar anno 708³⁾ „ex viginti trecentisque milibus accipientium frumentum e publico ad centum quinquaginta retraxit“ — vixisse trecenta et viginti milia accipientium quis potest negare?

Non sum is, qui hunc nodum solvam. Credam Caesarem

1) Marquardtius anno 1873 scripsit (St. V. I p. 448): „Die Uebersiedelung von 80,000 armen Städtern in überseeische Provinzen ist von Caesar nur intendirt, nicht ausgeführt worden.“ Nunc lex coloniae Iuliae Genetivae exstat (Ephem. Epigr. II p. 108 sqq. III p. 87 sqq.), qua in lege quaedam reperiuntur, quae scribi non potuerunt nisi Caesare vivo, ut ait Mommsenus in comment. ad leg. I. (Ephem. II p. 119 sqq.; III p. 97). etiamsi tota lex post Caesaris obitum perscripta esse videtur. Genetiva autem colonia transmarina est. Cf. Lange R. A. III² p. 473.

2) Ut ipse Mommsenus dicit l. s. p. 187 et not. 35.

3) Cfr. Mommsen. comment. ad leg. Iul. mun. C. I. L. I p. 124 l. 1—19.

saxisse, ne quis praeter centum et quinquaginta milia hominum ultimae sortis frumentum acciperet, atque existimo civium numerum multo fuisse maiorem — saltem illis nonaginta milibus¹⁾).

Utut res se habet, Plutarchum hoc de recensu errasse iudicandum censeo. Dicit enim (Caes. 55 extr.): *μετὰ δὲ τὰς θέας γενομένων τιμήσεων ἀντὶ τῶν προτέρων δεῖν καὶ τριάκοντα μυριάδων ἐξητάσθησαν αἱ πᾶσαι πεντεκαίδεκα. Τηλικαύτην ἢ στάσις ἀπειργάσατο συμφορὰν καὶ τοσοῦτον ἀπανάλωσε τοῦ δήμου μέρος, ἕξω λόγου τιθεμένοις τὰ κατασχόντα τὴν ἄλλην Ἰταλίαν ἀτυχήματα καὶ τὰς ἐπαρχίας.*

Putat igitur ante bellum civium fuisse CCCXX milia, qui Romae habitarent, post bellum CL milia. Eos, qui deessent, discordia civili esse contritos. Errare cum sit humanum, mirari desinamus Plutarchum errasse.

Sed videamus, quid Appianus hoc de recensu afferat (II 102 extr.): *τὸ δὲ τοῦ δήμου πλῆθος ἀναγραφάμενος, ἐς ἧμισιν λέγεται τῶν πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου γενομένων εὐρεῖν ἐς τοσοῦτο καθεῖλεν ἢ τῶνδε φιλονεικία τὴν πόλιν.*

Baillieu si Plutarchum et Appianum ex uno eodemque fonte hausisse demonstraturus praedicat: „imprimis videtur notandum esse, quae uterque de censu tum habito et scripserit et cogitaverit“ (l. s. s. p. 22) valde ego quidem assentior, — tamen miror, quod hoc loco non est offensus. Nam id mihi perspicuum videtur fontem utriusque non modo non singulas res huius census vel recens²⁾ attigisse, sed solum numerum rettulisse civium, qui ante et qui post bellum civile Romae habitarent. Alioquin enim non intellego, qui fieri potuerit, ut uterque existimaret, numerum civium a trecentis et viginti milibus ad centum et quinquaginta milia bello civili deminutum esse, — nam octoginta milia, quae Caesar in transmarinas colonias deduxit, bello consumpta non erant. Sed ut tandem caput rei

¹⁾ Fere idem Lange (R. A. III² p. 448) hoc de recensu sentire mihi videtur.

²⁾ Cfr. Momms. Staatsrecht² II¹ p. 362: „jeder census (ist) eigentlich ein recens.“

amplectar: si comparo Plutarchi verba: *τηλικαίτην ἢ στάσις ἀπειργάσατο συμφορὰν καὶ τοσοῦτον ἀπανάλωσε τοῦ δήμου μέρος* et Appiani *ἔς τοσοῦτο καθεῖλεν ἢ τῶνδε φιλονεικία τὴν πόλιν*, eo inclino, ut etiam illam sententiam: „contentione duorum virorum rempublicam (aut urbem) tantam cladem accepisse“ communi fonti attribuiam, atque ut negem Asinium Pollionem fuisse, quem Plutarchus et Appianus sequerentur, cum viro Romano atque etiam aequali iudicium illud pravum nullo modo adscribi possit.

Iam spero, me lectori benevolo hanc conclusionem probaturum: si demonstraverim, alterum eorum ipso Asinio non esse usum, alterum quoque alio ex fonte hausisse consentaneum fore.

Demonstrabo autem Plutarchum Asinii Pollionis historias non modo non inspexisse sed ne nosse quidem, idque loco quodam demonstrabo, cui accidit, ut abhinc tria saecula rectius (quantum mihi quidem videtur), quam nostris temporibus interpretando explanaretur. Est notissimus ille, quo Plutarchus dictum affert, quod Caesar in campis Pharsaliis edidit (Caes. 46): *Ὁ δὲ Καῖσαρ . . . εἶπεν ἄρα στενάξας: „τοῦτο ἐβουλήθησαν, εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ἐπηγάγοντο, ἵνα Γάιος Καῖσαρ ὁ μεγίστους πολέμους κατορθώσας, εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, καὶν κατεδικάσθην.“ Ταῦτά φησι Πολλίων Ἀσίνιος τὰ ῥήματα Ῥωμαῖσι μὲν ἀναφθέγγασθαι τὸν Καῖσαρα παρὰ τὸν τότε καιρόν, Ἑλληνιστὶ δ' ἐπ' αὐτοῦ γεγράφθαι.*

Quibus ex verbis Casaubonus si conclusit ¹⁾ Asinium Pollionem Graeca lingua historias scripsisse, uno modo, quo quis potest, locum interpretatus esse mihi videtur. At Suetonius eadem verba ex historiis Asinii sumpta praebet (div. Iul. 30): „quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie caesos profigatosque adversarios prospicientem haec eum ad verbum dixisse referens: „Hoc voluerunt; tantis rebus gestis Gaius Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.“ Haec verba plane demonstrant Asinium potius Latina

1) Ad Sueton. d. Iul. 30; utor edit. Argentor. 1647, p. 50.

lingua usum esse, qua de re ne unus quidem restare potest scrupulus, si fragmenta respicimus et legimus, quae Suetonius de *grammat.* 10 memoriae tradidit ¹⁾. Quae cum ita sint, Thorbecke primus, nisi fallor, demonstrare voluit, Plutarchum minime discrepare a Suetonio.

Verba, quae in disputationem vocantur, haec sunt: *ταῖτά φησι Πολλίων Ἀσίνιος τὰ ῥήματα Ῥωμαῖσι μὲν ἀναφθέγγεσθαι τὸν Καίσαρα παρὰ τὸν τότε καιρὸν, Ἑλληνιστὶ δ' ἐπ' αὐτοῦ γεγράφαι* ²⁾. Quae si in Latinum sermonem transtulerimus, videbimus, quae sit causa: „Haec verba, ait Pollio Asinius, Latine quidem locutum esse Caesarem tunc, Graece autem ab eo (a se) esse scripta ³⁾!“ Dubium igitur est, utrum illud „ἐπ' αὐτοῦ“ vertamus ita: „ab eo“, an hoc modo: „a se“, atque utrum Caesarem (ab eo) an Asinium (a se) intellegamus, qui ea verba Graeco sermone litteris mandarit. Thorbecke illud „ἐπ' αὐτοῦ“ ad Caesarem refert (l. l. p. 110) existimatque Asinium dixisse: „ipsum Caesarem, quamquam Graece — prodiderit, revera Latine pronuntiasse“ (p. 111) ⁴⁾.

Sed primum repugnat huic interpretationi, quod deest apud Plutarchum, quod referendum sit ad verba: *παρὰ τὸν τότε καιρὸν*. Sine dubio „Ῥωμαῖσι“ et „Ἑλληνιστὶ“ sola contraria sunt; illud: „παρὰ τὸν τότε καιρὸν“ nihili facio, quia nullum relativum (sicut e. gr. ὕστερον) sequitur. Omitto Plutarchum, si hanc in sententiam dicere voluisset, simpliciter „γεγραφέναι“ scripturum fuisse.

Porro vero si quaerimus, quonam loco Caesar ea verba Graece scripserit, Thorbecke respondet: „in uno alterove commentario suo aut epistola“! Sed, — ut alia praetermittam, quamnam speciem tota res praebet!

1) Ed. Roth p. 262: coluit (Ateius) postea familiarissime C. Sallustium et eo defuncto Asinium Pollionem, quos historiam componere aggressos alterum breviario rerum omnium Romanarum instruxit, alterum praeceptis de ratione scribendi.

2) Textus non habet, quo offenderis; cfr. Sintenis III p. 272.

3) Transtuli locum ad verbum, quam maxime potui.

4) Ei Hendecourt assentitur (p. 73). Aulard (p. 63—64) sentit quidem difficultatem sed praepropere mittit.

Caesar cum Pompeio devicto hostibusque fuis per campum Pharsalicum equitaret intuereturque caesorum corpora, pronuntiavit illa verba, — eaque Latina lingua, — postea vero Graeco sermone mandavit ea litteris! Quo quid ieiunius, quid perversius cogitari potest! Immo Asinius Pollio, comes Caesaris audivit eum exclamantem atque verba memoria digna pio animo posteritati tradidit, sicuti fortasse illud quoque Caesaris: „alea iacta est“ ab oblivione vindicavit (cfr. Sueton. d. Jul. 33).

Sed id etiam concedatur Caesarem ea verba postea Graece scripsisse: quamnam causam quis potest excogitare, cur Asinius Pollio in historiis suis Latine compositis, quo loco vocis illius a Caesare Latine emissae mentionem fecit, addiderit, postea Caesarem ea verba Graece notasse! Equidem nullam sanam causam invenio!

Ergone cum Casaubono locum sic transferamus: „haec verba, ait As. P., Latine quidem tum Caesarem locutum esse, Graece autem a se esse scripta“?

Esset igitur Asinius quidam Pollio, qui in scribendis rebus gestis Graeca lingua uteretur? „At Asinius Pollio Caesaris amicus Latine scripsit!“ Sane! Exsistit igitur alter Asinius Pollio atque ille quidem homo Graecus. En revocatur iam in vitam Trallianus noster, quem supra sepelivimus. Neque vero quicquam auferre possum de iis, quae dixi. Asinius Pollio Trallianus, Asinii Pollionis libertus monstrum est. Itaque nihil relinquitur, quam ut hunc Asinium Pollionem Caesaris legatum intellegamus. Nodum autem expediam hoc modo: Plutarchus, cum haec fere verba apud auctorem suum legeret: *ταῦτα, (ὡς) φησι Πολλίων Ἄσ., τὰ ῥήματα Ῥωμαίοισι μὲν ἀνεφθέρξατο ὁ Καῖσαρ παρὰ τὸν τότε καιρὸν, Ἑλλήνιστὶ δ' ἔπ' ἐμοῦ* (scil. a scriptore Graeco) *γέγραπται* etiam illa verba „*ἔπ' ἐμοῦ γέγραπται*“ ipsius Asinii Pollionis duxit. Quare fieri non potuit, quin ambiguum sententiam proderet, si satis habuit directam orationem in obliquam convertere¹⁾. Si hoc verum est,

1) De verbis loci, quem integrum sup. p. 338 proposui, Schaeferus verba

optimo iure me asseveraturum spero, Plutarchum cum putaret, Asinium Pollionem Graece scripsisse, Asinii historias neque legisse neque adhibuisse. Porro quia negari non potest, dictum illud Caesaris ex historiis Pollionis esse libatum (cfr. Sueton. Iul. 30), sequitur, ut auctor, quem Plutarchus expressit, Asinii Pollionis historias aut partem earum Graecam in linguam redegerit.

Iam cum demonstrasse mihi videar Plutarchum ipsum Asinium non inspexisse, quaestionem moveo, quid sit de Appiano iudicandum.

Ac primum quidem scio me evincere non posse Appianum ipso Asinio non esse usum. Neque tamen vereor monere ea, quae supra disserui (cfr. p. 338).

Ut hauserit Appianus ex ipso Asinio, Plutarchus autem ex fonte derivato, quomodo fit, ut uterque eodem loco Asinium Pollionem testem indicet (cfr. p. 334), ut eodem loco Caesar ab utroque laudetur (cfr. p. 334 not. 1), ut neuter de recensu recte iudicet (cfr. p. 337), ut inter eos tantae intercedant similitudines, ut non modo rerum sed etiam verborum concordiam deprehendamus. Compara

App. II	26 cum	Plut. Caes.	29, 2. 3
—	27 extr.	— —	30, 2
—	37 in.	— —	33, 4
—	57 p. md.	— —	38, 3
—	62 extr.	— —	39, 5
—	77	—	Pomp. 70, 2
—	81	—	Caes. 45, 5
—	104 extr.	— —	56, 3

etc. etc.

— εις τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο ἵνα — delenda esse censet, cum ab librario aliquo addita sint, qui verba: „τοῦτο ἐβουλήθησαν“ explanare voluerit. Neque vero manuscr. permittunt (cfr. Sintenis III p. 272 not. 4). Equidem nunc existimo haec verba ab eo, qui primus Asinii historias in Graecum sermonem transtulit, posita esse, ut lectoribus Graecis explicaret, quid illud „τοῦτο ἐβουλήθησαν“ sibi vellet. Eundemque se dictum Caesaris Graece reddidisse, eo consilio addidisse putem, ut se purgaret, quod non ad verbum reddidisset. Aliter locum illum accipere non possum.

Atque Asinium multo uberius bellum civile enarrasse quam Appianum ex ipso librorum numero apparet: itaque si Appianus eum contraxit, Plutarchus autem eum omnino non inspexit, miraculum videri debet, quod ab utroque bellum civile paene aequae ample oratione expositum est. Quibus omnibus de causis existimo Appianum libro secundo eundem Graecum auctorem atque Plutarchum secutum esse. Quae sententia una re vehementer adiuatur, quae adhuc praeterita est.

Appiani libri secundi capita 8—25 qui paullo acrius inspicient, de anno 695 u. c. (quo Caesar consul fuit), diligenter egisse Appianum negare nequibunt (II 10 sqq.). Omnia reliqua tanta levitate ac negligentia scripta sunt, tot tantisque redundant erroribus, ut Appianus fontem suum brevissime atque levissime expilasse existimandus sit. Exempla pono haec: B. c. II 15 A. tradit, Caesarem statim ex consulatu in Galliam profectum esse, quod falsum est. — II 18 curam annonae Pompeio a. 699 aut 700 u. c. delatam esse dicit, cum revera iam a. 697 data esset (cfr. ad Att. IV 1, 7. Cassius Dio 39, 9). — II 23 narrat ita: Pompeius consul sine collega creatus est Catone resistente, ne dictator diceretur. Quamobrem iratus Pompeius *„Κάτωνα ἐψηφίσαστο, ἵνα μὴ παρὼν ἐνοχλοῖη, Κύπρον ἀφελέσθαι Πτολεμαίου βασιλέως, νενομοτεθρημένον ἤδη τοῦτο ὑπὸ Κλωδίου κ. τ. λ.* Sed Cato iam a. 698 Cyprum insulam in potestatem populi Romani redegit (cfr. Plut. Cato min. 39 etc.). — II 24 refert in numero eorum, qui legibus Pompeiis de vi et ambitu condemnati sunt, Gabinius, qui iam biennio ante (a. 700 a. u.) condemnatus est. (cfr. ad Q. F. III 41; ad Att. IV 16. Dio 39, 62.)

Denique quis risum tenere potest de causis, quas Appianus Miloni fuisse dicit Lanuvium proficiscendi (cfr. II 20 extrem.).

Qua cum levitate mirum quantum discrepat altera pars libri secundi inde a cap. 25. Nam etiamsi errores non desunt, tamen curam ac diligentiam Appiani in narrando comprobare debemus. Iam dixerit quispiam Appianum, qui ut bella civilia scriberet sibi proposuisset, primo pauca excerpt-

sisse Asinii ex historiis, tum, cum ad initium belli civilis venisset, expressisse Asinium.

Sed timeo, ne multa repugnent. Primum enim supra dixi Appiani librum de bello civili Caesariano nihil aliud esse posse quam excerptum ex Asinii opere (cfr. p. 342). At cognovimus, quatenam effloresceret confusio tum, cum Appianus exciperet. Praeterea autem et extrema pars libri secundi et libri III—V tam verbosam habent orationem, ut persuadere mihi non possim eum his partibus eundem fontem adhibuisse, quem in bello civili Caesariano narrando adhibuerat.

Huc accedit, quod mirum in modum cum Plutarcho consonat: quare existimo et Appianum et Plutarchum in describendo bello civili auctore aliquo Graeco usos esse, qui hanc saltem partem historiarum Asinii breviter contraxerit.

Utrum etiam ultra Caesaris mortem progressus sit in scribendo ille necne, diiudicari non potest, cum praeter Plutarchi vitas Bruti et Antonii non habeamus, quod conferamus cum Appiani libris III—V. His libris diversas litteras in unum corpus esse confusas manifestum est. Toto animo cum Bailleuo consentio, qui luculentissime demonstravit illos libros redolere, ut ita dicam, Asinium eiusque acerbitatem¹⁾. Deinde vestigia librorum ab Augusto de vita sua scriptorum (cfr. Suet. Aug. 85) per omnes tres libros exstant²⁾. Nonnullis locis commentarii Messalae elucent³⁾.

Si autem Bailleu demonstrare voluit omnes eas partes diversas iam Asinium Pollionem coniunxisse, frustra sudavit.

Quis enim crederet Asinium, qui non dubitaret divum Caesarem vituperare, quod commentarios „parum diligenter parumque integra veritate“ composuisset⁴⁾, qui tam difficilem Augusto se praeberet, ut Timagenem rerum scriptorem, cui

1) Cfr. impr. III 89. 91. 92. 93; Bailleu l. s. s. p. 30 sqq.

2) Bailleu p. 44 sqq. hos locos affert: III 9—23. 28—31. 40—42. 47—48. 64. 73. 75. 76. 80—82. 85—95. IV 8—11. V 28. 45. 53. 81—90. 96—121. Cfr. impr. III 95 c. Suet. Aug. 27.

3) IV 119 cfr. cum Plut. Brut. 46. IV 134 cfr. cum Plut. Brut. 39.

4) Cfr. Suet. div. Iul. 56.

princeps domo sua interdixerat, tecto reciperet¹⁾, — quisnam, inquam, crederet, Asinium non solum commentariis Augusti usum esse ad res exponendas, quibus ipse interfuisset, sed etiam mendacia ex iis assumpsisse! (cfr. App. III 95 cum Suet. d. Aug. 27.)

Ac ne temporum quidem rationi hoc congrueret. Nam Asinius Pollio scribendo erat occupatus anno 724 a. u.²⁾, Augustus autem res suas Cantabro tenus bello (i. e. usque ad ann. 729) libris de vita sua exposuit³⁾. Itaque Bailieu conicere paene cogitur eum „librum post librum conscripsisse atque edidisse“. (l. l. p. 53 in.) Immo vero rectius Weichertus hac de re mihi videtur iudicasse, cum permultas afferat causas, quibus commotus non dubitat, „quin Augustus vitae suae laudi et memoriae apud aequales posterosque consulturus per biennium fere a. 732—33 antequam in Asiam abiret, consilium ceperit exarandi aliquot libros de vita sua“⁴⁾. Longum est causas repetere. Unam addo: Augustum ante Antonii mortem libros edidisse, quibus gloriae illius adeo obtrectaret⁵⁾, mihi est incredibile.

Appianusne igitur ipse confudit? Quod non affirmem: tali enim ratione eum usum esse in scribendo inauditum est, cum paene constet Appianum unum scriptorem exprimere solitum esse. Neque tamen negare audeo. Nam Augusti commentarios non solum eum legisse sed etiam adhibuisse ἡ Ἰλλυρικὴ docet (cfr. impr. III. 14 et 15). Atque nescio an ob eam ipsam causam libri III—V de bellis civilibus haud indigna laude ab omnibus exornentur, quod Appianus his libris novam quandam atque inusitatam rationem scribendi secutus est.

1) Cfr. Seneca de ira III 23, 4 (ed. Haase); cfr. Vell. II 86.

2) Illud enim Horatii carmen (II 1) hunc fere in annum cadere omnes viri docti consentiunt. Dubium est, utrum ante proelium Actiacum an postea scriptum sit. cfr. Westermann, Zeitschr. für Alterthumsw. 1838, p. 1262.

3) Cfr. Suet. Aug. 85.

4) Imp. Caesaris Aug. scriptorum reliqu. p. 201.

5) Cfr. descriptionem proelii Philipp. App. IV 110 sqq., ubi virtus Antonii plane obscuratur.

Sed tota res in dubium revocatur. Cum enim et Plutarchus et Appianus in proelio Philippensi eodem narrationis loco commentariorum Augusti mentionem faciant ¹⁾, lex, quam supra (p. 333) posui, vetat nos existimare Appianum ipsum commentarios inspexisse.

Satis habeo difficultatem ostentare. Quaestiones enim, quae nunc existunt, hoc loco absolvere neque possum neque debeo, quia non cum Appiano nec Plutarcho sed cum Asinio Pollione mihi res est.

Apparet autem satis superque neutrum eorum satisfacere quaerentibus nobis, ad quem usque annum scripserit Asinius Pollio ²⁾: itaque non est, cur existimemus, eum annum 712 a. u. scribendo excessisse.

Verum tota scribendi ratio Plutarchi et Appiani ante oculos versatur. Uterque, ubicumque potest, Graecos eligit auctores, quos sequatur. Non negem Appianum posterioribus libris aliquantum ex ipso Asinio hausisse: eo magis tenendum est, eum secundo libro Pollionis historias sprevisse, quod, ut opinor, facilius ei erat Graeci alicuius scriptoris libellum exscribere quam Asinii ex historiis excerpere. Plutarchus autem ne novit quidem Pollionis historias atque putat eas Graeco sermone compositas esse. En habes veteres historicos.

Postremum, ut finem quaestionis huius initio annectam: probasse mihi videor fuisse libellum Graece scriptum de bello civili inter Caesarem et Pompeium gesto, excerptum ex historiis Asinii Pollionis. Cuius titulus, quantum auguror coniectura,

1) Appian. II 110 extr.: . . . τὸ στρατόπεδον ἐξεῖλον, ὃ κοινὸν ἦν Ἀντωνίῳ τε καὶ Καίσαρι, Καίσαρος αὐτοῦ δι' ἐνύπνιον ἐνδον οὐκ ὄντος, ἀλλὰ φυλαξαμένου τὴν ἡμέραν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἐγγραφεν. Plut. Ant. 22, 2: ὡς δὲ αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γέγραφε, τῶν φίλων τινὸς ὄναρ ἰδόντος ἀνεχώρησε πρὸ τῆς μάχης. cfr. Brutus 41, 4 sqq.

2) Eandem ob causam Cassii Dionis nullam habui rationem. Etsi enim persuasum habeo Dionem quoque (inde ab anno 695 u. c. lib. 38 sqq.) aliqua ex parte Asinii historiis usum esse, tamen parum constat, cum quibus locis tum ad quem usque annum usus sit.

fere hic erat: *Ἀσίνου Πωλιωνος (βιβλίον) περὶ τοῦ ἔμφυλλου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καῖσάρ τε καὶ Πομπήιος.*

Suidas, ubicumque hunc titulum invenit, libellum adscripsit Polioni, rhetori Graeco ac philosopho, quem ea aetate Romae fuisse sciebat. Quamobrem addidit: *ὁ Ἀσίνιος χρηματίας et περὶ τοῦ ἔμφυλλου κ. τ. λ.* (cfr. sup. p. 325).

III. Gaius Oppius.

Plutarchi vitae Caesaris postquam eam tractavi partem, quae bellum civile continet, procedo ad quaestionem cohaerentem quodammodo cum priore. Notum est praeter Suetonium Plutarchum solum de ea aetate Caesaris, quae consulatum eius antecedit, aliquantum egisse. Ac quamvis facile careres iis, quae de bello civili Caesariano memoriae tradidit: priorem vitae illius partem maximi esse momenti cum ad historiam cognoscendam tum ad illustrandam naturam indolemque eorum, qui res a Caesare gestas exposuerunt, omnibus me persuasurum spero.

Praeterea nemo adhuc hanc quaestionem absolvit. Nam Heerenius, praecipuus ille Plutarchi existimator, nullis argumentis confirmavit sententiam, qua credidit Plutarchum hac in vita plura C. Oppio debere¹⁾; Peterus autem, quo loco libri sui²⁾ de fontibus disserit, ex quibus vita Caesaris exhausta sit, confitetur sese non audere de quattuordecim primis libri capitulis quicquam suspicari. Itaque quemadmodum agricola laeto animo frumentum serit in agrum, qui diu quievit, sic ego libenter accedo hanc ad quaestionem; quam perducam ad finem, si praestare potero.

1) Comment. IV de font. et auct. vit. parall. Plut. Vermischte hist. Schr., Gött. 1821, III p. 417, No. 11.

2) Die Quellen Plutarchs etc p. 128.

Praescriptioni autem, quam posui, infra satisfaciam.

Duae partes vitae Caesaris, quarum priorem initio belli civilis (c. 29) termino, diversam inter se speciem praebent. Apparet Plutarchum priore parte auctorem secutum esse, cuius non interesset historiam, ut ita dicam, Caesaris componere, sed qui blando stilo vitae morumque eius imaginem exprimeret atque res gestas adumbraret. Unde dicta, fabellae, narratiunculae, quibus haec pars redundat (c. 2; 7; 10; 11; 17; 18; 26).

Tenoris autem, qui ubique servatur, haec fere summa est:

1. Caesar sanguine cum Mario coniunctus esse identidem praedicatur (c. 1; 5; 6).
2. Catonis vita famaue carpitur (8, 2; 13, 5; 14, 6) ¹⁾.
3. Quanta fuerit gratia Caesaris apud plebem (c. 4, 2; 5, 7; 6, 6; 8, 4).
4. Caesar rem familiarem profundit plebis gratia, idem milites divitiis ornat (c. 4, 3; 5, 6; 15, 4; 17, 1—2).

Haec omnia redolent Caesarianum. Ac legas, quaeso, locum, quo Plutarchus laetitiam depingit, qua Mariani exsultarunt, cum a Caesare restituta intuerentur tropaea C. Marii de Iugurtha deque Cimbris atque Teutonis, quae Sulla olim disiecerat (c. 6). — Ex contrario Suetonius unus et solus ex omnibus scriptoribus aperte docet, quid adversarii de Caesare iudicaverint. Iam si quaedam acerbissimorum opprobriorum, quae adversarii Caesari exprobrabant, cum eis comparaverimus, quae Plutarchus eisdem de rebus tradit, perspicuum erit velle auctorem, quem Plutarchus sequitur, criminationes illas refutare. Qua de re pluribus mihi disserendum est.

1. Rumorem „pudicitiae Nicomedi regi prostratae“, cuius saepe Suetonius mentionem facit ²⁾, Plutarchus silentio praeterit.

1) De orationibus a Caesare et a Catone in senatu Non. Dec. 691 habitis ita praedicat (c. 7, 6): ὁ δὲ Καῖσαρ ἀναστὰς λόγον διήλθε πεφροντισμένον. (c. 8, 1): τούτων δὲ (scil. Cato et Catulus) νεανικῶς ἐναντιωθέντων. Ex contrario in Catone min. dicit (c. 23): ὁ Κάτων . . . εἰθὺς ἴστο τῷ λόγῳ μετ' ὀργῆς καὶ πάθους. Cfr. vit. Ciceron. c. 21 med.

2) Div. Iul. 2. 49 (quater).

2. Suetonius narrat (div. Iul. 3 et 4) Caesarem Sullae morte comperta ex Asia, ubi sub Servilio Isaurico stipendia fecerat, spe novarum rerum Romam rediisse ibique sedato tumultu Lepidi Cornelium Dolabellam frustra repetundarum postulasse. Quare „ad declinandam invidiam atque ut Apollonio rhetori operam daret“, Rhodum secedere statuisse, quo cum traiceret a praedonibus eum esse captum.

Plutarchus paene ex contrario res ordinat (c. 3): Caesar de piratis supplicio sumpto Rhodum se contulit, non Romam, quamvis amici peterent ut rediret Sulla mortuo (c. 4). Paulo post, cum Romam reversus esset, Dolabellae et Antonio diem dixit, qua ipsa re animos plebis maxime sibi reconciliavit¹).

3. M. Bibulus in aedilitate collega Caesaris querebatur, quod „Caesar, ut ait Suetonius c. 10, communium quoque inpensarum solus gratiam caperet et sua Caesarisque munificentia unius Caesaris“ diceretur.

Plutarchus immensos sumptus laudat, quos Caesar in aedilitate plebis gratia impendebat (c. 5 extr.).

4. Suetonius l. s. s. pergit ita (c. 11 in.): „conciliato populi favore temptavit per partem tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia plebi scito daretur resque vulgo improbatur.“

Plutarchus, — nam idem, ut opinor, respicit, — tantam dicit Caesaris gratiam apud plebem factam esse, ut „unusquisque nova imperia et novos honores quaereret, quibus ei gratias ageret“ (c. 5 extr.).

5. De praetura Caesaris Suetonius tradit haec (c. 16): Caesarem, quantum posset, adiuvisse Caecilium Metellum tr. pl. „turbulentissimas leges adversus collegarum intercessionem ferentem, donec ambo administratione rei publicae decreto patrum submoverentur.“

Plutarchus quamquam in vita Catonis min. similem in modum de praetura Caesaris iudicat (c. 27 sqq.), in vita Cae-

1) Drumannus hunc ordinem errori Plutarchi tribuit (III p. 135/136). Sed Velleius (II 42 sqq.) eundem fere rerum ordinem servat atque Plut.

saris eam attingit his solis verbis (c. 9 in.): οὐ μὲν ἀπέβη τι παραχῶδες ἀπ' αὐτῆς (sc. στρατηγίας).

6. In consulatu Caesaris Plutarchus ea omnia, quae ab adversariis semper Caesari summo crimini dabantur, aut praeterit aut tantum non omittit: dico causam Vettii iudicis¹⁾, remissionem tertiae mercedum partis publicanis concessam²⁾, agrum Campanum divisum³⁾, denique iusiurandum in legem Iuliam agrariam⁴⁾.

Hic mihi opponat aliquis ipsius Plutarchi verba (c. 14 in.): εἰθὺς εἰσέφερε νόμους οὐχ ἐπάτω προσήκοντας ἀλλὰ δημάρχῳ τινὶ θρασυτάτῳ, quae minime Caesari fayent. Sed cave ne nimis eis tribuas: prorsus enim discrepant ab omnibus quae antecedunt quaeque sequuntur. Qua de causa existimo Plutarchum illa verba memoriae debere, quod ita demonstrare conabor ut demonstrem Plutarchum hoc loco plura memoriter exposuisse. Ac primum quidem huc pertinent, quae Pompeius rogatus a Caesare, quidnam de lege agraria sentiret, dixisse fertur, quae verba cum in vita Caesaris (c. 14, 4) oratione obliqua, in vita autem Pompei directa oratione (c. 47) tradantur, illic ex memoria mihi videntur relata esse. Deinde Plut. in Catone min. eisdem usus verbis de consulatu Caesaris haec tradit (c. 32 in.): ἃ γὰρ οἱ θρασύτατοι δῆμαρχοι καὶ ὀλιγωρότατοι πρὸς χάριν ἐπολιτεύοντο τῶν πολλῶν, ταῦτα ἀπ' ἐξουσίας ἐπατικῆς αἰσχυρῶς καὶ ταπεινῶς ἐποδύμενος τὸν δῆμον ἔπραττε (cfr. v. Caes. c. 14 in.).

Atque hic quidem sententia Plutarchi comprobanda est, cum leges a Caesare latas vehementer vituperat: in Caesare autem locus non est, ubi eas leges tantummodo summatim attingit. Itaque adducor, ut existimem Plutarchum cum in fonte suo admodum nihil de illis legibus commemoratum invenisset, redegisse in unum corpus undique memoria congesta⁵⁾.

1) Cfr. ad Att. II 24. Sueton. div. Iul. 20 extr.

2) Cfr. Sueton. l. s. s. c. 20 med.

3) Cf. ad Att. II 16. Sueton. l. s. s. c. 20.

4) Cfr. Plut. Cato min. 32.

5) Vitam Catonis min. ante Caesaris compositam esse comprobat

Omnia haec casui aut Plutarchi levitati attribuere non possum: verum fontis proprium esse insigne illud Caesaris studium existimandum mihi videtur esse.

Iam non est, cur censeamus Plutarchum initio cap. 15 fontes mutasse. Immo, cum sententiam consideramus, qua transit ad bella Gallica (c. 15 in.): „Haec ante bella Gallica facta esse tradunt. Quod autem attinet ad bella, quae postea gessit Caesar, et ad expeditiones, quibus Galliam pacavit, alterius vitae quoddam initium orsus: summis celeberrimisque imperatoribus exstitit imperator maior“ etc. — nonne sentimus scriptorem tamquam respirare, quod tandem in eum locum venerit, ubi non tortis rebus, sed integra veritate Caesarem celebrare posset? Namque in Gallia sincerior acer quam Romae! Pleno autem plectro cantum edit novum in Caesaris gloriam (c. 15—18)!

Plutarchum in describendis bellis Gallicis eodem de auctore pendere quo Appianum (ἐκ τῆς Κελτικῆς) inter omnes constat ¹). Primum enim eodem narrationis loco eidem testes ab utroque proferuntur: Caesar et Tanusius Geminus ²). Deinde mira concordia cum rerum tum verborum ubique elucet. Compara igitur: Plut. c. 18 c. App. fr. 15; cfr. fr. 1, 3 (de Helv. et Tigurin.).

- c. 20 — fr. 1, 4 (de Belg.).
- ibid. — ibid. (de Nerv.).
- c. 22 — fr. 18 (de Usip. et T.).
- c. 15, 5 — fr. 1, 2 (de toto bello).

Michaelis (l. s. s. cfr. sup. p. 314) p. 41. Verba illa Pompei non ex Pompeio, quem post Caesarem scripsit, Plutarchum sumpsisse existimo, sed ex memoria rettulisse. Cfr. ea quae supra p. 314 de Plutarcho dixi.

1) Cfr. Peter l. s. s. p. 120 sqq.

2) Plut. v. Caes. 22, 1—2: *Ὅσαίπας καλοῦσι τοὺς ἑτέροισ, τοὺς δὲ Τεντερίταις. Περὶ δὲ τῆς πρὸς τοὺτους γενομένης μάχης ὁ μὲν Καῖσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσει γέγραπεν, ὡς οἱ βάρβαροι κ. τ. λ.* cfr. App. ἐκ τῆς Κελτ. fr. 15 (Schweigh.): *ὁ δὲ Καῖσαρ ἐν ταῖς ἰδίαις ἀναγραφαῖς τῶν ἐφημέρων ἔργων φησί, τοὺς Οἰσιπέτας καὶ Ταγχρέις κ. τ. λ.* Plut. 22, 3—4: *Τανίστιος δὲ λέγει Κάτωνα, τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ ψηφισομένης ἑορτᾶς καὶ θυσίας, ἀποφίνασθαι γνώμην, ὡς ἐκδοτέον ἔστί τὸν Καῖσαρα τοῖς βαρβάροις κ. τ. λ.* cf. App. fr. 18: *Κάτωνά τε ἐν Ῥώμῃ τῶν τισ*

Lege iam saepe adhibita nisus censeo nec Caesarem nec Tanusium communem fontem esse. Quis autem erat? Peterus (p. 126) Asinium Pollionem fuisse putat. Nolo certare cum Petro ob eam causam, quod demonstrasse mihi videor Plutarchum Pollionis historiis omnino usum non esse¹⁾. Nam subdola esset oratio mea. Verum etiam confiteor unam esse causam (quam ipse Peterus nescit), qua commoveatur aliquis, ut sententiam eius probet. Tanusium enim, ut supra dixi, iam communis auctor nominavit. Qui cum in enarrandis bellis Gallicis res urbanas et partium contentiones respexisse videatur, ea scribendi ratione usus est, quam supra Asinii Pollionis propriam significavimus (cfr. p. 332). Neque tamen rem ita se habere existimo, cum multae causae obstant. Primum illa verba: *Τανύσιος δὲ λέγει Κάτωνα κ. τ. λ.* premere haud debemus. Sunt cuiuslibet Caesariani, qui oblata occasione Catonem acerbis facetiis irridebat²⁾. Quid enim risu dignius esse potest, quam quod Cato, cum senatus ob devictos fusosque hostes Caesari supplicationem quindecim dierum decerneret cumque universa civitas laetitia exsultaret, — „tamquam in Platonis *πολιτεία* sententiam dicens“³⁾ Caesarem hostibus esse dedendum censuit, quibus fidem fregisset.

Ante omnia autem et Plutarchi et Appiani in narrando levitas nullo pacto ad Asinium referri potest. Errores quidem, qui non desunt⁴⁾, omitto: sed totam scribendi rationem in disputationem voco. Namque Asinius Pollio ex natura mori-

συγγραφέων φησὶ γνώμην ἐπιτελεῖν, ἐκδοῦναι τοῖς βαρβάροις τὸν Κάισαρα ὡς ἐναγὲς ἔργον κ. τ. λ. Dubium esse non potest, quin *συγγραφεὺς* ille, quem Appianus laudat, idem Tanusius sit, cuius Plut. mentionem facit.

1) Cfr. supr. dissert. II p. 341.

sein? Sie fügt sich, so aufgefasst, in die Reihe der praxitelischen Werke gut ein, während eine menschliche *pseliumene* ganz vereinzelt dastehen würde. Allerdings hat eine in so genrehafter Situation dargestellte Göttin wenig Göttliches mehr, und würde für uns, wenn sie erhalten wäre, mehr Genrebildliches haben, wie sie für Tatian *ψηλοῦμένον τι γύναιον* war. — Noch bestrittener und unklarer sind die *flens matrona et meretrix gaudens* (Plin. 34. 70. S. Q. 1278). Die Ansicht Brunns¹¹⁸⁾, es seien vom Künstler beabsichtigte Gegenstücke, hat a priori vieles für sich; Darstellung von Empfindungsscalen und Empfindungsgegensätzen sind der Schule und dem Meister selbst nicht fremd; aber sie kommen nur an Göttern höhern oder niedern Grades zur Erscheinung. Ein Genrebild solchen Gegenstandes wäre vollkommen singular. Ulrichs¹¹⁹⁾ will in ihnen Figuren aus der Komoedie sehen. Aber die *meretrix gaudens* ist erst ein häufiger Gegenstand der neuern attischen Komoedie, die *flens matrona* tritt nicht einmal in dieser besonders hervor; und so häufig Typen der Komoedie von Lysipp und seiner Schule dargestellt wurden, so selten, wenn nicht ganz vereinzelt, sind sie in dieser Schule und Umgebung. Furtwängler¹²⁰⁾ nimmt deshalb zu Porträts seine Zuflucht und sieht in der *meretrix* Phryne, in der *matrona* die Grabstatue einer alten Frau. Gegen diese Annahme lässt sich nichts einwenden, als nur, ob sich Grabstatuen von Frauen, die man als *δεδακρυμένα*, *flentes* bezeichnen könnte, überhaupt nachweisen lassen. Plinius fasst entschieden beide Werke als Porträts auf; und auch wir müssen trotz dieses Fragezeichens bei dieser Auffassung bleiben, wenn wir nicht ganz auf eine Erklärung Verzicht leisten wollen.

Das von Brunn¹²¹⁾ und Welcker¹²²⁾ richtig als erotisch gedeutete *σύμπλεγμα* des Kephisodot (Plin. 36. 24. S. Q. 1339)

118) Künstlergeschichte I. 343.

119) *Observationes de arte Praxitelis* p. 14.

120) *Der Dornauszieher* Anm. 43.

121) Künstlergeschichte I. 394.

122) *Alte Denkmäler* I. 317.

gehört meines Erachtens nicht hieher, da es nach allen Analogien höchst wahrscheinlich ist, dass, wie das von Plinius 36. 35 erwähnte alterum symplegma nobile Pan und Olympos¹²³⁾ im Liebesringen zeigte, so auch dieses die sinnliche Leidenschaft an Dämonen darstellte, deren Wesen dieser Leidenschaft entsprach oder in ihr bestand, vielleicht an Nymphen oder Hermaphroditen und Satyrn¹²⁴⁾.

Von den Künstlern, die mit Skopas den plastischen Schmuck des Maussoleums besorgten, gehört Leochares durch sein vielbestrittenes Werk: Lyciscus mango, puer subdolae et fucatae vernilitatis (Plin. 34. 79. S. Q. 1310) hieher. Die Unklarheit, die über dieses Werk in Folge der nicht correct überlieferten plinianischen Worte herrscht, hat die Herbeiziehung eines martialischen Epigramms (IX. 50. 5. S. Q. 1311) ohne Not vermehrt. Martial vergleicht in diesem Gedichte seine Epigramme mit kleinern plastischen Werken und sagt:

„nos facimus Bruti puerum, nos Langona vivum.“

Wer ist dieser Langon? Nach dem Zusammenhange muss es eine Knabenstatue gewesen sein. Wir kennen sie nicht und werden sie voraussichtlich nie kennen lernen. Aber die Ähnlichkeit von mango und Lango, verbunden mit dem Umstande, dass die codices C des Plinius Langonem geben, verführte zu einer Identificirung beider Werke. Mango, önis passt nicht in den martialischen Text, was Brunn übersah¹²⁵⁾, Lango heisst gar nichts, also war eine Conjectur nötig und O. Jahn¹²⁶⁾ hat sie gemacht, er will an beiden Stellen Plangöna resp. Plangönem lesen. Plangon heisst ursprünglich Wachspuppe, wird dann als Kosenamen für Hetären gebraucht und kann nach

123) Die Vorbereitung dieses symplegma sehen wir in der neapler Gruppe: Pan, den Olympus das Syrinxspiel lehrend. cf. Friederichs, Bausteine I. n. 654 und viele andere Repliken.

124) Solche Gruppen z. B. in Dresden (Hettner, die Bildwerke der königl. Antikensammlung n. 209. 210), in Ince Blundell Hall (Clarac, musée 672, 1735 A. Arch. Ztg. 1874. S. 23).

125) Künstlergeschichte I. 388.

126) N. rheinisches Museum IX. 319.

Jahns Meinung ebenso gut für einen solchen puer delicatus passen. Aber dieser Name ist für einen Knaben nirgends bezeugt; und der Name Lyciscus, wie der Ausdruck vernilitas weisen auf eine Szene aus dem Leben eines mango hin. Wir müssen also an mango festhalten, die martialische Stelle von der plinianischen trennen und diese aus sich selbst erklären¹²⁷⁾. Lyciscus macht als mango keine Schwierigkeiten, er war ein berühmter Sklavenhändler, den, wie wir wissen, Alexis von Thurii¹²⁸⁾, ein Dichter der mittlern attischen Komödie, verspottete. Puer subdolae et fucatae vernilitatis kann nun nicht Apposition zu mango sein, sondern muss den zweiten Bestandteil der Gruppe nennen. Plinius pflegt sonst die Gruppenbestandteile mit que una zu verbinden (so § 69: Ebrietatem nobilemque una Satyrum, § 75: Apollinem nudum cervumque una); aber auch blosses et und que scheint vorzukommen, obwohl die anzuführenden Beispiele (§ 80: Niceratus fecit Aesculapium et Minervam, Pyrrhus Hygieiam et Minervam, § 52: Satyrum admirantem tibias et Minervam) zweifelhafter Natur sind; dagegen ist die Anführung einer Gruppe ohne eine ihre Bestandteile verbindende Partikel singular¹²⁹⁾. Bursian¹³⁰⁾ conjicirt deshalb zwischen mangonem und puerum ein et; doch hat Furtwängler¹³¹⁾ gewiss mit vollem Rechte die Notwendigkeit einer solchen Conjectur in Zweifel gezogen; auch ich möchte lieber eine entweder durch ein Missverständniss oder durch die Eile der Compilation veranlasste Ungenauigkeit im Ausdrucke des Plinius annehmen, als ein Wort ergänzen, dessen Verschwinden aus allen Handschriften räthselhaft bleiben

127) Das schlug schon vor Overbeck, Geschichte der Plastik² II. Anm. 90.

128) cf. Meineke, hist. crit. com. graec. 374 ff. Hirschig, Alexidis comici fragmenta. Damit ist auch Brunns (I. 388) Irrtum, der Lyciscus und mango als zwei verschiedene Werke behandelt, als solcher erwiesen.

129) Das einzige vielleicht anzuführende Beispiel (§ 90: Sthennis Cererem Iovem Minervam fecit) ist ohne Wert, da es keineswegs feststeht, ob diese Götter eine Gruppe bildeten.

130) Allg. Encyclopaedie I. 82. S. 461 Note 7.

131) Der Dornauszieher Anm. 44.

würde. Haben wir nun in diesem Werke Porträt oder Genrebild? Lyciscus war eine reale Persönlichkeit, der Künstler konnte ihn porträtirt haben. Aber gewiss wird es ihm nicht darauf angekommen sein, die individuellen Züge dieses einen mango darzustellen, sondern den gerade im Lyciscus sich am schärfsten ausprägenden Typus des mango. Wenn dem aber ist, so ist die Gruppe als solche der aesthetischen Kategorie nach ein Genrebild. Ob sie nun zu dem ornamentalen Schmucke des neuen athenischen Theaters gehörte¹³²⁾, mag und muss dahingestellt bleiben; wichtiger ist, dass sie die erste der Komödie entnommene Darstellung ist; Leochares steht, als ihr Schöpfer, vereinzelt in dieser Schule und weist nach seinem Zeitgenossen Lysipp hintüber, von dem er vielleicht nicht unabhängig war.

Unter den Künstlern, deren Tätigkeit nachweisbar von den Häuptern der jüngern attischen Schule beeinflusst war, ist zuerst Sthenis von Olynth zu erwähnen. Von ihm werden ausser zwei Athletenstatuen (Paus. VI. 16. 8. VI. 17. 5. S. Q. 1348. 1349), mit deren Bildung sich weder Skopas und Praxiteles, noch deren unmittelbare Schüler beschäftigten, und ausser den schon oben behandelten *sacrificantes* bei Plinius (34. 90. S. Q. 1347) auch *flentes matronae* erwähnt, die Urlichs¹³³⁾ als gefangene Troerinnen mit Hecuba, Furtwängler¹³⁴⁾ als Porträts älterer Frauen ernstwehmütigen Charakters auffasst. Auf beide Meinungen fällt aber der von Furtwängler gegen die urlichs'sche Ansicht ausgesprochene Vorwurf der Willkürlichkeit. Will man diesem Vorwurfe entgehen, so ist es das Geratenste, das non liquet offen auszusprechen.

Silanion von Athen, ein gewissermaassen den Uebergang von Praxiteles zu Lysipp bildender Künstler, wird als Schöpfer eines *epistates exercens athletas* angeführt. Dass in der von der Theseusstatue desselben Meisters handelnden Plu-

132) Urlichs, *observationes de arte Praxitelis* p. 14.

133) *Chrestomathia Pliniana* 331.

134) Der Dorauszieher Anm. 22 (*flentes* ist Uebersetzung von *δακρυμέναι*).

tarchstelle (Thes. 4. S. Q. 1352 mit Note) das Wort ἐπιστάτης vorkommt, halte ich für ebenso zufällig, wie die von Urlichs¹³⁵⁾ vorgenommene Identificirung dieses epistates mit dem Achilles nobilis Silanions jeglicher Begründung entbehrt. — Athletenstatuen werden von Silanion mehrfach (S. Q. 1360—62) erwähnt; es ist also nicht im Mindesten auffällig, wenn er die vielleicht öffentlich aufgestellte Statue eines tüchtigen Athletenaufsehers bildete. Das Attribut exercens athletas ist meiner Ansicht nach nur beigefügt, um das an und für sich nichts als Aufseher bezeichnende epistates näher zu erklären und hat weiter keine Bedeutung, als der Genetiv athletarum haben würde. Damit ist aber der epistates aus dem Gebiete des Genres zu verweisen.

So sind wir denn an dem Punkte angelangt, bis zu welchem wir die Geschichte des Genrebildes darlegen wollten; über Lysipp hinaus sie weiter zu führen, ist einerseits unnötig, andererseits unmöglich; unnötig, weil es allgemein anerkannt ist und nicht erst der Ausführung bedarf, dass von nun an die lediglich ihrer Motive wegen geschaffenen realistischen Genrebilder aus dem Alltagsleben nicht nur vorkommen, sondern sogar die idealen Schöpfungen überwiegen, und weil, — das, was wir tun könnten, — die Ursachen dieser Erscheinung schon von Helbig¹³⁶⁾ klar gelegt und die bekanntesten Statuenklassen und Statuen, die ihrer Entstehung nach hierher gehören, von Furtwängler angeführt und geordnet worden sind; unmöglich aber, weil zu dem, was die Geschichte des nachlysippischen Genres bieten müsste, zu einer Entwicklungsgeschichte der Motive der erhaltenen Genrestatuen und der Einordnung derselben in die verschiedenen Schulen und Zeiten, mit Ausnahme der schon citirten jahn'schen und heydemann'schen Aufsätze jede Vorarbeit fehlt.

135) Ueber den Pasquino. Bonner Winckelmannsprogramm 1867. S. 40.

136) Untersuchungen über die campanische Wandmalerei.

QUAESTIONES STRABONIANAE

SCRIPSIT

PAULUS MEYER



A

I. De Strabonis anno natali.

De Strabonis uita multi uiri docti iam uerba fecerunt, pauci utilia protulerunt. Nam cum priores, quae ipse de se iudicasse primo aspectu eis uidebatur, ea composuisse satis haberent, recentiores aut commentis eorum sine iudicio fidem habuerunt aut noua neque certiora addiderunt. Etiamnunc iudicium adeo non constat, ut in dies magis increuerit uiro-
rum doctorum dissensio et totam hanc quaestionem accuratius explorare maxime necessarium uideatur.

Exordium nobis est a definiendo anno natali Strabonis.

Mittimus priorum somnia, de quibus Hasenmuellerum¹⁾ conferas, et actutum in unum conspectum conferimus, quae ad rem esse accommodata uidentur. Strabo ipse testatur sui temporis (καὶ ἰμᾶς) fuisse praeter alios Menodorum (XIV, 1, 42), Pharnacem (XI, 2, 17), Theophanem (XIII, 2, 3), Pompeium (V, 3, 8), Ptolemaeum Auleten (XVII, 1, 11).

At Menodorus inter annos ante Chr. n. 42 et 40 (cf. Cass. Dion. XLVIII, 7. 16) mortuus est; Pharnaces uiguit usque ad annum 47 (Strabonis aetate Phruxi oraculum spoliavit; cf. Cass. Dion. XLII, 45—48); Theophanes iam anno 66 multum ualuit apud Pompeium (Cic. pro Arch. 10, 24; ad Att. II, 5, 1 cet.; Plut. Pomp. 42. 49. 76) et usque ad annum 48 (Caes. b. c. III, 18) memoratur; obierunt diem supremum Pompeius anno 48, Ptolemaeus Auletes anno 51.

1) Hasenmueller, de Strabonis geographi uita. Bonn. 1863. p. 13—18. Addo Siebelisium (disput. de Strabonis patria etc. Bautzen 1828 p. 8—9) satis credibile putare Strabonem, cum P. Seruilius Isauricum, consulem a. u. c. 674 et annum u. 771 (IV, 6, 9) uiderit, nonaginta ferme annos exegisse. Non male, si quidem temporum illorum condicionem respicis, de Strabonis aetate egit iam Marsilius Cagnatus (uar. obseru. III, c. 20) anno 1587.

Item Strabo dicit (VI, 1, 6) Rheginorum ciuitatem semper propugnaculum fuisse Siciliae oppositum cum antiquitus, tum nuper ipsius aetate (*νεωστὶ ἐφ' ἡμῶν*), cum Sextus Pompeius Siciliam ad defectionem pertraxerit — uidelicet anno ante Chr. n. 40 (Cass. Dion. XLVIII, 17). Denique Tapyros uxores suas aliis uiris elocare, postquam ipsi ex iis duos uel tres sustulerint liberos, referens (XI, 9, 1) haec profert: *καθάτερ καὶ Κάτων Ὀρτησίῳ δεηθέντι ἐξέδωκε τὴν Μαρκίαν ἐφ' ἡμῶν κατὰ παλαιὸν Ῥωμαίων ἔθος*. Tradidit autem Cato Marciam Hortensio circa annum ante Chr. n. 54 (Plut. Cat. min. 25. 52; App. b. c. II, 99; Quint. III, 5, 11 cet.; Lucan. II, 328)²⁾.

Iam subsistendum, ne prorsus futtilia edamus. Neque enim iis³⁾, quae X, 2, 13 leguntur: *ἐφ' ἡμῶν δὲ καὶ ἄλλην προσέκτισε Γάιος Ἀντώνιος, ἦντα φρυγᾶς γενόμενος μετὰ τὴν ἐπατείαν ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ διέτριψε κτλ.* multum iuuamur, cum neque de initio exsilii hoc loco sermo sit et Antonius non ante annum 45 in integrum restitutus esse uideatur⁴⁾, neque ex XII, 5, 1 certi quidquam elici potest, ubi Strabo de Galatia disserens haec promit: *καθ' ἡμᾶς δὲ εἰς τρεῖς, εἰτ' εἰς δύο ἡγεμόνας, εἰτ' εἰς ἓνα ἤκεν ἡ δυναστεία εἰς Ἀηϊόταρον*, cum, quo tempore Galatia ad tres regulos uenerit, plane ignoremus⁵⁾.

Strabo igitur ex eis, quae adhuc protulimus, uidetur natus esse ante annum 54 ante Chr. n. Iam aliud, quaeso, uideas. Magistrorum tres in geographicis memorat: Aristodemum (XIV, 1, 48: *οἱ διηκοῖσαμεν ἡμεῖς ἑκατόγηρον νέοι παντελῶς ἐν τῇ Νίσιῳ*), Xenarchum (XIV, 5, 4: *οἱ ἡχροασάμεθα ἡμεῖς*), Tyrannionem (XII, 3, 16: *οἱ ἡμεῖς ἡχροασάμεθα*). Quartum in ea parte libri VII, quae nunc deest, attulisse eum Posidonium

2) L. Lange, Röm. Alterth. III, 347; Drumann, Gesch. Roms III, 103.

3) Afferunt Clinton (fasti Hellenici III, p. 553), Niese (Hermes XIII, p. 37).

4) Cfr. Lange III, p. 283. 420. 453. 470.

5) Quamquam Niese l. c. p. 40 confidenter profitetur, anno 63 exeunte uel ineunte 62 hoc factum esse, Appiani (Mithrid. 114) uerba: *ἐποίησε τετράρχης Γαλλογραικῶν μὲν, οἱ γὰρ εἰσι Γαλάται Καππαδόκαι ὄμοροι, Ἀηϊόταρον καὶ ἑτέροους* non recte interpretatus.

testatur Athenæus (XIV, p. 657⁶). Primum Strabo discipulus erat Aristodemi Nysæi. Cuius disciplina eum per paucos annos, non per plenam τῆς ἐγκυκλίου παιδείας annorum decadem usum esse ex ipsius verbis, quæ supra adscripsimus, elucet. Aristodemo mortuo ad Xenarchum Alexandriae tum commorantem se contulisse uidetur. Romæ quidem eum Xenarchi discipulum fuisse inde a duodecimo ætatis anno assentiente Schroetero Hasenmueller⁶) contendit. Ex ratione enim describendorum locorum Hasenmuellero constat, Seleuciam a Strabone non esse uisam eumque descripsisse illam regionem Artemidori Ephesii uerba secutum. Quod quibus de causis censuerit, cum contrarium affirmant Grosskurd, Creuzer, Malte-Brun⁷), neque Schroeter uidit et me plane ignorare fateor. Non quo ipse contendam Strabonem Seleuciae Xenarchum audiuisse. Diserte enim testatur uirum illum non diu domi mansisse: *Ξέναρχος δὲ . . ἐν οἴκῳ μὲν οὐ πολὺ διέτριψεν* (XIV, 5, 4), ita ut suspicari primum sit, iuniorẽ eum e patria demigrasse, antequam disciplina nomen sibi parauisset. Docuit deinde pueros Alexandriae, Athenis, τὸ τελευταῖον Romæ, quo concessit grandior natu uidelicet. Fortasse anno ante Chr. n. 29, cum Strabo ex Asia in Graeciam ueheretur, Athenis uersabatur. Antea Alexandriae fuerat, ubi Ario Alexandrino utebatur familiarissime, a quo Augusto Caesari eum commendatum esse non quidem certum, sed satis probabile est. Arium enim plurimum apud principem ualuisse constat. Cfr. Cass. Dion. LI, 16: *τῶν τε Αἰγυπτίων τῶν τε Ἀλεξανδρείων πάντων ἐφείσατο . . πρόφασιν δὲ . . προῦβάλλετο τὸν τε θεὸν τὸν Σάρακιν καὶ τὸν Ἀλέξανδρον, τὸν οἰκιστὴν αὐτῶν, καὶ τρίτον Ἄρειον τὸν πολίτην, ὃς ποὺ φιλοσοφοῦντί τε καὶ συνόντι ἐχρήτο*. Quod si recte se habet, Xenarchus non ante annum ante Chr. n. 30 Romam uenit, cum tum primum Octavianus Arii disciplinae se dedi-

6) Schroeter, de Strabonis itineribus. Leipzig 1874 p. 4. — Hasenmueller p. 26. 27.

7) Grosskurd, praef. p. XVIII; Creuzer, Wiener Jahrbücher der Literatur CXI, p. 132; Malte-Brun, biogr. univ. XLIV, p. 2. — Niese l. c. p. 41 n. sententiam Hasenmuelleri probat, sed causas afferre supersedet.

disse uideatur. Quid? Xenarchum iam anno ante Chr. n. 46, id quod Hasenmueller postulat, Romae docuisse quominus credamus, nonne hac re prohibemur? Neque omnino uerisimile est Strabonem, qui ex Hasenmuelleri sententia tum puer duodecim annorum fuit, tanti itineris et nauigationis laboribus ac periculis obiectum esse. His de causis existimo Alexandriae Strabonem Xenarchi discipulum fuisse. De Athenis cogitari non posse bene Hasenmueller docet⁸⁾.

Post Xenarchum Rhodi Posidonium audiuit. Athenaeus enim (XIV, p. 657^c) haec dicit: *μνημονεῖει δ' αὐτῶν — τῶν περὶ τῶν — Στράβων ἐν τρίτῃ Γεωγραφουμένων* (cf. III, 4, 11), *ἀνὴρ οὐ πάνυ νεώτερος· λέγει γὰρ αὐτὸς ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἐγνωσέναι Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφον, οἷ' κτλ.* Quae nullo iure Grosskurd⁹⁾ errori Athenaei debere censet, qui in l. XVI, 2, 10 legens: *Ποσειδώνιος ὁ στοϊκὸς, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος* haec prae intellexerit falsoque libro VII dederit. In libro VII multa perierunt; cur igitur Athenaeo, uiro satis accurato, fidem abnegemus, cum res ipsa nihil habeat, in quo offendamus? Posidonius diu Rhodi docebat. Ibi eum Strabo adiit cognouitque scholas uidelicet eius frequentans. At anno ante Chr. n. 51 Romam, quo iam anno 86 (Plut. Mar. 45) legatus erat, iterum eum se contulisse Suidas testatur (*Ποσειδώνιος ἦλθε . . ἐς Ρώμην ἐπὶ Μάρκου Μαρκέλλου*)¹⁰⁾ ibique non multo postea mortuus est. Intellegis Strabonem ante annum 51 Rhodi uersatum esse. Fac ibi eum fuisse, antequam Alexandriam abiit, etiam ita cogaris statuere Strabonem natum esse ante annum ante Chr. n. 60¹¹⁾. At ne hoc quidem concedere licet.

8) Hasenmueller l. c. p. 27.

9) Grosskurd, praef. p. XIV. Cfr. Hasenmueller p. 14—16.

10) Cf. Bake, Posid. rell. p. 4; Mueller, fragm. hist. Gr. III, p. 245, qui propter uerba Plutarchi in Bruti c. 1 etiam post Caesaris mortem in uiuis fuisse Posidonium neque animum a studiis auocasse contendit neque uero cuiquam persuasit; Hasenmueller p. 20, n. 2.

11) Si enim septimum annum agens, ut mos erat — Becker, Chalcicles (ed. C. Fr. Hermann) II, p. 39; C. Fr. Hermann, Gr. Priuatalter-

Immo ante Posidonium Xenarchum auscultauit, quem pueris educandis operam nauauisse scimus. Cf. Strab. XIV, 5, 4: *Ξέναρχος τὸν παιδευτικὸν βίον ἐλόμενος*. A persona Posidonii, rei publicae Rhodiorum gubernatoris, Pompeii amici litteratissimique philosophi — ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος — educatio puerorum plane aliena est. Iam uide, quid inde de anno natali Strabonis sequatur: septendecim quidem annos Strabonem natum fuisse oportet, cum se Rhodum ad Posidonium conferret (usque ad hunc enim annum Graecorum pueri instrui solebant); atqui Posidonius anno ante Chr. n. 51 Romam profectus ibique mortuus est: ergo Strabonem non post annum ante Chr. n. 68 natum esse elucet.

Denique Romae Tyrannionis disciplina imbutus est, non Amisi, quod nonnulli fabulati sunt. Tyrannio enim inde ab anno 66 Romae uersabatur illuc a Lucullo adductus. Iam quaeritur, quo anno Strabo Romam se contulerit eiusque disciplinae se dedit. Suidas de Tyrannione haec tradit: *Τυραννίων . . . γεγονὼς ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου καὶ πρότερον . . . ἦλθη δ' εἰς Ῥώμην ληφθεὶς αἰχμάλωτος ἐπὶ Λουκούλλον, ὅτε κατεπολέμησε Μιθριδάτην, τὸν Πόντου βασιλεύσαντα· διαπραγῆς δὲ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ καὶ πλούσιος ἐκτήσατο καὶ βιβλίων ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας· ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ἐπὶ ποδάγρας παραλυθεὶς Ὀλυμπιάδι ρα' ἐν τῇ γ' ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος*. Numeros uitiatos esse apparet. Ideo Patricius¹²⁾ scribi iubet: ρπ'. Sed impetrare a nobis non possumus, ut credamus Tyrannionem, cum anno 66 captiuus Romam aduectus esset, octo annis postea diuitiis summis librisque plurimis comparatis mortuum esse. Omni ex parte probum est, quod nos proponimus: ΠΙΙΓ (pro PK). Qua emendatione probata Tyrannio anno ante Chr. n. 46 mortuus est, uiginti annis postquam Romam uenerat. At audiuisset se Tyrannionem contendit Strabo:

thümer § 35, adn. 13; Krause, *Gesch. d. Erziehung* p. 153 — ad Aristodemum allatus unumque tantum annum apud grandaeuum magistrum uersatus erat, anno 52 octauum annum exegerat.

12) Patricius, *discuss. Peripat.* I, 4, p. 36.

ergo ante annum 46 Romam uisit. Quocum concordat illud, quod Seruilius Isauricum a se uisum esse affirmat: *παρέσχον δὲ καὶ Ῥωμαίοις πράγματα καὶ τῷ Ἰσαυρικῷ προσαγορευθέντι Πουβλίῳ Σερβιλίῳ, ὃν ἡμεῖς εἶδομεν κτλ.* (XII, 6, 2); Seruilius enim Isauricum anno ante Chr. n. 43 Romae mortuum esse constat. Cf. Cass. Dion. XLV, 16; Cic. Phil. II, 5, 12. Haec si recte se habent, alia tamquam ansa nobis datur ad definiendum annum, ante quem Strabonem lucem adspexisse necesse est. Bene enim Hasenmueller¹³⁾ monet utique abiudicandum esse paedagogi munus a Tyrannione, celeberrimo grammatico (Plut. Luc. 19), qui maximam bibliothecam, qui diuitias comparauerit amplissimas. Consentaneum igitur est Strabonem eo tempore Tyrannionis disciplina usum esse, quo uulgari institutione iam imbutus erat, hoc est, post sextum uel septimum et decimum aetatis annum. Ergo cogeremur, etiamsi ea, quae de Posidonii disciplina constituimus, non essent probanda, statuere Strabonem ante annum ante Chr. n. 63 natum esse.

Ut paucis comprehendamus, quae adhuc consecuti sumus: anno ante Chr. n. 68 Strabo natus¹⁴⁾

- a. 61 ad Aristodemum Nysaeum se confert;
- a. 59 mortuo Aristodemo Alexandriam profectus Xenarchi scholas frequentat;
- a. 52 Rhodi Posidonium audit;
- a. 47 Romae uersatur et Tyrannione magistro utitur.

Haec non diluuntur iis, quae Strabo de maioribus suis

13) Hasenmueller l. c. p. 23. 24.

14) Aliud huius rei argumentum fortasse sumendum est ex iis, quae Strabo XIV, 5, 10 disserit: *εἰτ' ἐπέθεντο τῇ χώρᾳ* (Ciliciae asperae) *τύρραννοι πολλοὶ καὶ συνέστη τὰ ληστήρια, μετὰ δὲ τῆν τούτων κατάλυσιν ἐφ' ἡμῶν ἤδη τῆν τοῦ Τεύκρου δυναστείαν ταύτην ἐκάλουν, τῆν δ' αὐτῆν καὶ ἰερωσύνην κτλ.* Cum Teucris familiae illud imperium etiam Antonio Cleopatraque mortuis Imperatore Augusto manserit, possis suspicari hoc loco sermonem esse de initio illius ditionis Teucris idque in Strabonis aetate cadere dici. Aliter additum ἤδη prorsus sensu caret. Praedones uero anno 67 ex Ciliciae latebris excitati ad internecionem redacti sunt. Tum imperium ad Teucris familiam peruenit *ἐφ' ἡμῶν ἤδη*.

disputat. In l. X, 4, 10 leguntur haec: Δορύλαος γὰρ ἦν ἀνὴρ τακτικὸς, τῶν Μιθριδάτου τοῦ Εὐεργέτου φίλων· οἷτος . . . πολὺς ἦν ἐν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Θράκῃ, πολὺς δὲ καὶ τοῖς παρὰ τῆς Κρήτης ἰουσιν. . . ἐπιδημοῦντος δὲ τοῦ Δορυλαίου κατὰ τύχην ἐπέστη πόλεμος τοῖς Κνωσίοις πρὸς τοὺς Γορτυνίους . . . καὶ ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἐξ ἐπιβουλῆς δολοφονηθέντα ἔγνω τὸν Εὐεργέτην ἐπὶ τῶν φίλων ἐν Σινώπῃ, τὴν διαδοχὴν δὲ εἰς γυναῖκα καὶ παιδία ἤκουσαν, ἀλόγους τῶν ἐκεῖ κατέμεινεν ἐν τῇ Κνωσσῷ· τεκνοποιεῖται δ' ἐκ Μακέτιδος γυναικὸς Στερόπης τοῦνομα δύο μὲν υἱεῖς Λαγέταν καὶ Στρατάρχαν, ὧν τὸν Στρατάρχαν ἐξαχόγηρον καὶ ἡμεῖς ἤδη εἶδομεν, θυγατέρα δὲ μίαν. Ζεῖν δὲ ὄντων υἱῶν τοῦ Εὐεργέτου διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ ἔνδεκα ἔτη γεροντός· τοῦτω σύντροφος ἐπέθεξεν ὁ τοῦ Φιλεταίρου Δορύλαος· ἦν δ' ὁ Φιλέταιρος ἀδελφὸς τοῦ τακτικοῦ Δορυλαίου· ἀνδρωθεὶς δ' ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοσοῦτο ἤρητο τῇ συντροφίᾳ τῇ πρὸς τὸν Δορύλαον, ὥστ' οὐκ ἐκείνον μόνον εἰς τιμὰς ἔγε τὰς μεγίστας, ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενῶν ἐπεμελείτο καὶ τοὺς ἐν Κνωσσῷ μετεπέμπετο· ἴσαν δ' οἱ περὶ Λαγέταν, τοῦ μὲν πατρὸς ἤδη τετελειτηγός, αὐτοὶ δ' ἠνδρωμένοι, καὶ ἦγον ἀφέντες τὰ ἐν Κνωσσῷ· τοῦ δὲ Λαγέτα θυγάτηρ ἦν ἡ μήτηρ τῆς ἐμῆς μητρὸς.

His innixus Hasenmueller ¹⁵⁾ Strabonem ante annum ante Chr. n. 65 natum esse non posse confidenter asseuerat. Circa annum enim ante Chr. n. 120 Dorylaum Tacticum, Strabonis abauum, Cnossi domicilium collocasse et ibi demum uxorem duxisse Steropam; Lagetae igitur, filii eius, natalicia ante annum 119 non esse statuenda; a Lageta autem Strabonem tribus aetatibus post ortum esse. Quarum si quam minimum ponamus spatium, ter octodecim annos, Strabonem post annum ante Chr. n. 65 natum esse elucere.

In qua disputatione omnia prorsus futtilia sunt. Dorylaus Tacticus, si uerba Strabonis accurate interpretamur, non tum, cum post Mithridatis Euergetae caedem militiae pertaesus se

15) Hasenmueller l. c. p. 20.

Cnossum quasi e scena in secreta remouerat, liberos edidiisse dicitur, sed ita dicitur, ut id multo antea, fortasse inter expeditionum tumultum factum esse statuere non solum liceat, sed plane necesse sit. Steropam quidem, uxorem e Macedonia ortam, neque tum demum neque Cnossi in matrimonium uidetur duxisse. Atque Strabonem narrare Mithridatem *ἀνδρωθέντα* propter amicitiam, quae ei cum Dorylao, Philetaeri filio, fuerit, ad se uocasse propinquos eius, Lagetamque et Stratarcham (*οἱ περὶ Λαγέταν*) patre mortuo ipsos *ἠνδρωμένους* Cnosso uenisse uidemus. Subsistamus paululum. Mithridates undecim annos natus ¹⁶⁾ patre orbatus aliquantum temporis tutori datus erat. Post septem demum annos tutela eum se abdicasse Iustinus (XXXVII, 2) tradit; quocum consentiens Strabo Mithridatem *ἀνδρωθέντα* Dorylao, Philetaeri filio, illa concessisse — uidelicet in ipso imperii initio — testatur. Quicumque enim *τὴν ἡλικίαν* ingreditur, is iure *ἀνδρωθεὶς* dicitur, satisque notum est ad *ἡλικίαν* octauo decimo aetatis anno perueniri. Iam computa: undecim annos natus Mithridates erat, cum pater mortuus est; septem deinde per annos in siluis uagatus erat ignaris omnibus, quibus esset locis. Octodecim igitur annos natus *ἀνδρωθεὶς* et imperium iniit et amici propinquos ad se arcessiuit. Ergo anno ante Chr. n. 113 Lagetas cum fratre *ἠνδρωμένους* (quod plus est quam *ἀνδρωθεὶς*) appellatur ¹⁷⁾; intellegis eos non posse post annum ante Chr. n. 119 natos esse, immo lucem fere anno 140 adspexisse. Quo ab anno Strabonis annus natalis quem statuimus septuaginta duobus annis distat.

Miror, quomodo in istum errorem inciderit uir doctissimus; magis etiam miror, quod errore iam implicatus aliud non uiderit, quo is apertissime detegitur, praesertim cum ipse uerba, quae traduntur: *Στρατάρχαν ἑσχατόγηρων καὶ ἡμεῖς ἤδη εἶδομεν* in haec mutanda esse: *καὶ ἡμεῖς ἔτι εἶδομεν* opinetur ¹⁸⁾. Si quidem Strabo, quod illi uidetur, circiter annum ante Chr. n. 58, Stratarchas post annum 118 nati sunt, hic anno natali

16) Eutropius VI, 12: duodecim, Memnon: tredecim annos natus.

17) Cf. Clinton, f. h. III, p. 553.

18) Hasenmueller p. 4, n. 1, at cf. locutionem *ἐφ' ἡμῶν ἤδη*.

Strabonis uix sexagesimum annum exegerat; quod in uerba geographi, quae attulimus quadrare, licet credat Hasenmueller, equidem nego¹⁹⁾. Contra si meam sententiam amplecteris et Strabonem anno ante Chr. n. 68, Stratarcham circiter annum 140 natos esse existimas, omnia bene se habent. Ita enim quo tempore Strabo lucem aspexit, Stratarchas iam septuagesimum annum egressus erat; quem si tanta aetate exacta uidit, iure extremae senectutis (*ἐσχάτογγηρων*) fuisse dicit.

Denique, ut ad finem huius disputationis perueniamus, ne Niesii quidem, qui nouissimus de Strabone egit²⁰⁾, argumenta ea sunt, ut de nostra sententia, quam supra exposuimus, discedendum esse putemus. Hic enim, quamuis scite de aliis rebus disserat²¹⁾, ea, quae de anno natali Strabonis profert, minus caute, quam debebat, uidetur proposuisse. Existimat enim eum natum esse inter annos ante Chr. n. 64 et 62, ante annum 62 propterea, quod tum Pompeium Galatiae tetrarchas ex quattuor tres effecisse — *καθ' ἡμᾶς XII, 5, 1* — putat²²⁾, post annum 64 propter ea, quae XII, 3, 41 leguntur: *μετὰ δὲ τὴν Πομπηϊούπολιν ἢ λοιπὴ τῆς Παφλαγονίας ἐστὶ τῆς μεσογαίας μέχρι Βιθυνίας ἰούσι πρὸς δύοσιν· ταύτης δὲ καίπερ ὀλίγης οὔσης μικρὸν μὲν πρὸ ἡμῶν ἤρχον πλείους, νῦν δ' ἔχουσι Ῥωμαῖοι τοῦ γένους τῶν βασιλέων ἐκλιπόντος*. Hoc enim loco Paphlagoniam interiorem dici administratam esse a pluribus *μικρὸν μὲν πρὸ ἡμῶν*. Atqui Pompeium eam Pylaemenis stirpi dedisse anno ante Chr. n. 64. Cf. Eutrop. VI, 14: „Attalo et Pylaemeni Paphlagoniam reddidit.“ Ergo Strabonem post annum 64 lucem adspexisse. At etiam florentibus Mithridatis rebus Paphlagonia interior plurimum imperio subiecta erat et obnoxia. Cf. XII, 3, 9: *τῆς δὲ χώρας ταύτης διετηρημένης*

19) Septem annos natum Strabonem Nysam, ut Aristodemi disciplina imbueretur, abiisse uidimus.

20) Hermes XIII, p. 33—45.

21) Grauissimis argumentis euicit Romae Strabonem conscripsisse geographica, quod priores quidem negauerunt. Cfr. Grosskurd p. XLVI, cui Sieuers (Studien zur Gesch. d. röm. Kaiser p. 97) adstipulatur.

22) At cf. quae in p. 50, n. 5 disputaui.

καὶ τὴν ἀνατολίαν καὶ τὴν ἐπὶ θαλάττῃ διατεινοῦσαν ἀπὸ
 τῆς ἐκείνης κατὰ Βιθυνίας ἑκατέραν τὴν μὲν παραλίαν ἕως
 τῆς Ἐπιφανείας ἔχειν ὁ Εὐπάτωρ, τῆς δὲ μεσογαίας τὴν μὲν
 ἀνατολίαν ἔχειν ὁ Νιήσιος. ἢς τινὰ καὶ πέραν τοῦ Ἄλλου διετέλει (καὶ
 ἀρχὴν δοῦν τοῖς Ῥωμαίοις ἢ Ποντικῇ ἐπαρχίᾳ ἀφώρισται),
 καὶ οὐκ ἔστιν ὑπὸ δυνάσταις καὶ μετὰ τὴν Μιθρι-
 δάτου καταλύσιν. Περὶ μὲν δὴ τῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ Πα-
 φλαγονῶν ἐροῦμεν ὕστερον τῶν μὴ ὑπὸ τῷ Μιθριδάτῃ
 (III. 3, 41, de quo agimus), τῶν δὲ πρόκειται τὴν ἐπὶ
 ἑστέον χεῖραν, κληθεῖσαν δὲ Πόντον, διελεῖν κτλ. Ex his
 loculente apparet, Paphlagones illos iam multo ante rerum
 Mithridatis ruinam pluribus paruisse regulis. Quod si pro-
 bum est, Niesium illa de anno natali Strabonis nullo iure
 monuisse intellegitur. Uix addendum est, ex uerbis Strabonis
 a Niesio allatis omnino nihil ad annum, quo natus sit, accura-
 tius definiendum elici posse, cum et nimis summatim disputata
 uideantur esse neque sciamus, quando illa plurium dominatio
 desierit.

Quod autem Niese (l. c. p. 40) urget, Antiochum Ascaloni-
 tam, qui a Strabone (XVI, 2, 29) dicitur μικρὸν πρὸ ἡμῶν γε-
 γονώς, mortuum esse anno 68 (Cic. acad. pr. II, 19, 61), nostrae
 anni natalis definiendi rationi non obstat, sed eam comprobat.

II. Quo tempore Strabo libros de geographia conscripserit.

Consentientes omnes fere, quos noui²³⁾, inter annos post
 Chr. n. 17 et 23 eum opus incohasset et perfecisset putant. Quod
 mea quidem sententia, si Strabonis itinerum rationem habe-
 mus, satis incredibile est. Grosskurd ceterique et ipsi dicunt
 Strabonem peregrinationes suscepisse, ut geographici operis,
 quod exigere paene a pueritia ei in animo fuerit, quasi fun-
 damenta iaceret, desiisse autem itinera facere ante annum

23) Plane peruersa produunt Coray, prol. 7; Gosselin, géogr. des Grecs
 II, p. 97. — Cf. Creuzer l. c. p. 136; Grosskurd p. XVI—XVIII; Sieuers
 l. c. p. 96, n.; Niese l. c. p. 33—36.

ante Chr. n. 20²⁴⁾. Quid? hoc si probant, quomodo illam opinionem tuentur? Num ullo modo credi potest Strabonem, qui ut libros de geographia ederet optimos, illa itinera fecerit, deinde per quadraginta annos nihil aliud nisi aliorum commentarios ad geographiam pertinentes collegisse, lectitasse, excerpisse, ad ipsum uero opus elaborandum non ante octogesimum aetatis annum accessisse? In qua opinione prorsus improbabili non mirari non possum neminem adhuc offendisse. Unus Forbiger²⁵⁾ contra nititur et propter nervos orationis Strabonianaë habitumque quasi uirilem negat eum libros suos composuisse senem, immo aetate confirmata eos conscripsisse contendit et usque ad mortem corrigere et supplere perrexisse.

Quae suspicio — namque mihi quoque ita statuendum uidetur — ut certo confirmetur, ex ipsis Strabonis libris argumenta petenda et in medio proponenda sunt.

Ut summam sententiae meae breui praecipiam, Strabo septem priores libros iam inter annos ante Chr. n. 6 uel 5 et p. Chr. n. 2 conscripsit. Ita ut censeam, multis rebus perducor. Quod Strabo de Nola referens (V, 4, 8) nihil de Augusti morte dicit, id premere noluerim. Cf. XVI, 2, 33. XVII, 1, 8. Notanda uero sunt, quae de Getarum rebus narrans tradit (VII, 3, 11): *οἱ δὲ διαδεξάμενοι τὴν ἀρχὴν (τοῦ Βοιρεβλίστα) εἰς κλείω μέρη διέστησαν· καὶ διὴ καὶ νῦν, ἡνίκα ἔπεμψεν εἰς αὐτοὺς στρατείας ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ κτλ.* Satis diserte de praesentibus rebus²⁶⁾ loquitur. Exercitum uero Au-

24) Cf. praeterea Schroeter, de Strabonis itineribus p. 4—11.

25) Forbiger, Handbuch der alten Geographie I, p. 306/7.

26) Nescio an mihi praedicandum sit, Strabonem uocabulo *νῦν* non uti, nisi de proximis temporibus, de rebus praesentibus loquitur. Cf. II, 3, 5. III, 4, 8. 4, 20. IV, 3, 4. 5, 3. 6, 6. VI, 4, 2. VII, 3, 13. XII, 3, 29. 3, 35. 8, 18. XIII, 2, 3. XIV, 2, 19. 1, 42. XVI, 2, 19. XVII, 3, 15 cet. Uerum si quid in ipsius quidem aetatem incidit, sed in priores annos, tum adhibet aut *νεωστὶ* cf. II, 5, 12 (anno ante Chr. n. 23). VIII, 6, 21 (anno 44). XI, 2, 3 (cf. XI, 2, 18. Cass. Dion. LIV, 24). VIII, 5, 5 cet., aut *νεωστὶ ἐφ' ἡμῶν* VI, 1, 6 (anno 40). XVI, 4, 22 (anno 23), aut *ἐφ' ἡμῶν* XII, 6, 3 (ante annum 24), aut *ἐφ' ἡμῶν ἤδη* XIV, 5, 10 (post annum 67), aut *καθ' ἡμῶν* V, 3, 8 (ante annum 48). VI, 2, 4 (anno 20).

gustus contra Getas anno ante Chr. n. 10 misit. Cf. Cass. Dion. LIV, 36; Suet. Aug. 21; Flor. II, 28; Tac. ann. IV, 44; mon. Ancyran. V, 47: „quod (scil. *flumen Danuuium*) [D]a[cor]u[m] transg[re]s[su]s exercitus meis [auspici]s pro[flig]a[tus uic]tusque [est et] pos[tea] trans Danuuium ductus [exercitus meus Daco- rum] gentes im[peria] populi Romani perferre coëgit.“

Accedunt ea, quae Strabo de rebus Parthorum Armenio- rumque et Germanorum tradit; in quae seorsum accuratius in- quirendum est. Imprimis ea, quae in l. VI, 4, 2 et in l. VII, 1, 3. 1, 4 inueniuntur, dico.

In l. VI, 4, 2 nonnulla insunt, quibus innixi Strabonem Imperatore Tiberio geographica composuisse quidam contenderunt. Quod quo iure fecerint, ut cognoscamus, singula per- lustremus.

Ac primùm quidem uerbis: *νυν δ' εἰς Ἰούβαν περιέστη- κεν ἢ τε Μαυρουσία καὶ πολλὰ μέρη τῆς ἄλλης Αἰβύης διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίων εἴνοιάν τε καὶ φιλίαν nihil demonstratur nisi librum sextum scriptum esse ante librum septimum deci- mum, in quo Iubam mortuum esse Ptolemaeumque filium ei successisse traditur (3, 25): Αἰβύην τε ὅση ἐπὶ Ῥωμαίοις ἔξω τῆς ἐπὶ Ἰούβᾳ μὲν πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαίῳ, τῷ ἐκείνου παιδί et (3, 7): Ἰούβας μὲν νεωστὶ ἐτελεύτα τὸν βίον, διαδέ- δεκται δὲ τὴν ἀρχὴν υἱὸς Πτολεμαῖος, γεγονὼς ἐξ Ἀντωνίου Φυγατρὸς καὶ Κλεοπάτρας.*

Deinceps quae (VI, 4, 2) sequuntur, plane confusa sunt: *Ἀρμένιοι δὲ καὶ οἱ ὑπερχεῖμενοι τῆς Κολχίδος Ἀλβανοὶ τε καὶ Ἰβηρὲς παρουσίας δέονται μόνον τῶν ἡγησομένων, καλῶς δὲ κρατοῦνται· νεωτερίζουσι δὲ διὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων ἀτασθαλίας, καθάπερ καὶ οἱ πέραν τοῦ Ἰστροῦ . . . Παρθαῖοι δὲ ὁμοροὶ τε ὄντες καὶ μέγιστον δυνάμενοι τοσοῦτον ὁμῶς ἐνέδοσαν πρὸς τὴν Ῥωμαίων καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνων ἑπεροχίην, ὥστ' οὐ μόνον τὰ τρόπαια ἔπεμψαν εἰς Ῥώμην, ἀ κατὰ Ῥωμαίων*

XI, 2, 17 (ante annum 47). XII, 8, 8 (ante annum 31). XIII, 1, 27 (ante annum 44). XIV, 1, 42 (ante annum 40). XIV, 5, 14 (ante annum 33). XVII, 1, 11 (anno 51). XVI, 2, 10 (anno 51). I, 2, 31. XIII, 4, 3. XIV, 2, 19. 5, 4. XVI, 2, 24 et multis aliis locis.

ἀνέστησάν ποτε, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐπίστευσε Φραάτης τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι καὶ παίδων παῖδας ἐξομηρευσάμενος θεραπευτικῶς τὴν γιλίαν· οἱ δὲ νῦν μετῆσιν ἐνθένδε πολλάκις τὸν βασιλεύσοντα, καὶ σχεδόν τι πλησιον εἰσὶ τοῦ ἐπὶ Ῥωμαίοις ποιῆσαι τὴν σύμπασαν ἔξουσίαν. Haec ita, ut traduntur, ferri non possunt. Neque enim Strabonis aetate Parthi plus semel regem a Romanis petiuerunt, neque in eo fuit, ut ditioni eorum se subicerent. Plane contrarium Strabo ipse (XI, 9, 2) testatur: ἔπειθ' οὕτως ἴσχυσαν . . . ὥστε τελευτῶντες ἀπάσης τῆς ἐντὸς Εὐφράτου κίριοι κατέστησαν . . . καὶ νῦν ἐπάρχουσι τοσαύτης γῆς καὶ τοσοῦτων ἐθνῶν, ὥστε ἀντίπαλοι τοῖς Ῥωμαίοις τρόπον τινὰ γέγονασι . . . αἴτιος δ' ὁ βίος . . . πλέον μέντοι τὸ χρήσιμον πρὸς ἡγεμονίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις κατόρθωσιν. Uonones unus ab Augusto circa annum post Chr. n. 6 uel 8²⁷⁾ ad eos missus est, sed non multo post (anno post Chr. n. 15; cf. Tac. ann. II, 3) ab Artabano uictus in Armeniam fugit, unde postea Artabano postulante „Pompeopolim, Ciliciae maritimam urbem amotus est“ (anno post Chr. n. 18; cf. Tac. ann. II, 58). Anno demum post Chr. n. 35 alterum regem Tiberius ad Parthos, qui ut Artabanum perderent, Arsacis genus postulabant, misit: Phraaten, Phraatis filium, cui mortuo Tiridaten substituit. Cf. Tac. ann. VI, 32; Cass. Dion. LVIII, 26. — De his rebus Strabo uidelicet nondum quidquam comperit.

Ut breui praecidam, exploratum mihi est, uerba: οἱ δὲ νῦν μετῆσιν — ποιῆσαι τὴν σύμπασαν ἔξουσίαν omnino non de Parthis dici, sed de Armeniis. Errore tantum librarii cuiusdam huc delata, ante Παρθναῖοι δὲ transponenda sunt: οἱ δ' Ἀρμένιοι νῦν μετῆσιν κτλ. Παρθναῖοι δὲ ὅμοροί τε ὄντες κτλ. — Ad Armenios optime quadrant. Cf. XI, 14, 15:

27) Visconti, iconographie grecque III, p. 96 n. 1: cette ambassade des Parthes eut lieu suivant une conjecture probable, l'an 4 de l'ère vulgaire, trente-cinquième année du règne d'Auguste. At cf. Ioseph. antiq. Iud. XVIII, 2, 4: τοῦτον (Ορῶδην) μὲν δὴ συστάντες ἀποκτείνουσιν . . . πρῆσβείσαντες δ' εἰς Ῥώμην ἤστῶντο βασιλεῖα τῶν ὀμηρευόντων, καὶ πέμπεται Βονώνης. ταχεῖα δ' ἀνατροπὴ τοῦ βαρβάρου ὑπέσιν cet.

μετ' ἐκεῖνον δὲ (Ἀρταουάσδην) πλείους ἐβασίλευσαν ἐπὶ Καίσαρι καὶ Ῥωμαίοις ὄντες· καὶ νῦν συνέχεται τὸν αὐτὸν τρόπον. Armeniis ab Augusto Caesare saepius regem datum esse scimus, ut anno ante Chr. n. 20 Tigranem (Tac. ann. II, 3; Cass. Dion. LIV, 9), Artauasdem post annum ante Chr. n. 6 (Tac. ann. II, 4; cf. Zon. X, 35), Ariobarzanem anno post Chr. n. 1 (Tac. ann. II, 4). Cf. Flor. II, 32; mon. Ancyr. V, 24: „Armeniam maiorem interfecto rege eius Artax[ia cu]m possem facere p[ro]uinciam, malui maiorum nostrorum exemplo reg[nu]m id Tigrani r[eg]is Artauasdis filio, nepoti autem Tigranis regis per T[i. Ne]ronem tra[dere], qu[i tum] mihi priuignus erat. Et eandem gentem postea [desc]iscentem et rebellantem domitam per Gaium, filium meum, regi Ari[obarz]ani, regis Medorum Artauasdis filio, [re]lgendam tradidi“ cet. Quae quam bene cum illis Strabonis uerbis concinant, si quidem de Armeniis accipienda sunt, neminem effugit. Iam si haec recte disputata sunt, Strabo nihil de Uonone ad Parthos profecto hoc loco dicit, ita ut suspicari possis, conscriptum esse librum sextum ante annum post Chr. n. 6, quo Uononem ad populares missum esse uidimus; mihi non multo post annum post Chr. n. 1 esse confectus uidetur, quo Gaium Caesarem in Armenia quasi dominatum esse omniaque ad suum arbitrium constituisse scimus.

Addo etiam uerba, quae (VI, 4, 2) antea leguntur: *νυνὶ δὲ Γερμανοῖς προσπολεμοῦσιν, ἀπὸ τούτων ὀρμώμενοι τῶν τόπων ὡς οἰκειοτάτων, καὶ τισιν ἴδιθι θριάμβοις κεκοσμήκασιν ἀπ' αὐτῶν τὴν πατρίδα* ab his temporibus nihil abhorreere. Possunt quidem scripta esse neque post annum post Chr. n. 16, quoniam tum Imperator Tiberius bellare desinendum et Cheruscos ceterasque gentes internis discordiis committendos esse censuit, neque inter annos post Chr. n. 9 et 15. Germanici igitur triumphum uerbis: *καὶ τισι θριάμβοις* non dici certum est; Drusi (anno ante Chr. n. 11; cf. Cass. Dion. LIV, 33) et Tiberii (anno ante Chr. n. 8; cf. Cass. Dion. LV, 6; Suet. Tib. 9) triumphos hoc loco Strabo intellegi uult.

Restant, quae in fine paragraphi (VI, 4, 2) sequuntur: *οὐδέποτε γοῦν εὐπορήσαι τοιαύτης εἰρήνης καὶ ἀρθρονίας ἀγαθῶν*

ὑπῆρξε Ῥωμαίοις καὶ τοῖς συμμάχοις αὐτῶν, ὅσῃν Καῖσάρ τε ὁ Σεβαστὸς παρέσχεν . . καὶ νῦν ὁ διαδεξάμενος υἱὸς ἐκείνον παρέχει Τιβέριος κτλ. Sane si illa: οἱ δὲ νῦν μετασιν . . τὴν σύμπασαν ἔξουσίαν mecum Armeniis tribuis et ante Παρθυαῖοι uocem transponis, uerba inde ab his: καὶ νῦν ὁ διαδεξάμενος posteriore demum tempore a Strabone addita esse censere cogeris. At cogeris etiam, si de illis mihi fidem negas. Pertineant enim uerba οἱ δὲ νῦν — ἔξουσίαν ad Parthos, id quidem concedendum est, illa de Germanis relata neque inter annos post Chr. n. 9 et 15 neque post 16 scripta esse posse, itemque illa οἱ δὲ νῦν — ἔξουσίαν si de Parthis accipienda sunt, neque ante annum post Chr. n. 6 neque post annum post Chr. n. 15, cum illo demum anno Uonones regnum inierit, hoc rursus perdiderit. — Ergo nisi per annos post Chr. n. 6—9²⁸) composita esse non possunt. At tum Augustus princeps erat, et ne ita quidem fieri posse uides, quin, quae de Imperatore Tiberio traduntur, ea postea addita esse censeas.

Denique, ut summam nostri iudicii de l. VI, 4, 2 proponamus, caput quartum sexti libri Strabo anno post Chr. n. 1 uel 2 composuit, postea uero quae in fine alterius paragraphi leguntur, adiunxit, postremo a librario, qui uerba: οἱ δὲ Ἀρμένιοι (uocabulum Ἀρμένιοι omisit) νῦν μετασιν suo loco (ante Παρθυαῖοι δὲ) in eum, quo nunc leguntur, mouit, ordo sententiarum perturbatus est.

Iam accedendum est ad ea, quae de Germanis a Strabone in libro VII referuntur, unde profectus ad omnes has quaestiones delatus sum. Etiam hunc librum, quamquam post initium anni post Chr. n. 17, cum Germanici triumphus mentio fiat (cf. Tac. ann. II, 41), et ante annum 19, cum anno 18 Maroboduus regno deiectum in Italiam confugisse sciamus (cf. Tac. ann. II, 62. 63), cuius potentiam et uires nondum debilitatas apud Strabonem legimus, confectus esse uideri potest, tamen iam anno post Chr. n. 1 finitum fuisse iudicamus. Postea nonnulla,

28) Fortasse ne tunc quidem, cum per hos annos summa pax esse uisa sit et Uarus ipse se „praetorem urbanum in foro ius dicere, non in mediis Germaniae finibus exercitui praeesse“ crediderit. Cf. Uell. II, 118.

quae memoratu digna uiderentur, a Strabone inserta sunt. Eiusmodi additamentum sunt uerba, quae in l. VII, 1, 3 legimus inde a uerbis: τοῦ δρυμοῦ, καθάπερ τὰ τῶν Κοαδοῦν usque ad ἔθνη τὰ μὲν ἐντὸς οἰκεῖ, deinde in l. VII, 1, 4 inde a uerbis: νυνὶ δ' εὐπορώτερον ἐπέλαβε usque ad haec: Χάττων Χαττουαρίων Μαρσῶν Σουβαττίων. Proficiscendum est in hac quaestione diiudicanda a uerbis Strabonis his: γνώριμα δὲ ταῦτα κατέστη τὰ ἔθνη πολεμοῦντα πρὸς Ῥωμαίους . . . καὶ κλειῶ δὲ γνώριμα ἐπῆρξεν, εἰ ἐπέτρπε τοῖς στρατηγοῖς ὁ Σεβαστὸς διαβαίνειν τὸν Ἄλβιν μετιοῦσι τοὺς ἐκείσε ἀναμισταμένους, et deinde (VII, 2, 4): τὰ δὲ πέραν τοῦ Ἄλβιος τὰ πρὸς τῇ ὠκεανῷ παντάπασιν ἄγνωστα ἡμῖν ἐστίν· οὔτε γὰρ τῶν προτέρων οὐδένας ἴσμεν τὸν παράπλουν τοῦτον πεποιημένους πρὸς τὰ ἑωθινὰ μέρη τὰ μέχρι τοῦ στόματος τῆς Κασπίας Θαλάττης, οὔθ' οἱ Ῥωμαῖοι πω προήλθον εἰς τὰ περαιτέρω τοῦ Ἄλβιος· ὡς δ' αὐτῶς οὐδὲ πεζῇ παρωδείκασιν οὐδένες. Haec cum scriberet, eum ignorauisse apparet, Domitium Ahenobarbum Albim transiisse, de quo Tacitus (ann. IV, 44): „ipse delectus, cui minor Antonia, Octauia genita, in matrimonium daretur, post exercitu flumen Albim transcendit longius penetrata Germania, quam quisquam priorum easque ob res insignia triumphii adeptus est.“ Cf. Cass. Dion. LV, 10a; Suet. Ner. 4. Haec expeditio ante annum post Chr. n. 1 facta est; cf. Cass. Dion. l. c. Quae res cum maximi uisa sit momenti nec fieri potuerit, quin iactatione quadam et ostentatione per Romam totamque Italiam nuntiaretur, neutiquam credi potest Strabonem, quem in ista omni diligentia inquisiuisse patet, nihil de ea comperisse. Hoc si tenemus, certe dubitari non potest, quin Strabo librum VII non post annum post Chr. n. 1 confecerit illosque, quos supra attulimus, locos libro iam dudum confecto addiderit — in iis enim Marcomannorum regni et Germanici Caesaris triumphii mentio fit, quas res in annos post Chr. n. cadere in propatulo est —, sed ita addiderit, ut prioribus non mutatis recentiora quaedam insereret.

Sed uideamus, num, quae ita in uniuersum disputauimus, ea in singulis defendere et persequi possimus, et quaeramus,

possintne illa posterius addita a uerbis scriptoris ita separari, ut cetera per se intellegantur neque quidquam restet, quod requiratur. Hoc fieri posse contendo.

Ac primum quidem in l. VII, 1, 3 facillime additamentum illud e contextu uerborum seiungi potest, ita ut restent haec: *ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ Ἐρκύνιος ὄρυγμός καὶ τὰ τῶν Σοῦβων ἔθνη, τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς, τὰ δ' ἐκτὸς τοῦ ὄρυγμοῦ, ὅμορα τοῖς Γέταις.* Quibuscum uerbis Strabo postea leuiter neque satis accurate aut eleganter coniunxit ea, quae omisimus. Quae non ab initio in libro fuisse constat. Illa Strabonis, quibus regiones trans Albim Oceanoque finitimas plane ignotas esse affirmat, supra attuli. At non multo ante hunc ipsum locum multas gentes trans Albim habitantes dicit, quarum et Aeluaeones Gutones Semnones non procul a mari et Rugii Sibinique²⁹⁾ ad ipsum mare incolebant. Credere non possum Strabonem tam contraria inter se conexuisse; immo addidit posteriore demum tempore ea, quae seclusi. Ceterum Maroboduum principatu inter suos occupato Boehaemum pulsus Boiis cepisse et inde finitimos omnes aut bello domuisse aut foederibus ictis sui iuris fecisse circa illud tempus, quo Christus natus est, uerisimillimum uidetur. Cf. Cass. Dion. LV, 10a; Tac. Germ.

29) Libri corruptissima edunt haec (VII, 1, 3): *κατεκτήσατο . . Λουγίους τε, μέγα ἔθνος, καὶ Ζούμους καὶ Γούταννας καὶ Μουλιγίλωνας καὶ Σιβίνους κτλ.* — Nihil est, quod legitur: *Ζούμους, Μουλιγίλωνας.* Pro Zumis proponit Zeuss (die Deutschen cet. p. 126) *Βούρους*, Carolus Mueller *Δούρους* (scilicet Lugios Didunios; at Lugii iam antea nominatim leguntur). Cluuer (Germ. ant. III, 36) tentat *Λεμοβίους*, Dommerich (Strabo p. 145) *Θούμους* (Thum, Saxoniae oppidulum) somniat, Muellenhoff maluerit *Αιλουαίους*. Ad ductus litterarum proxime accedit Wilhelmii *ΡΟΥΓΙΟΥΣ*. Pro *Μουλιγίλωνας* — tuetur unus Reichard (Germanien p. 112), quem Dommerich (l. c. p. 143) sequitur, et ad Saxoniae oppidulum „Muegeln“ eos habitasse putat, nominis similitudinem, ut semper fere, secutus — mihi quidem *ΑΙΛΟΥΑΙΩΝΑΣ* restituendum uidetur. Cluuer (III, 31) Zeussio (p. 133) Crameroque annuentibus idem in *Βουργονδιώνας* mutat, cum Muellenhoff et de Rugiis et de Turcilingis cogitandum esse censeat (non diuersi uidentur, cf. Iord. de reb. Get. 50. 54. 57. Odoacer rex appellatur nunc Rugiorum, nunc Turcilingorum, cf. c. 46. Idem Ptolemaei *Ρουτίλατοι*).

28. 42; Uell. II, 108. Certum est, ei anno post Chr. n. 7, cum exercitu maximo fortissimoque parato gentibus uirisque a Romanis deficientibus perfugium praeberet, bellum inferre diuersis e partibus Tiberium Caesarem constituisse. De quibus rebus cf. Tac. ann. II, 26. 46. 63; Uell. II, 109; Suet. Tib. 9.

In l. VII, 1, 4 etiam euidentius probari potest addita esse libro iam finito haec: *ννὶ δ' εὐπορώτερον . . . Σουβαττίων*. Quod enim Strabo, postquam enarrauit, quot gentium deuictarum nomina ornauerint triumphum Germanici, pergit: *διέχει δὲ τοῦ Ἄλβιος ὁ Ῥῆγος περὶ τρισχιλίους σταδίους, εἴ τις εὐθυπορούσας ἔχοι τὰς ὁδοὺς κτλ.*, haec ita proposita nullo modo ferri possunt. Quomodo enim cum antecedentibus cohaereant, ne sagacissimus quidem homo perspexerit. Sed eiectis: *ννὶ δ' εὐπορώτερον . . . Σουβαττίων* oratio aptissime procedit uerbis: *κὰν πλείω δὲ γνώριμα ἰπῆρξεν, εἰ ἐπέτρεπε τοῖς στρατηγοῖς ὁ Σεβαστὸς διαβαίνειν τὸν Ἄλβιν μειτιοῦσι τοὺς ἐκείσε ἀπανισταμένους*, quibus adiciuntur haec: *διέχει δὲ τοῦ Ἄλβιος ὁ Ῥῆγος περὶ τρισχιλίους σταδίους κτλ.* — Fortasse ut nos sequatur, etiam hoc non neminem impellit, quod in gentium a Germanico per triumphum ductarum enumeratione plures memorantur, quam in l. VII, 1, 3, cum etiam Usipi Subattiique inducantur; ipse hoc urgere noluerim, cum Strabo antea, etsi illos non nominat, tamen dicat: *Καοῦλκοι καὶ Ἀμφάνοι καὶ ἄλλοι πλείους*.

Ut, quae adhuc consecuti sumus, breui comprehendamus, Strabo librum VII ante annum post Chr. n. 1 uel 2 conscripsit. Sed postea nonnulla, quae memoria digna putaret, addidit extremamque libro manum non multo ante annum post Chr. n. 19 imposuit.

Omnino nobis iis, quae inde a pagina 59 fusius disseruimus, comprehensis dicendum est Strabonis de Getarum, Parthorum Armeniorumque, Germanorum rebus testimoniis nos cogi statuere libros I—VII non post annum post Chr. n. 2 confectos esse.

Restat ut, ante quem annum compositi esse non possint, doceamus. Ad quem definiendum maximi sunt momenti, quae

Strabo ipse quasi se excusandi causa, quod, postquam plurimi iique doctissimi uiri de iisdem rebus dixerint, geographica enarrare aggressus sit, iterum ac saepius praedicat. Plus semel enim dicit se multis de rebus melius edoctum quam priores et errores eorum haud paucos detegere et multa adicere posse, de quibus certi quidquam illi nondum compertum habuerint; plane enim eos ignorasse Gallica, Britannica, Getica, imprimis uero Germanica. Cf. II, 1, 41: καὶ νῦν δ' εἰρήσθω. ὅτι καὶ Τιμοσθένης καὶ Ἐρατοσθένης καὶ οἱ ἔτι τοῦτων πρότεροι τελέως ἠγνόουν τὰ τε Ἰβηρικὰ καὶ τὰ Κελτικὰ· μωρῶ δὲ μᾶλλον τὰ Γερμανικά. II, 5, 12: μάλιστα δ' οἱ νῦν ἄμεινον ἔχοιεν ἂν τι λέγειν περὶ τῶν κατὰ Βρεττανούς καὶ Γερμανούς. I, 2, 1 cet. Innotuit enim eo demum tempore Germania, quo Romani Rhenum transgressi in ipsos maiorum nostrorum fines bellum inferebant (VII, 1, 4): γνώριμα δὲ ταῦτα κατέστη τὰ ἔθνη πολεμοῦντα πρὸς Ῥωμαίους. In expeditionibus igitur Drusi tota Strabonis notitia Germaniae posita est. Atque etiam hoc mihi est persuasum eum iam de Sugambriis in Galliam traductis certiore fuisse factum, cum septimum quidem librum conscriberet. Quod probabile fit, si uerba: ταύτης δὲ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοὶ· λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι, καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος, quae quidem artissime inter se cohaerent neque ullo modo diuelli possunt, cum iis comparamus, quae iam saepius attulimus: γνώριμα δὲ ταῦτα κατέστη τὰ ἔθνη πολεμοῦντα πρὸς Ῥωμαίους, εἴτ' ἐνδιδόντα καὶ πάλιν ἀγιστάμενα ἢ καὶ καταλείποντα τὰς κατοικίας κτλ. Haec quin inde ab initio in libro fuerint, cum totius de Germaniae locis disputationis quasi fundamentum et principium aperiant, dubitare non licet; de illis igitur idem statuendum erit³⁰). At inueniuntur, quae obstare uideantur. Quod enim Strabo primum (VII, 1, 3) Sugambros una cum Chamauiis

30) Cf. praeterea, quae de eis Muellenhoff (Zeitschrift für deutsches Alterthum XXIII, p. 33) iudicat: „beide Namen (Marser und Sugambri) neben einander versetzen recht lebhaft in die Zeit nach der Ausführung der Maassregeln des Tiberius.“

Bructerisque inducit³¹⁾ et deinde (VII, 2, 4) addit: τῶν δὲ Γερμανῶν, ὡς εἶπον, οἱ μὲν προσάρκτιοι παροικοῦσι τῷ ὠκεανῷ, γνωρίζονται δ' ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου λαβόντες τὴν ἀρχὴν μέχρι τοῦ Ἄλβιος· τούτων δ' εἰσὶ γνωριμώτατοι Σούγαμβροί τε καὶ Κίμβροι, haec sane in potentissimam gentem nondum fractam quadrant, non in illam partem eius satis infirmam, cuius in VII, 1, 3 (ineunte) mentio fit³²⁾. Contraria

31) Strabo negligentia quadam dicit secundum Oceanum habitasse Sugambros, Chamauos, Bructeros, Chaucos, Calucos, Ampsianos. Ut omit- tam, quam non uerisimile sit, tot gentes in illo non admodum lato litore incoluisse, de Sugambrorum quidem sedibus, quae illis temporibus fuerint, aliter indicandum esse Cassius Dio testatur, qui de Drusi expeditionibus referens haec dicit (LIV, 33): τὸν τε Ῥήνον ἐπεραιώθη καὶ τοὺς Οὐσιπέτας καταστρέψατο τὸν τε Λουπίαν ἐξουξῆς καὶ ἐς τὴν τῶν Συγάμβρων ἐπέβαλεν. Collocat igitur eos in meridiana Lupiae fluvii parte, quocum conuenit, quod eodem loco eos finitimos fuisse Chattis docet. Cf. LIV, 20; Tac. ann. II, 26; Suet. Aug. 21. Tib. 9. Hoc certum, neque minus Oceani accolae non fuisse uerisimile est Chamauos, Ampsianos siue iidem sunt atque Angriuarii siue iidem atque Ampsiuarii. Ne Bructeri quidem uidentur ad mare habitasse, cum Frisii quin Strabonis temporibus inter Chaucos et Bructeros incoluerint Oceanique accolae fuerint, nihil sit, cur dubitemus. Cf. Cass. Dion. LIV, 32; Tac. ann. I, 60. IV, 72. 73. Germ. 34 cet. Sic adducimur, ut credamus Strabonem populos, qui in commentariis, quos ipse sequitur, duos ordines effecerint, ita confudisse, ut a Sugambri, infimo prioris ordinis membro, ordiens gentes ad mare locet omnes ultimosque dicat Ampsianos, qui alterum illum ordinem terminauerint. Igitur pro eo, quod nobis offert:

Sugambri Chamaui Bructeri Chauci Caluci Ampsiani,
eum uel magis uel minus definite hoc inuenisse putō:

Bructeri	Chauci
Chamaui	Caluci
Sugambri	Ampsiani.

Sed haec hactenus. Postmodum alio loco, quae ueteres scriptores de maiorum nostrorum sedibus referunt, uno tenore exponere difficultatibusque, quibus laborant, quantum quidem fieri potest, liberare conabor.

32) Cf. Muellenhoffii iudicium (l. c. p. 33): „er hält . . an der Vorstellung fest, die er von seinem Gewährsmanne für die Beschreibung Galliens überkommen oder nach dessen Darstellung sich gebildet hatte, die auch wenn man sie berichtigt und nur als dem Anfange der Kriege des Drusus ganz entsprechend gelten lässt, doch seiner Zeit schon (scilicet anno 20 post Chr.) fast seit einem Menschenalter nicht mehr entsprach.“

igitur traduntur et maxime discrepantia, nempe negligentia quadam Strabonis, qui in hoc libro conscribendo scriptorum de rebus in Germania Druso Tiberioque ducibus gestis commentarios, quos ad diuersa tempora respicientes Sugambrorum gentem nunc potentissimam, nunc in Galliam transductam esse rettulisse in promptu est, secutus diuersa tempora confudit.

De Sugambris igitur in Galliam traiectis Strabo edoctus erat, cum librum VII composuit. At Sugambros anno ante Chr. n. 8 in deditionem acceptos esse notum est. Cf. Cass. Dion. LV, 6; Tac. ann. II, 26; Suet. Aug. 21. Tib. 9. — Ergo post annum ante Chr. n. 8 libros illos confecit. Quocum concordant, quae de Getis uidimus (p. 59), quae scripta sunt post annum ante Chr. n. 10 uel 9. Eodem fere deducimur uerbis Strabonis de porticu Liniæ (V, 3, 8): *πάλιν δ' εἴ τις εἰς τὴν ἀγορὰν παρελθὼν τὴν ἀρχαίαν ἄλλην ἐξ ἄλλης ἴδοι παραβεβλημένην ταύτη καὶ βασιλικὰς στοὰς καὶ ναοὺς, ἴδοι δὲ καὶ τὸ Καπιτώλιον καὶ τὰ ἐνταῦθα ἔργα καὶ τὰ ἐν τῷ Παλατίῳ καὶ τῷ τῆς Λιβρίας περιπάτῳ, ῥαδίως ἐκλάθοιτ' ἂν τῶν ἔξωθεν*, cum eam anno ante Chr. n. 7 consecratam esse constet. Cf. Ouid. art. I, 71; Cass. Dion. LV, 8 (*τεμένισμα*)³³). Denique respicienda sunt, quae in l. II, 5, 33 leguntur: *ἔστι δ' ὡσπερ οἱ τε ἄλλοι δηλοῦσι καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμῶν γενόμενος τῆς χώρας διεγείτο ἡμῖν κτλ.* Piso, postquam anno ante Chr. n. 7 consul fuit, anno subsequente Hispaniam administravit; tum demum — certe non ante annum ante Chr. n. 5 — proconsul Africam tenuit illaque de figura Africae cum Strabone communicare potuit. Cf. Tac. ann. III, 12. 13. 16. II, 43; Senec. de ira I, 16, 13. 16, 19.

Unde orsi sumus, eodem reuertimur: Strabo septem priores libros inter annos ante Chr. n. 6 uel 5 et post Chr. n. 2 conscripsit. Sed ante annum post Chr. n. 19 iisdem libris uel emendandis uel supplendis³⁴) iterum operam nauauit, postquam

33) Becker, Handbuch der römischen Alterthümer I, p. 342. 343.

34) Addita esse scias etiam ea, quae in l. III, 3, 8 inueniuntur: *ὁ τ' ἐκείνων διαδεξάμενος Τιβέριος τριῶν ταγμάτων στρατιωτικῶν ἐπιστήσας*

decem ceteros libros elaboravit. Nam libros VIII—XVII inter annos post Chr. n. 3 et 18 conscriptos esse opinor. In unum conspectum confero, unde uerisimile fieri mihi uidetur. Ac primum quidem in l. XVI, 2, 46 Herodes, Herodis filius, postquam in inuidiam Imperatoris inciderit, domicilium apud Allobroges collocasse narratur: οὐ μέντοι εὐτύχησαν οἱ παῖδες, ἀλλ' ἐν αἰτίαις ἐγένοντο, καὶ ὁ μὲν ἐν φυγῇ διετέλει, παρὰ τοῖς Ἀλλόβροξι Γαλάταις λαβῶν οἴκησιν, οἱ δὲ Θεραπειά πολλῇ μόλις εὔροντο κάθοδον τετραρχίας ἀποδειχθείσης ἑκατέρω. Quem cum ab Augusto anno post Chr. n. 6 in exsilium eiectum esse Cassius Dio (LV, 27: ὁ τε Ἡρώδης . . . ἐπεὶ τὰς Ἀλπεις ὑπερωρίσθη) testetur, illa a Strabone ante annum post Chr. n. 6 edita esse non posse elucet. Deinde duobus locis de Octauiano Augusto ita dicitur, ut eum iam non ad gubernacula rei publicae sedere appareat, dico XVII, 3, 25: αἱ δ' ἐπαρχαὶ διήρηνται ἄλλοτε μὲν ἄλλως, ἐν δὲ τῷ παρόντι ὡς Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς διέταξεν κτλ. et XIII, 2, 3: ἰόν τ' ἀπέλιπε Μάκρον³⁵⁾ Πομπήιον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπιτροπὸν κατέστησε ποτε Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς καὶ νῦν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετάζεται τῶν Τιβερίου φίλων. Cf. Suet. Caes. 56; Stob. flor. 78, 7; anthol. Pal. VII, 219. IX, 28. Quae cum post annum post Chr. n. 14 conscripta esse necesse sit, tum alia accedunt, quibus illos libros non ante annum post Chr. n. 17 uel 18 a Strabone perfectos esse nobis persuadeatur. Ac primum quidem geographus scit Magnesiam, Sardes aliasque Asiae urbes motu terrae grauissimo labefactatas et paene ad interitum redactas cura Tiberii opibus et pecuniis adiutas esse et sustentatas. Cf. XII, 8, 18: καὶ γὰρ νῦν τὴν Μαγνησίαν τὴν ἐπ' αὐτῷ (sc. Σιπύλῳ) κατέβαλον

τοῖς τόποις, τὸ ἀποδειχθὲν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, οὐ μόνον εἰρηνικοῦς, ἀλλὰ καὶ πολιτικοῦς ἤδη τινὰς αὐτῶν ἀπεργασάμενος τυγχάνει. De re cf. Tac. ann. IV, 5. — Nescio an idem iudicandum sit de illis notissimis (IV, 6, 9): ὥστ' ἤδη τρίτον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἐστίν, ἐξ οὗ καθ' ἡσυχίαν ὄντες ἀπευτακτοῦσι τοὺς φόρους, quae Sieuers anno post Chr. n. 17, Niese (l. c. p. 32) anno post Chr. n. 18 scripta esse censet. Hoc Forbiger (I, p. 306) monet, sed forsitan mutatio numerorum sufficiat.

35) Cf. Meineke, uindicarum Strab. lib. p. 213. 214.

σεισμοί, ἤνικα καὶ Σάρδεις καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐπιφανεστά-
 τας κατὰ πολλὰ μέρη διελυμήναντο· ἐπηλώρωθωσε δ' ὁ ἡγεμῶν
 χρήματα ἐπιδοῦς et XIII, 4, 8: (Σάρδεις) ἢ πόλις . . νειωστὶ
 ἔκτο σεισμῶν ἀπέβαλε πολλὴν τῆς κατοικίας· ἡ δὲ τοῦ Τιβερίου
 πρόνοια τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνος καὶ ταύτην καὶ τῶν ἄλλων
 σιχνᾶς ἀνέλαβε ταῖς ἐνεργεσίαις, ὅσαι περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν
 ἐκοινώνησαν τοῦ αὐτοῦ πάθους. At anno post Chr. n. 17 illas
 urbes terrae motibus conquassatas esse et conuulsas a Tacito
 docemur (ann. II, 47). Deinde Strabo l. XII, 1, 4 eo tempore
 conscripsit, quo et Archelaus, Cappadociae rex, uitae propter
 inuidiam Tiberii pertaesus sibi ipse mortem consciuerat neque
 Cappadociae res iam ordinatae erant et constitutae: τῆς δὲ
 μεγάλης Καππαδοκίας νῦν μὲν οἶκ' ἴσμεν πω τὴν διάταξιν·
 τελευτήσαντος γὰρ τὸν βίον Ἀρχελάου τοῦ βασιλεύσαντος ἔγνω
 Καῖσάρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων αὐτήν,
 scilicet anno post Chr. n. 17 exeunte uel ineunte 18. Anno
 enim post Chr. n. 18 ineunte in formam prouinciae Cappadoces
 Germanicus redegit. Cf. Tac. ann. II, 42. 56. Denique quae
 XII, 3, 29 leguntur: δεῖν δ' ἔκ τοῦ Πολέμωνος ὄντων νιῶν
 καὶ Θυγατρὸς ἡ μὲν ἐδόθη Κότυϊ τῷ Σαπαίρῳ, δολοφονηθέν-
 τος δὲ ἐχίρευσε παῖδας ἔχουσα ἑξ αὐτοῦ· δυναστείει δ' ὁ
 πρεσβύτατος αὐτῶν, ante annum post Chr. n. 18 composita
 esse non possunt. Hoc enim demum anno Cotye mortuo Thra-
 cia inter liberos Cotyis diuisa est. Cf. Tac. ann. II, 66. 67.
 III, 38. IV, 5; Cass. Dion. LIX, 12.

Post annum post Chr. n. 18 utrum ad alia studia Strabo
 se contulerit an ex diuturno labore quieti se dederit, diiudi-
 care nolo. A geographicis quidem iterum recensendis se auertit.
 Cappadoces enim in formam prouinciae redactos ignorat; nihil
 dicit de Germanici (VI, 4, 2; Tac. ann. II, 72) Arminiique
 (VII, 1, 4; Tac. ann. II, 88) morte, nihil de Marobodui ruina
 (VII, 1, 3; Tac. ann. II, 44—46. 62. 63); Aegiumque et Ciby-
 ram anno post Chr. n. 23 motu terrae labefactatas esse non
 memorat (VIII, 7, 5. XIII, 4, 15. XIV, 3, 3; Tac. ann. IV, 13).

Neque tamen eum in studiis plane obmutescere coëgit se-
 nectus. Post annum enim post Chr. n. 23, quae inde ab anno

18 factae erant commutationes in aliis additamentis enarrare et legentibus proponere aggressus de Iubae morte (XVII, 3, 7. 3, 25) nonnulla addidit³⁶), at ceteris libris plura adiungere omisit prohibitus uidelicet morte, quam annum nonagesimum egressus obiit.

36) Iubam mortuum esse anno post Chr. n. 21 assentientibus Forbigero (I, p. 303) et Hasenmuellero (p. 21) confidenter Grosskurd (p. XVI) contendit; de anno post Chr. n. 19 Belley (hist. de l'acad. des inscript. et belles-lettres tom. XXXVIII, p. 102. 103) et Visconti (icon. Gr. III, p. 270—73), de anno post Chr. n. 17 Nipperdey cogitant. At aptis argumentis opiniones eorum non confirmantur. Nummis eo adducimur, ut Iubae anno 23 Ptolemaeum successisse dicamus. Hoc euidentissime a Muellero (numismatique de l'ancienne Afrique III, 103—37) demonstratum est, ita ut in sententia eius acquiescendum esse uideatur. Cui quae Niese (l. c. p. 35. 36. n.) opponere nisus est, nullo iure allata esse nuperrime Rühl (Fleckeis. ann. 1878, p. 542—44) bene ostendit totamque quaestionem iterum diligenter recensuit.

DE
IURE MUNICIPALUM ROMANORUM

BELLI LATINI TEMPORIBUS CAMPANIS DATO

SCRIPSIT

HENRICUS RUDERT



Campani, posteaquam a. 411 u. c. se suaque omnia Romanis, ut auxilium eorum contra Samnites impetrarent, dederunt¹⁾, a. 413 u. c. cum Latinis rebellantibus, haud dubie quod seditione eorum optimam imperii Romani exuendi occasionem sibi datam esse putabant, arma consociarunt²⁾. Cur non omnes Campani sed plebs sola nobilibus exceptis³⁾ a Romanis tum defecerit, admodum dubium est neque explicari posse uidetur nisi ita, ut iam inde ab initio discordias inter nobiles, progeniem Samnitium illorum, qui Capuam urbem Etruscis quondam eripuerant⁴⁾, atque ueteres incolas fuisse putemus easque a Romanis, quoad per condicionem Campanis a. 411 u. c. concessam fieri potuit, auctas et nutritas nobiles adduxisse, ut bello contra fautores suos suscepto abstinerent. Latini eorumque socii — praeter Campanos Sidicini et Aurunci et pars quaedam Uolscorum Latinis se coniunxerant — cum primum apud Uesuuium montem⁵⁾, deinde ad Trifanum⁶⁾ prostrati essent, non amplius restiterunt, sed T. Manlio Torquato consuli uictorem exercitum ad agros eorum depopulandos ducenti omnes deinceps se dederunt.

Latini Campanique agro multati sunt. Latinus ager Priuernati addito et Falernus, qui populi Campani fuerat, usque ad Uolturnum flumen plebi Romanae diuiditur. Extra poenam fuere Latinorum Laurentes Campanorumque equites, quia non descuerant. Cum illis foedus renouatum, his ciuitas Romana data est cum eo, ut populus Campanus quotannis in singulos — fuere autem mille et sescenti — denarios nummos quadringenos quinquagenos pendere iuberetur.

1) Liu. VII, 31, 4. 2) Liu. VIII, 3, 1 sq. 3) Liu. VIII, 11, 15. 14, 10. 4) Liu. IV, 37, 1 sq. 5) Liu. VIII, 8, 19 sq. 6) Liu. VIII, 11, 11.

Bello ita composito Romanorum exercitus domum redierunt. Sed pax diuturna non erat. Nam paulo post Latini ob iram agri amissi, ut ait Liuius¹⁾, bellum renouarunt, cum Aurunci et Campani de prospero exitu desperantes eo desisterent²⁾. Copiae populorum iterum rebellantium in campis Feneclanis³⁾ Q. Publilii Philonis imprimis opera fusae sunt. Qui proelio interfuerant in ius dicionemque Romanorum se dederunt, cum alia pars ad Pedum urbem se conglobaret, cuius obsidio Ti. Aemilio Mamercino obtigit. Sed hic nonnullis proeliis cum hostibus commissis repente de triumphii honore collegae decreto certior factus obsidionem omisit eiusdemque honoris poscendi causa Romam rediit. Ita cum factum esset, ut ne ab his quidem consulibus bellum conficeretur, L. Furius Camillus et C. Maenius, qui anno 416 u. c. consules erant, id rursus susceperunt atque ad finem perduxerunt. Pedanis enim, quibus Tiburtes et Praenestini auxilio uenerant, a Furio Camillo uictis⁴⁾ atque Aricinis Lanuuinis Ueliternis, quibus Antiates se coniunxerant, a Maenio ad Asturae flumen fuis⁵⁾ Latium perdomitum erat. Urbibus deuictis aliis aliae condiciones sunt impositae. Campanis, inquit Liuius⁶⁾, equitum honoris causa, quia cum Latinis rebellare noluisent, Fundanisque et Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque semper fuisset uia, ciuitas sine suffragio data.

Plerique qui in has res inquisiuerunt, Liuii uerbis confisi sicut duo bella ita duas paces cum Latinis eorumque sociis factas esse censuerunt. Ueruntamen parum hanc sententiam commendationis habere iudicauerunt Weissenbornius⁷⁾ et Clason⁸⁾, qui non duo bella duasque paces sed duos fontes statuendos esse sibi persuaserunt, quibus, cum alter quae facta

1) Liu. VIII, 12, 5. 2) Auruncos a. 414 u. c. in deditioem acceptos inde quieuisse docet Liuius VIII, 15, 2: *Aurunci a T. Manlio consule in deditioem accepti nihil deinde mouerant*, cum Campanos annis 415 et 416 u. c. arma non mouisse e Liuii silentio optimo iure concludi possit. 3) Liu. VIII, 12, 5. 4) Liu. VIII, 13, 7. 5) Liu. VIII, 13, 5. 6) Liu. VIII, 14, 10 sq. 7) Cf. quae adnotat ad Liu. VIII, 11, 11 sq. et 14, 11. 8) Cf. Clason, Röm. Geschichte II, Halle 1876, p. 8 sq. 249 sq.

essent post proelium ad Trifanum commissum uerbis paucissimis comprehenderet, alter fusius atque accuratius explicaret, Liuius uel eius auctor ita usus esset, ut non apte eos inter se conciliaret, sed annalium scriptorum more alterum alteri adnecteret. Discedunt sane uiri docti in eo, quod Weissenbornius bellum a. 416 u. c., Clason a. 414 u. c. confectum esse contendit.

Certis quibusdam argumentis sententiam suam probare studuit Clason, qui, quod cogitari omnino nequeat, cur de Auruncis Campanisque, qui a. 414 u. c. in deditioem accepti nihil inde mouerint, duobus annis post iterum decretum sit, quodque non intellegatur, quomodo fieri potuerit, ut rationes inter Campanorum equites et populum superiore illo anno ita ordinarentur, ut non certi quidquam de populi conditione simul constitueretur, iam a. 414 u. c. cum duobus illis populis pacem factam et quae a. 416 u. c. de eorum sorte decreta esse dicuntur ex altero fonte de eadem pace accuratius referente hausta esse concludit. Atque hac in re cur cum Clasonone non faciamus, causam non uideo. Sed quod idem bellum cum Latinis quoque a. 414 u. c. compositum esse pro certo habens omnia, quae ad annum 416 u. c. a Liuius referuntur, iam a. 414 u. c. gesta esse, et quae anno 415 u. c. facta esse narrantur, omnino non facta sed ex exemplo rerum anno 416 u. c. tributarum ficta esse contendit, ei assentiri nequeo, cum testimonia fastorum triumphalium¹⁾, qui et Publilium et Furium Maeniumque consules triumphasse testantur, et Zonaræ²⁾, qui Latinos post annum 414 u. c. iterum surrexisse adnotat, quominus ad eius sententiam accedamus, prohibeant. Nam etiamsi Zonaræ, quippe qui e Cassio Dione, fonte satis recenti,

1) Cf. C. I. L. I, p. 455, ubi sunt haec:

Q. Publilius. Q. F. Q. N. Philo. Cos. Anno. CDXIV
De. Latineis. Idibus Ianuar

L. Furius. Sp. F. M. N. Camillus. Cos. Ann. CDXV
De. Pedaneis et Tiburtibus. III. K. Oct

C. Maenius. P. F. P. N. Cos. De. Antiatibus. An. CDXV
Lavinieis. Veliterneis. Pridie K. Oct

2) Zonar. VII, 26 Dind. — I, 363 C Pind.

sua hausisse uideatur, auctoritas haud ita magni facienda est, tamen fastorum triumphalium auctoritas certe non ea est, ut, id quod fecerunt Clason¹⁾ et Zoeller²⁾, nihili eam aestimare nobis liceat. Quis enim certos illos dies, quibus Publilius Furius Maenius alii triumphasse dicuntur, annalium scriptores excogitasse litterisque mandasse sibi persuaserit? Unum uel alterum triumphum ex eorum numero, qui remotissimis rei publicae temporibus acti esse dicuntur, fictum in rerum memoriam irrepsisse nemo erit qui neget, sed idem de tribus triumphis, qui saeculi quinti initio deinceps acti esse traduntur, statuere haud scio an nimis sit audax. Immo multo probabilius esse uidetur fastos illos, qui quidem non spectant ad tempora, quae antecedunt inuasionem Gallorum a. 364 u. c., deriuatos esse e fonte fide satis digno. Uidentur enim triumphorum dies e commentariis pontificum hausti esse, quos, cum haud dubie interessent sacrificio sollempni ab imperatore triumphante in Capitolio perpetrando, triumphorum memoriam in actis suis seruasse uerisimillimum est. Quod Diodorus³⁾ expeditiones, quae post Manlii reditum factae esse narrantur, non commemorans bellum a. 414 u. c. confectum esse prodit, nos permouere non potest, ut fastis triumphalibus Liuius Zonarae fidem detrahamus, quoniam res priore illo anno in uniuersum ad finem perducta et Diodorum, ut alia, quae minoris sunt momenti, omisit⁴⁾, ita singularum urbium rebelliones neglexisse satis probabile est.

Quae cum ita sint, equidem non dubitandum esse arbitror, quin a. 415 u. c. urbium Latinarum eae, quae resistere etiam tunc poterant, iterum surrexerint bellumque anno demum 416 u. c., cum omnes deinceps se dedere coactae essent, compositum sit. Quod per sedecim fere menses⁵⁾ ab urbibus illis

1) Cf. Clason l. l. p. 252. 2) Cf. Zöller, Latium und Rom, Leipzig 1878, p. 378. 3) Diod. XVI, 90, 2. 4) Cf. quae de hac re exposuit Mommsenus in Hermae vol. XIII, p. 320. 515 (Anm. 1). 541. 5) Bellum non per duos plenos annos sed per temporis spatium, quod supra indicauimus, gestum esse apparebit, si et fastos triumphales (cf. p. 77) et tempus, quo consules magistratum tum inisse uidentur, spectauerimus. Quod

rebellantibus id continuatum est, non mirabimur, si modo Latinos, quod de libertate sua pugnari uiderent, animo hominum desperantium certasse multasque eorum urbes, quae satis essent munitae, Romanis tum quidem artis obsidendi minus peritis facile resistere potuisse reputauerimus.

Sed haec sufficiant de tempore, quo Latini pacati sint, praesertim cum de eo, quo pax cum Campanis facta sit, satis constare uideatur. Accedamus iam ad id ipsum, quod nobis proposuimus.

Magnopere uiros doctos de condicionibus, quibus Campani municipes Romani facti sint, inter se dissentire satis est notum. Alii enim socios prorsus liberos, alii peregrinos dediticios omni iure carentes, alii ciues Romanos inferiore sane loco eos factos esse putant argumentisque plus minusue idoneis demonstrare student. Causae huius sententiarum discrepantiae duae imprimis reperiri possunt, quarum altera eaque grauissima est nimia scriptorum in Campanorum condicione et iudicanda et significanda inconstantia¹⁾, altera ipsa illa, de qua agitur, singularis condicio, qua urbis potentis opulentaeque incolis per Romanos uti licebat, qua in re id potissimum scriptores in errores ducere poterat, quod equites alia atque ceteri incolae sorte gaudebant.

Fonte quasi ac fundamento omnes, qui de re municipali egerunt, usi sunt eis uerbis, quae extant apud Festum s. u. municeps, quibuscum comparanda sunt quae sub eadem uoce affert Paulus et quae leguntur apud eundem s. u. municipium.

cum nonis Iuniis factum esse optimo iure Clason (R. G. II, p. 231) suspicetur, expeditionem Q. Publilii Philonis sex uel septem menses, expeditiones C. Maenii et L. Furii Camilli tres uel quattuor durasse ex ipsis triumphorum diebus satis aperte elucet.

1) Eadem Campanorum condicio appellatur sociorum: Liu. IX, 6, 4, 7, 1; XXIII, 5, 1. 5, 9, 10, 1; XXV, 18, 5; dediticiorum: Liu. XXIII, 4, 6; ciuium Romanorum: Liu. VIII, 14, 10; XXVI, 33, 10. Enn. ann. 174 (Vahl.). Ual. Max. II, 7, 15. — Dionysius Campanos XV, 4 φίλους, eodem loco *ἑταίρους*, XV, 9 *ἰσοπολίτας* dicit.

Festus s. u. municeps p. 142 M.: *Municeps est, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio ex seruitute se liberauit a municipe. Item municipes erant qui ex aliis ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere sed tantum muneris partem. At Seruilius¹⁾ aiebat initio fuisse qui ea condicione ciues Romani fuissent, ut semper rem publicam separatim a populo Romano haberent, Cumanos Acerranos Atellanos, qui aequae ciues Romani erant et in legione merebant sed dignitates non capiebant.*

Paulus s. u. municeps p. 131 M.: *Municeps qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio a seruitute se liberauit a municipe. Item municipes erant qui ex aliis ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere sed tantum muneris partem, ut fuerunt Cumanus Acerrani Atellani, qui et ciues Romani erant et in legione merebant sed dignitates non capiebant.*

Paulus s. u. municipium p. 127 M.²⁾: *Municipium id genus hominum dicitur, qui cum Romam uenissent neque ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis ciuibus praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo; sicut fuerunt Fundani Formiani Cumanus Acerrani Lanuuii Tusculani, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt. Alio modo cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas uniuersa in ciuitatem Romanam uenit, ut Aricini Cerites Anagnini. Tertio cum id genus hominum definitur, qui ad ciuitatem ita uenerunt, uti municipia essent sua³⁾ cuiusque ciuitatis et coloniae, ut Tiburtes Praenestini Pisani Urbinates Nolani Bononienses Placentini Nepe-sini Sutrini Lucenses.*

1) *Ser. filius* Ald. vg. Urs. in mg., unde *Seruium filium* coniecit Niebuhrius (Röm. Gesch. II², Berlin 1830, p. 66 not. 112). 2) De huius excerpti natura conferas quae adnotat Mueller p. 127. 3) *municipes essent suae cuiusque ciuitatis* correxerunt Mazochius Niebuhrius Madugijs.

Sententiae, quas uiri docti protulerunt, ut uerba quae laudauimus, explicarent, cum tam multae ac diuersae sint, ut omnes enumerare aequè molestum ac difficile sit, ueniam me impetratum esse spero, si earum tantum rationem habebò, quae praeter ceteras commemoratione dignae uideantur.

Niebhrius ¹⁾ profectus ab eis, quae sunt apud Paulum s. u. municipium, prima parte definitionis comprehendi putat isopolitas, i. e. incolas urbium aequo foedere cum Romanis coniunctarum, qui cum Romam uenissent neque ciues Romani essent, tamen omnium iuris Romani partium praeter ius suffragii et honorum compotes fuerint; quid alteri et tertiae parti sit faciendum dubitat, cum illud *uniuersa* utriusque sit proprium.

Satis refutari arbitror hanc Niebhrii sententiam eis, quae Maduigijs ²⁾ contra eam protulit, auctorem definitionis, si isopolitas siue aequo foedere coniunctos significare uoluisset, uetus Latinorum foedus uel Hernicos uel similia exempla positurum fuisse neque singulos aliquot populos, qui bello Latino deuicti ciuitatem accepisse traderentur.

Niebhrium iure municipum non nisi foederatis uti licuisse iudicantem secutus est Rubino ³⁾, qui uocem *municeps* semper propriam suam uim retinuisse pro certo habens duo genera municipum distinguenda esse censuit, quorum altero continerentur ciues urbium Italicarum, qui suam ipsorum ciuitatem seruantes ius municipum a Romanis impetrassent, altero ciues Romani, qui idem ius in aliqua urbe Italica tenerent idque aut in ea, cuius incolae omnes ciuitate Romana accepta suam amisissent (secunda pars definitionis), aut in ea, quae sui iuris esse nunquam desiisset (tertia pars definitionis). Hoc posito Rubino Campanos usque ad id tempus, quo pro defectione a Romanis puniti ciuitatem suam amitterent, ciues urbis cum Romanis foederatae fuisse dicit, quam sententiam uel maxime eo com-

1) Cf. Niebuhr, Röm. Gesch. II², p. 65 sq. 2) Cf. Maduigii opuscula academica pr., Hauniae 1834, p. 236 sq. 3) Exposuit sententiam suam in Bergkii et Caesaris actis philol. a. 1844, n. 109—111. 121—124. a. 1847, n. 86. 87. 100. 101. 121—123.

mendari ac fulciri putat, quod Campani, si spectetur tempus inter a. 416 et a. 543 u. c. interpositum, a scriptoribus¹⁾ plerumque sociorum nomine appellentur. Difficultatem, quae sane in eo inest, quod Liu. VIII, 14 Campanis *ciuitatem datam* esse tradit, ita remouere studet, ut eam populo Campano non datam sed oblatam esse dicat ita, ut singulis eam aut accipere aut respuere liceret. Atque hac cum sententia ut conciliet illum locum²⁾, quo *omnes* Campani ciuitatem Romanam accepisse dicuntur, uerba *agi de Campanis, qui ciues Romani sunt* cum Wachsmuthio³⁾ et Maduigio⁴⁾ ita interpretatur, ut significant *agi de eis Campanis, qui ciues Romani sunt*.

Rubionis sententiam certe acutissime excogitatum atque defensam euentu satis prospero impugnaverunt Reinius⁵⁾ et Kienius⁶⁾. Primum enim minime est probabile uocem *municipes* eandem semper uim atque usum retinuisse. Nam sicut alia uocabula alio tempore alio sensu a Romanis usurpata sunt, ita uocem *municipes* inferiore aetate notionem mutasse satis certe elucet ex eis, quae sunt apud Ulpianum fr. 1, 1 D. ad municipalem (L, 1): *et proprie quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitatem, ut munia nobiscum facerent, sed nunc abusive municipes dicimus suae cuiusque ciuitatis ciues, ut puta Campanos Puteolanos*.

Deinde a Rubinone non demonstratum est foedere cum Romanis coniunctos fuisse quibus municipum iure uti liceret. Nam ut de Campanis solis agamus, quos praeter ceteros aptos esse opinatur ad municipum condicionem inuestigandam illustrandamque, nimium certe, ut rectissime monet Zoeller⁷⁾,

1) Loci quos attulit hi sunt: Liu. IX, 6. 7. Diod. XIX, 76. Liu. XXIII, 2. 3. 4. 5. 10 al.; XXVI, 16. Dionys. XV, 4. 2) Liu. XXVI, 33, 10: *per senatum agi de Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi non uideo posse* cet. 3) Cf. Wachsmuth, Aelteste Geschichte des römischen Staats, Halle 1819, p. 458 n. 4) Cf. Maduig. l. l. p. 243 n.

5) Cf. Rein, dissertatio de Romanorum municipiis, Eisenach 1847.

6) Cf. Zeitschft. f. Alt. 1849, p. 219 sq. 7) Cf. Zoeller, die staatsrechtlichen Beziehungen Roms zu Capua, quae dissertatio inest in Fleckeiseni annalium vol. CIX (1874) p. 715 sq.

eis locis tribuit, qui societatem inter Romanos et Campanos initam commendare uidentur; tum nullum attulit exemplum, quo demonstraretur urbis, cui ciuitas Romana data esse dicitur, ciuibus singulis eam aut recipere aut respuere licuisse; denique nullo modo probari potest ratio ea, qua Wachsmuthio et Maduigio auctoribus uerba *per senatum agi de Campanis, qui ciues Romani sunt* explicat, cum quae antecedunt, de omnibus Campanis duabus tantum mulierculis exceptis hic agi certissime demonstrent.

Sententiae Rubinonis plane contrariam proposuit Zoeller¹⁾, qui certam ac definitam notionem ciuis ante saeculum sextum u. c. extitisse negans incolas urbium, quibus ciuitas sine suffragio tributa esse traderetur, non ciues sed municipes Romanos fuisse contendit, i. e. ut ipsius uerbis utar, homines, qui cum se in Quiritium dicionem dedissent, eorum numero non ascripti essent, sed eis non modo in uniuersum parere sed etiam omnia, quae illi imperabant, ut militiam et tributum, praestare coacti essent. Hac autem condicione satis iniqua et molesta cum municipes non omnibus temporibus usi essent, sed primum singulas, deinde complures, denique omnes iuris Romani partes adepti paulatim eo peruenissent, ut ciues optimo iure et essent et appellarentur, Zoeller *duos municipum status* distinguendos esse sibi persuasit, quorum alter a deditioe usque ad tempus, quo singularum iuris Romani partium compotes Romani haberi inciperentur, alter inde usque ad transitum in ciuitatem plenam obtineret. Atque in hanc sententiam optime quadrare dicit definitionem, quae est apud Paulum s. u. municipium, cuius duae partes priores quin duos illos status comprehendant, dubium esse nequeat. Uerba enim *qui cum Romam uenissent neque ciues Romani essent* cet. intellegi non posse nisi ita, ut peregrinos dediticios notent, qui cum Romam uenissent, iura quaedam ibi habuerint, neruntamen non ex foedere cum populo Romano icto sed ex deditioe, quod lucu-

1) Cf. Zoeller, de ciuitate sine suffragio et municipio Romanorum, Heidelbergae 1866.

lenter demonstrat notio uocabuli *munus*, quippe quod nihil aliud quam praestationem, quam quis coactus susceperit¹⁾, significet. Commendari autem et firmari hanc explicandi rationem uerbis in fine primae partis positis *post aliquot annos ciues Romani effecti sunt*, quae, cum spectent ad tempus, quo municipes partibus quibusdam iuris Romani acceptis in ciuium Romanorum numero haberi coepti sint, aptum quidem sensum praebeant, si quis explicationem propositam sequatur, omni autem sensu careant, si una ex ceteris explicationibus recipiatur; eas enim omnes ita comparatas esse, ut uerbo *aliquot* non minus quam ducentos intellegi necesse sit. Neque minus quam primam definitionis partem alteram cum duobus illis municipum statibus congruere. Sicut enim municipes paulatim eo progressi sint, ut in ciuitatem optimo iure asciscerentur, ita Paulum eorum, quos altera parte comprehendat, proprium fuisse dicere, ut uniuersa eorum ciuitas in Romanam ueniret, quae uerba, quoniam illud *uniuersa ciuitas* non oppositum sit *singulis ciuibus* — agi enim de genere hominum — sed *singulis iuris Romani partibus acceptis accipiendisue*, non interpretanda esse nisi ita, ut significant homines, qui iam prorsus Romani facti sint. Tertiam denique partem, — cuius non amplius rationem habebimus, quod spectat ad homines, qui, cum essent ciues optimo iure, abusiue municipum nomine appellabantur²⁾, — complecti ait incolas alicuius urbis siue Italicae siue prouincialis, quae aliquo tempore ciuitatem Romanam nomenque municipii abusiue sane acceperit.

Hanc sententiam, quam de municipum condicione proposuerat Zoeller in libello supra laudato, quoniam non ita comparata est, ut ab omnibus partibus possit laudari, nuper³⁾ ipse

1) Prouocat Zoeller ad ea, quae de uocabuli *munus* notione exposuit Mommsenus in libri qui inscribitur *Römische Forschungen* uol. I, Berl. 1864, p. 345, n. 38, ubi sunt haec: *Munus ist bekanntlich die pflichtmässige Leistung (vergl. municeps = leistungspflichtig, immunis = leistungsfrei, communis = mitleistend; moenia = die Frohnden, daher die Mauer) und insofern verschieden von donum, der freien Gabe.* 2) Cf. quae de hac re protulit Marquardtus (*Römische Staatsverwaltung* I, Leipzig 1873, p. 34 sq.). 3) Cf. Zoeller, *Latium und Rom*, Leipzig 1878, p. 383 sq.

partim correxit partim amplius defendit. Proficiscens enim ab eis, quae leguntur apud Festum s. u. *municeps*: *Item* (sunt uerba Aelii Galli) *municipes erant*¹⁾ *qui ex aliis ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere sed tantum muneris partem. At Seruilius aiebat initio fuisse qui ea condicione ciues Romani fuissent, ut semper rem publicam separatim a populo Romano haberent, Cumanos Acerranos Atellanos, qui aequae ciues Romani erant et in legione merebant sed dignitates non capiebant, iam tum, cum definitiones componerentur, uiros harum rerum peritos de natura ac condicione municipiorum antiquissimorum dissensisse concludit. Quidnam discriminis inter sententias allatas intercedat, haud ita facile esse enucleare, cum non satis perspicuum sit, quales fuerint ciuitates, quas Aelius in mente habuerit, deinde quid sibi uelit illud Romam uenire, denique quomodo uerba muneris partem capere sint intellegenda. Quoniam autem quocumque modo Aelii uerba explicentur, non recte opponantur uerbis Seruillii, cum inter homines, qui ex aliis ciuitatibus Romam uenissent, atque eos, qui ea condicione ciues Romani fuissent, ut semper rem publicam separatam a populo Romano haberent, oppositio omnino non intercedat, Zoeller respiciens quae sunt apud Paulum s. u. municipium, post uerbum *uenissent* intercidisse putat uerba *neque ciues Romani essent*, ita ut ex Aelii sententia initio *peregrini*, ex Seruillii *ciues* fuerint *municipes*. Qua ex dissensione condicionem singulorum hominum nobilium atque totius ciuitatis inter se commutatas esse Zoellero eo certius sequi uideatur, quod haec confusio in Pauli quoque definitione reperiatur, cuius uerba *qui cum Romam uenissent . . . participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis ciuibus praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo sicut fuerunt Fundani Formiani* cet. luculenter demonstrant auctorem definitionis non tam populum urbium quas laudat, quam earum nobiles spectare, quibus, quamquam ciues*

1) Quae antecedunt ad *municipes* spectare, qui inferiore aetate abusive dicebantur, docet uerbi forma *est*.

Romani non essent, tamen omnibus iuris Romani partibus praeter ius suffragii et honorum Romae uti licuerit. At prorsus diuersam ab hac condicione, quae respondeat ciuitati sine suffragio quae inferiore aetate appelletur, fuisse earundem urbium populo impositam. Hunc enim redactum esse in municipum locum, i. e. hominum, qui, quamquam omnia quae ciues optimo iure praestare coacti essent, tamen initio quidem omni iure carerent. Quoniam autem dediticii, qui tali uterentur condicione, cum Quiritibus consuetudinem ullam societatemque habere non potuissent, nisi iura quaedam eis essent concessa, factum esse, ut ei primum singulas deinde complures iuris Romani partes adepti paulatim in condicionem, quae erat nobilium, ascenderent itaque reapse quidem ciues sine suffragio, iure autem prorsus Romani fierent, cum aequae atque nobiles iuris commercii et conubii essent participes, per quae aditus ad ciuitatem plenam eis pateret. Atque hanc condicionem altera parte definitionis *quorum ciuitas uniuersa in ciuitatem Romanam uenit* indicari. Sententiam quam de municipibus tertia definitionis parte dictis quondam protulerit, non esse cur mutet.

Fundamentum igitur, quo nitatur Pauli definitio, non a temporum ratione¹⁾, sed a legibus artis logicae esse petitur, cum non demonstratur, quae fuerint condiciones, quae populis aliis temporibus subactis aliae imponerentur, sed quales fuerint rationes, quae singulis temporibus inter Quirites atque eundem populum imperio Romano subiunctum intercederent.

Ab hac de sorte populorum subactorum sententia profisciscens Zoeller Campanos a. 414 u. c. neque socios liberos neque ciues sine suffragio, sed peregrinos dediticios factos esse dicit dissertationeque, quae extat in annalium Fleckeiseni uol. CIX (1874) p. 715 sq., probare studet. Audiamus quae ibi

1) Ut uidetur Reinio (Pauly, Realenc. s. u. municipium), qui primam definitionis partem ad municipia spectare putat, qualia fuerint ante bellum Latinum, secundam ad municipia, quae inde usque ad legem Iuliam, tertiam ad ea, quae ab hac lege lata usque ad imperii Romani interitum durauerint.

protulerit. Primo loco monet ciuitatem, quam equitibus Campanis¹⁾ datam esse Liuius tradat, uel maxime distinguendam esse a ciuitate populo tributa²⁾, quoniam illis, quippe qui bello contra Romanos suscepto non interfuissent, sortem aequiorum quam multitudini Campanorum concessam esse et per se consentaneum sit et Liuius³⁾ asseueret. Sed quaeri, quaenam fuerit ciuitas, quae equitibus tum condonaretur. Nihil ob stare, quin plena intellegatur, unumquemque concessurum esse, qui nihil nisi quae leguntur apud Liuium VIII, 11, 16, spectauerit; permulta autem prohibere nos, quominus ita iudicemus, sibi persuasurum esse, qui condicionem rerum Campanarum qualis tum erat paulo accuratius inspexerit. Quoniam enim ciuitatem optimo iure equites tum demum usurpare potuerint, cum agrum priuatum, qui esset censui censendo, sibi comparassent, hunc autem adipisci tum quidem difficillimum fuerit, cum eius pars longe maxima in nobilium Romanorum esset manibus, qui rarissime tantum, ut portiunculam uenderent, adducerentur; ager autem Falernus⁴⁾, qui optimam ad plenam ciuitatem perueniendi occasionem dedisset, posteaquam publicatus esset, non plebi Romanae iuste diuisus sed diuitum occupationi esset seruatus: necessitate quadam effici paucissimis tantum, ut agrum priuatum itaque locum in tribus adipiscerentur contigisse. Conubio sane et commercio cum ciuibus Romanis eos coniunctos fuisse satis constare. Quoniam enim Liuius⁵⁾ compluribus locis familias Campanorum nobiles potentesque conubium cum ciuibus Romanis habuisse testificetur, id autem cogitari nequeat nisi cum commercio⁶⁾ coniunctum, sequi Campanorum nobilibus non minus hoc quam illud concessum fuisse, quae con-

1) Liu. VIII, 11, 16: *equitibus Campanis ciuitas Romana data.*

2) Liu. VIII, 14, 10: *Campanis equitum honoris causa, quia cum Latinis rebellare nolissent . . . , ciuitas sine suffragio data.* 3) Liu. VIII, 11, 15: *extra poenam fuisse Latinorum Laurentes Campanorumque equites, quia non descuerant.* 4) Liu. VIII, 12, 12; cf. quae Weissenbornius ad hunc locum adnotat. 5) Liu. XXIII, 2, 6. 4, 7; XXVI, 33, 3. 6) Cf.

quae Maur. Voigtius exposuit in libri qui est de iure naturali uol. II, Leipzig 1858, p. 106.

iectura firmetur exemplo Uitruii Uacci Fundani¹⁾, qui aedes in Palatio habere non potuerit, nisi Fundanorum nobilibus, qui eadem condicione atque Campanorum usi esse uiderentur, ius commercii a Romanis concessum fuisset. E quibus cum satis eluceat equites Campanos, quod plerique eorum nullius iuris Romani partis nisi conubii et, quod arcissime cum eo cohaereat, commercii participes essent, ciues sine suffragio fuisse, effici populum, quoniam in inferiorem locum redactus eisdem iuris priuati partibus non uteretur, peregrinorum dediticiorum condicionem subire coactum esse. Atque optime in hanc sententiam quadrare rationem, qua res Campanae bello confecto a Romanis constitutae sint. Nam nisi ciuitatem suam Campani amisisse putarentur, non intellegi, quomodo fieri potuerit, ut Romani populum nobilibus subiungerent, de Romanorum more stipendia facere eum cogerent, ius numerum faciendorum si minus ei plane adimerent tamen comminuerent, a. 436 u. c. certum quendam numerum uirorum Capuam mitterent, ut ex legibus a praetore Romano datis ius dicerent. Repugnare sane tali condicioni res Campanas, quales paulo antequam Campani ad Hannibalem deficerent, eas fuisse Liuius asseueret. Cum enim ciuitatis nullo uerbo mentione facta Campani proprium suum magistratum senatum concilia leges iudicesque tum habuisse dicantur, quid esse, cur eos tum sui iuris fuisse non statuamus? Non intellegi hanc condicionem, nisi Campani a. 414 u. c. peregrini dediticii facti esse sed rem publicam satis liberam seruasse putentur, quam si quis scriptor tum respexerit, facillime fieri potuisse, ut Campanos sociorum liberorum sorte usos esse et iudicaret et scriberet²⁾.

Extrema parte dissertationis Zoeller nonnullos locos, e quibus aut foedus aut ciuitatem populo Campano datam esse colligi possit, affert examinat refellere studet. Ac primum

1) Liu. VIII, 19, 4: *dux etiam fuit Fundanus Uitruius Uaccus, uir non domi solum sed etiam Romae clarus; aedes fuere in Palatio eius, quae Uacci pruta diruto aedificio publicatoque solo appellata.* 2) Cf. Fleckeiseni annal. vol. CIX, p. 734 sq.

quidem disserit de eis, quae sunt apud Liu. XXIII, 5, 9: *adicite ad haec, quod foedus aequum deditis, quod leges uestras, quod ad extremum, id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit, ciuitatem nostram magnae parti uestrum dedimus communicauimusque uobiscum*, et quae leguntur XXXI, 31, 10: *hi homines, cum pro eis bellum aduersus Samnites per annos prope septuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus, ipsos foedere primum deinde conubio atque cognationibus postremo ciuitate nobis coniunxissemus* cet., quorum locorum neutrum magnam auctoritatem habere posse contendit, quoniam extant in orationibus, quibus Campanos, ut aut animum gratum praeberent (XXIII, 5, 9) aut poena gratissima digni uiderentur (XXXI, 31, 10), plurimis maximisque Romanorum beneficiis affectos esse oratoris demonstrare intersit.

Accuratius atque copiosius disputauit de eis, quae extant apud Liu. XXVI, 33, 10: *per senatum agi de Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi non uideo posse*, quae uerba, quoniam ciuitatem omnibus Campanis datam commendant, uehementer impugnavit. Quod enim Liuius, posteaquam eiusdem libri c. XVI de Campanorum poena ut perfecta et absoluta dixerit, c. XXXIII et XXXIV iterum de ea tradat atque ita quidem, ut neque quae superiore illo loco narrauerit, respiciat et quae de Campanis decreta esse dicantur, admodum obscure et contorte proferat, dubium non esse, quin totus locus uel maxime perturbatus et cui fides ulla habeatur indignus sit. Atque etiam magis quam hoc neglegens genus narrandi id in hac re esse spectandum, quod plebiscito non succedat senatusconsultum ad id spectans, sed singula de singulis Campanorum familiis claris ac potentibus consulta, quae respondeant haud dubie illi nobilium petitioni, quae antecedit Atilii uerbis *agi de Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi non uideo posse*. Quae cum ita sint haec uerba, si modo iusto loco posita sint, ad neminem nisi ad nobiles ueniam petentes referenda esse. Cum autem, quoniam cetera hoc loco non accurate dicantur, illa uerba iusto loco allata esse haud ita probabile sit, ea aut ciuitatem illorum nobilium aut nihil probare. Denique

ut omnis dubitatio nobis eximatur, addit uerba Atilii ne tum quidem, si ad omnes Campanos referenda essent, quidquam probare, cum nomen ciuium in Campanorum condicionem minime quadrans eo consilio de eis esset usurpatum, ut et plebs decreti tam atrocis particeps fieret et Campani poena grauissima eo digniores uiderentur.

Haec uerba in suspicionem uocantem iustos fines se transgressum esse quod Zoeller ipse intellexerat, nuper in libello qui inscribitur: *Das Senatusconsultum über Capua im Jahr 211 v. Ch. und dessen Ausführung*, Muelhausen 1875, ad omnes quidem Campanos uerba Atilii spectare concessit, sed quod de consilio, ex quo essent dicta, statuerat, retinuit.

Quoniam igitur quid Zoeller de municipum iure ac condicione iudicet et quomodo sententiam suam firmet uidimus, nostrum erit inquirere, quatenus cum eo faciendum sit.

Atque mihi quidem non pauca esse uidentur, quae contra eum proferenda sint. Primum enim nimium certe tribuit notioni uocis *municipes*. Nam ne tum quidem, si eam, cuius de significatione neque inter ueteres¹⁾ neque inter recentiores²⁾ satis constat, hominem notare statuerimus, qui praestationes suscipere coactus est, quidquam lucrabimur, cum ex ea re non sequatur officii a municipibus praestandis non iura quaedam respondisse. Neque omnibus iuris Romani partibus *municipes* caruisse definitio Seruillii, quem verum uidisse Zoeller ipse dicit, certissime demonstrat, cum nihil planius esse possit quam hominem, cuius condicio a ciuium Romanorum non discederet nisi in eo quod iure honorum careret, iuris conubii et commercii quidem participem fuisse? Deinde minime probare possum rationem, qua Zoeller definitiones, quae sunt apud Paulum s. u. *municipium*, explicandas esse censet. Quis enim est, ut ab eo incipiamus, a quo Zoeller profectus est, qui Ro-

1) Cf. Uarr. L. L. V, § 179 M. Gell. XVI, 13, 6 sq. Ulpian. fr. I, 1. Dig. ad municipalem (L, 1). Isidor. orig. IX, 4, 21. XV, 2, 10. 2) Cf. Niebuhr, R. G. II², p. 61 sq. Rubino, Z. f. A. 1844, p. 867. Rudorff, index schol. acad. Berol. 1848/49. Kiene, Z. f. A. 1849, p. 222 sq. Mommsen, Röm. Forsch. p. 345.

manos aut omnes aut plerasque urbes ea condicione imperio suo subiunxisse sibi persuadeat, ut nobilibus sortem aequiorem concederent quam populo, si legerit quae sunt apud Liu. VIII, 11, 15: *extra poenam fuere Latinorum Laurentes Campanorumque equites*, quibus e uerbis satis certe efficitur omnium praeter Capuam urbium nobiles sui populi condicionem subire coactos esse? Immo nobilibus interdum sortem etiam iniquiorem evenisse quam multitudini luculenter probant quae extant apud eundem auctorem VIII, 14, 5: *in Ueliternos . . . grauiter saenitum: et muri deiecti et senatus inde abductus iussique trans Tiberim habitare* cet. Sed restant grauiora. Quod enim Zoeller auctorem definitionum, quas seruauit Paulus, primam partem cum componeret nobiles in mente habuisse dicit, qui omnium iuris Romani partium praeter ius suffragii et honorum participes, i. e. ciues sine suffragio qui postea appellarentur, essent, altera parte comprehendisse peregrinos dediticios, qui eandem condicionem paullatim adepti essent — nam utrum municipes huius generis ius suffragii omnes habuerint necne, nihil de Zoelleri sententia refert ¹⁾ —: haud dubie neglexit cogitari non posse eundem auctorem homines, qui prorsus eadem in re publica Romana condicione uterentur, a ciuitate Romana seclusos et paucis tantum uerbis interpositis prorsus Romanos fuisse asseuerasse. Ad hoc accedit alterum. Si auctor definitionum duo genera municipum distincturus erat, quorum alterius paucissimae tantum, alterius omnes fere partes ciuitatis Romanae propriae erant, ut uidetur Zoellero, cur, quaeso, ut secundum genus illustraret, idem non respici iussit ad nomina urbium primae definitioni adiecta, quippe quas omnes deinceps ciuitatem plenam accepisse constet. Quod Zoeller ²⁾, ut hanc difficultatem remoueat, auctorem alteram partem cum componeret oppida sibi sumpsisse dicit, quae diuersis temporibus ad ciuitatem peruenissent et populorum essent natione quam diuersissimorum, illas, ut omnem confusionem uitaret, has, ut nationum diuersitate nullam generis differentiam effici demon-

1) Cf. Zoeller, Lat. u. Rom. p. 394, n. 1.

2) Cf. Zoeller, de ciuitate

sine suffragio et municipio Roman. p. 30 sq.

straret, haud scio an argutius quam uerius disputauerit, cum eadem ars in prima quidem parte componenda de Zoelleri ipsius sententia satis desideretur.

Quod cum sententiam, quam Zoeller de municipum conditione proposuit, quoad quidem Festi et Pauli definitiones spectantur, tot difficultatibus laborare uiderimus, ut uix probari possit, superest, ut pauca de iudicio, quod tulit de sorte Campanorum, addamus.

Hoc quamquam ita comparatum est, ut speciem quandam ueritatis prae se ferat, tamen, si accuratius id respexerimus, reiciendum esse patebit. Quod enim unusquisque Liuii uerba *equitibus Campanis ciuitas Romana data*, si modo libero animo ea legerit, ita interpretabitur, ut, id quod Zoeller ipse concedit, ciuitatem plenam intellegendam esse censeat, ante omnia nobis inquirendum est, possintne uerba eo sensu accipi, quo primo obtutu dicta esse uidentur. Atque hoc licere mihi quidem persuasum est. Nam ex ea re, quod per naturam rerum initio quidem fieri non potuit, ut equites omnes omnia iura ciuitatis usurparent, nullo modo sequitur eis illa iura omnino concessa non fuisse. Quod autem tempore posteriore iure suffragii atque honorum eos usos esse certis quibusdam scriptorum testimoniis probari nequit, ne id quidem nos adducere potest, ut illis iuribus eos caruisse putemus, quoniam, si hoc, quod casui fortasse debetur, concederemus, populum Campanum peregrinorum dediticiorum omni fere iure carentium sorte usum esse sequeretur, cui rei non solum certissima scriptorum ¹⁾ testimonia sed etiam condicio municipum, ut infra demonstrabimus, repugnant.

Restat, ut eam de locis Festi et Pauli proferamus sententiam, quam proposuit Maduigi²⁾, defendit et firmavit Peterus³⁾, probauerunt Mommsenus⁴⁾ et Marquardtius⁵⁾.

1) Liu. VIII, 14, 10; XXVI, 33, 10. Uell. I, 14, 3. Ualer. Max. II, 7, 15. Enn. annal. 174 (Uabl.). 2) Cf. Maduig. opusc. acad., Hauniae 1834, p. 232 sq. 3) Cf. Z. f. A. 1844, n. 25—28. 4) Cf. Mommsen, die römischen Tribus, Altona 1844, p. 157 sq. Geschichte des römischen Münzwesens, Berlin 1860, p. 331 sq. Röm. Gesch. I⁶, p. 421 sq. 5) Cf. Marquardt, Römische Staatsverw., Leipzig 1873, I, p. 26 sq.

Maduigius dicens fuisse propriam et ab ipsa natura institutorum profectam condicionem eorum, qui prorsus subacti et in potestatem alicuius populi redacti essent, ut eis ciuitas uictoris sine suffragio daretur, definitionis Paulinae duas partes priores ad homines isto modo subactos spectare pro certo habet, quorum duplex genus distinguatur, alterum eorum, qui ciuitate sine suffragio accepta aliquam speciem rei publicae retinuerint, alterum eorum, quibus sui magistratus prorsus adempti sint. Atque in hac re Maduigium, licet eius sententia a multis uehementer impugnetur, in uniuersum quidem uerum uidisse mihi persuasum est. Quatenus eius sententia sit corrigenda, iam demonstrare conabimur.

Proficiscendum nobis est in iure ac condicione municipum indicanda ab eis, quae sunt apud Festum s. u. municeps, cuius e uerbis ad rem nostram pertinent haec:

Item municipes erant (ut ait Aelius Gallus) qui ex aliis ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere sed tantum muneris partem. At Seruilius aiebat initio fuisse qui ea condicione ciues Romani fuissent, ut semper rem publicam separatim a populo Romano haberent, Cumanos Aceranos Atellanos, qui aequae ciues Romani erant et in legione merebant sed dignitates non capiebant.

Galli et Seruilius uel quisquis sub hoc nomine latet sententias inter se oppositas esse particula *at* indicari recte admonet Zoeller. Num aequae recte contenderit oppositionem inter eorum uerba, ut exhiberentur in codice, non intercedere, dubitauerim. Nam cum Gallus iura quaedam ciuium Romanorum usurpare municipibus nisi Romam migrassent non licuisse dicat, Seruilius autem hanc condicionem non addat, qua ex re optimo iure concludi potest municipes, quos hic in mente habuit, etiamsi in patria remanerent, eadem iura usurpasse, oppositionem quandam inter utriusque sententiam intercedere patet. Attamen cum ciuitates a Gallo adumbratae neque satis accurate definiantur eiusque definitio ceteroquin congruat cum ea, quam primo loco affert Paulus s. u. municipium, haud improbabiler Zoeller uerba *neque ciues Ro-*

mani essent intercidisse suspicatus est, quibus restitutis duplex oppositio inter Galli et Seruili sententiam euadit, cum altera ex parte municipes peregrini fuisse dicantur, qui nisi Romam uenissent iuris Romani partium quarundam compotes non essent, ex altera ciues Romani, quibus, etiamsi in patria remanerent, eisdem iuribus uti liceret.

Quaeritur iam, quatenus definitiones — Galli et Pauli in sequentibus pro una habebimus — exemplis adiectis firmentur. Atque primum quidem, quoniam auctor definitionis Paulinae haud dubie notat peregrinos¹⁾, quibus ex foedere aequo, id quod sibi persuaserunt Niebuhrius²⁾ quique eum sequuntur, aut ex hospitio publico, id quod uidetur Clasoni³⁾, cum populo Romano facto iuris Romani partes quaedam concessae fuerint, nobis inquirendum est, num urbes ab illo laudatae umquam sociorum aut hospitium publicorum condicione usae sint.

Lanuuios et Tusculanos quidem foedere quondam cum Romanis coniunctos fuisse satis constat⁴⁾, cum Fundanos Formianos Cumanos Acerranos eadem uel simili sorte umquam gauisos esse nemo usque adhuc probauerit. Has enim urbes, posteaquam bello Latino a Romanis subactae essent, foedus aequum uel etiam hospitium publicum, quod nisi amicissimis populis concedi non soleret, impetrasse non magis credibile est quam temporibus bello antecedentibus eas sociorum Romanorum condicione usas esse, cum id non modo nullo scriptorum testimonio firmetur sed etiam uno, quod extat de Cumanis, fere refutetur. Sunt enim apud Liuium IV, 52, 5 sq. haec: *iam fames quam pestilentia tristior erat, ni dimissis circa omnes populos legatis, qui Etruscum mare quique Tiberim accolunt, ad frumentum mercandum annonae foret subuentum. superbe ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasque, legati prohibiti commercio sunt . . .*⁵⁾

1) Cf. uerba *qui cum Romam uenissent neque ciues Romani essent.*

2) Cf. Niebuhr, R. G. II², p. 66 sq.

3) Cf. Clason, R. G. II, p. 261 sq.

4) Cf. Dionys. V, 61.

5) Quod Reinius in dissertatione de Romanorum municipiis p. 9, ut defenderet sententiam suam de isopolitia municipiorum antiquissimorum, difficultatem, quam praebet hic Liuii locus, ita remouere

At optime exempla adiecta in Seruili quadrant definitionem, cum Acerranos et Cumanos bello Latino confecto ciues sine suffragio factos esse Liuius ¹⁾ et Uelleius ²⁾ affirmant atque Atellanos eandem condicionem subire coactos esse inde satis certe sequatur, quod usque ad annum 543 u. c. arctissime coniuncti erant cum Campanis ³⁾, quos eodem tempore atque Fundanos Formianos Cumanos in ciuitatem sine suffragio acceptos esse scriptores quos laudauimus testificantur. Quae cum ita sint, equidem Seruilium uerum uidisse atque auctorem definitionis, quae est apud Paulum, non minus quam Gallum ita errasse existimo, ut condicionem municipiorum et urbium foedere aequo cum populo Romano coniunctarum inter se confunderent, quod sane facillime fieri potuit, cum, ut infra copiosius explicabimus, municipiorum, quae meliore fortuna utebantur, condicio urbium foederatarum condicioni haud ita dissimilis esset neque raro a rerum scriptoribus ⁴⁾ cum ea commutaretur. Quod Maduigijs, ut primam partem definitionis Paulinae cum sententia sua conciliet, illud *neque ciues Romani essent* ita intellegendum esse dicit, ut significet homines, qui in ciuitatem quidem sed nondum in ciuitatem optimo iure asciti sint, ei astipulari nequeo, cum aduersarii eius ciues sine suffragio tamen fere ciues appellari recte monuerint neque, si eum sequimur, quid uerba *cum Romam uenissent* sibi uelint, satis intellegatur.

Fuerunt igitur, quoniam Seruili probamus sententiam, municipes urbium subactarum incolae, qui ea condicione ciues Romani facti erant, ut semper rem publicam separatam a populo Romano haberent et, quod locum in tribubus non habebant ⁵⁾, a iure suffragii et honorum exclusi essent. Quod

studuit, ut diceret non Cumanos sed Samnites cum Romanis inimicitias gessisse, certe nemini persuaserit, quod Cumani a Samnitibus prorsus subacti eis inuitis foedus cum populo Romano habuisse putari nequeunt.

1) Liu. VIII, 14. 17. 2) Uell. I, 14. 3) Cf. Rubino, Z. f. A. 1844, p. 980. Mommsen, Röm. Münzw. p. 335. 4) Cf. supra p. 79 n. 1. 5) Cf. Strab. V, p. 220, qui de Caeritibus dicit haec: *πολιτείαν γὰρ δόντες οὐκ ἀνέγραψαν εἰς τοὺς πολίτας ὁλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσονομίας εἰς τὰς δέλους ἐξώριζον τὰς Καίρετανῶν.*

Zoeller, ut hanc sententiam refellat, peregrinos, qui bello Latino a Romanis subigerentur, ciuium nomine appellatos esse negat, cum nomen ciuis antiquioribus temporibus neque publice usurpatum sit neque in uolgari sermone, si omnino adhibitum sit, aliter adhibitum esse uideatur atque ita, ut Quiritem significaret, dubitari potest, num hac in re ei prorsus assentiendum sit. Nam etiamsi concedendum est notionem ciuis tempore, de quo agimus, nondum ita certam ac definitam fuisse, ut inter ciuem cum suffragio et ciuem sine suffragio distingueretur, fortasse etiam ciuis nomen publico sermone non esse usurpatum: tamen ex eo non sequitur municipales ciuium loco non habitos atque in uolgari quidem sermone eo nomine non appellatos esse. Temporibus autem posterioribus quin publice quoque ciues dicti sint dubium esse nequit, cum sat multa eius rei extent testimonia¹⁾.

Hoc posito uideamus, quid sit iudicandum de municipibus, qui altera parte definitionis Paulinae comprehenduntur. Verba sunt haec: *alio modo cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas uniuersa in ciuitatem Romanam uenit*. Uocem ciuitatis et multitudinem et iura ciuium aliquam urbem tenentium significare satis notum est. Quoniam autem auctor definitionis quam habemus magis quae rationes inter municipales et ciues optimo iure intercederent, quam utrum ius municipii singulis an omnibus alicuius urbis ciuibus tribueretur, spectasse uidetur — dicit enim de genere hominum —, hic quidem uocem ciuitatis eo sensu, quem posteriore loco posuimus, intellegendam esse patet. Hac quaestione diiudicata, quid uerba *quorum ciuitas uniuersa in ciuitatem Romanam uenit* sibi uelint, inquiramus. Quae, nisi animo praeoccupato ad ea accesserimus, non aliter nos interpretari posse arbitror nisi ita, ut notent homines, quibus omnes propriae ciuitatis partes, i. e. non solum ius de bello paceque decernendi quaeque cum eo coniuncta sunt, sed etiam ius suis ipsorum legibus magistratibus senatu

1) Liu. VIII, 14. 17. 19; XXVI, 33; XXXVIII, 36. Uell. I, 14. Ulpian. fr. I, 1. D. ad municipalem (L, 1). Enn. ann. 174 (Uahl.).

conciliis utendi Romanorum uoluntati imperioque cesserant¹⁾. Ciuitatem sine suffragio Romanam eosdem recepisse definitione ipsa quidem non indicatur, sed ex exemplis adiectis colligi potest. Atque in hanc uerborum explicationem maior quidem pars nominum urbium, quae ad rem illustrandam addita sunt, optime quadrat. Anagninis enim ciuitatem sine suffragii latione datam, concilia conubiaque adempta et magistratibus praeterquam sacrorum curatione interdictum esse Liuius²⁾ affirmat, cum idem de Caeritibus statuere nobis liceat, quoniam Gellius³⁾ et Strabo⁴⁾ uerbis certissimis eos ciues sine suffragio factos esse testificantur neque ullus locus extat, quo propriam rei publicae administrationem eis relictam esse demonstretur⁵⁾. Magna sane uirorum doctorum dissensio est de Aricinorum conditione, quos, quod Liuius⁶⁾ et Uelleius⁷⁾ ciuitatem eos accepisse tradunt non addito, utrum plena an inferior sit intelligenda, alii⁸⁾ ciues cum suffragio, alii⁹⁾ ciues sine suffragio factos esse putant, cum unus Zoeller¹⁰⁾ peregrinorum dediticiorum sortem eis impositam esse contendat, ita ut initio omni iure carent, postremo autem in ciuitatem plenam acciperentur. Si meam de hac re sententiam proferre licet, equidem Aricinis una cum Lanuinis ciuitatem cum suffragio datam eorumque

1) Eodem modo uerba interpretati sunt Maduigijs (opusc. ac. pr. p. 237), Peter (Z. f. A. 1844, p. 207), Mommsenus (Röm. Trib. p. 159), Reinius (Pauly, Realenc. V. p. 215). 2) Liu. IX, 43, 24. 3) Gell. XVI, 13, 7; cf. comment. Cruq. ad Horat. epist. I, 6, 62. 4) Strab. V, p. 220. 5) Mommsenus et Marquardtus, cum quondam (Mommsen, Röm. Trib. p. 159. Marquardt in Beckeri compendio III, 1, 9 n. 20) Caerites propria re publica caruisse statuissent, nunc (Mommsen, Röm. Münzw. p. 333 n. 120. Marquardt, Röm. Staatsverw. I, 29) causa sane non satis graui, ut recte admonet Clason (R. G. I, p. 317 sq. II, 263 sq.), permoti eam integram eis remansisse suspicantur. 6) Liu. VIII, 14, 3. 7) Uell. I, 14, 2. 8) Rubino (Z. f. A. 1844, p. 881. 882), Walter (Geschichte des römischen Rechts I², Bonn 1860, p. 143), Reinius (Pauly, Realenc. V, p. 217), Mommsenus (Römisches Münzwesen p. 333), Langius (Römische Alterth. II², Berlin 1867, p. 61), Uillattius (de propagatione ciuitatis Romanae, Bonnae 1870, p. 18), Clason (R. G. II, p. 267). 9) Maduigijs (op. acad. p. 233), Peter (Z. f. A. 1844. p. 202. 204), Uoigtius (Ius naturale II p. 322 n. 361), Marquardtus (Röm. St. I p. 30 n. 3). 10) Cf. Zoeller, Latium und Rom p. 403.

nomen aut auctoris definitionis aut, id quod probabilius est, Pauli ¹⁾ excerptoris socordia a prima definitionis parte in alteram translatum esse arbitror. Aricinos enim in eundem ordinem atque Lanuinos et Tusculanos receptos fuisse uerisimillimum est, quod et eodem foedere ²⁾ cum Romanis quondam coniuncti fuisse eademque condicione ciues Romani ³⁾ facti esse dicuntur.

Cum hac altera Pauli definitione si iam Seruili contulerimus, quis est, quin intellegat municipum, qui ab eis definiuntur, condicionem in eo quidem congruisse, quod utrique cines sine suffragio qui dicuntur essent, in eo autem discessisse, quod, cum alteri omnes propriae ciuitatis partes amisissent, alteri partes quasdam, quae pertinent ad propriam rerum oppidanarum administrationem, retinerent. Cur Seruilius illius generis, quod apud Paulum secundo loco ponitur, mentionem non fecerit, nisi forte excerptori hoc debetur, ita explicandum est, ut Romanos paucissimis tantum urbibus subactis rem publicam ademisse putemus, quae sententia satis eo commendatur, quod Romanis res oppidanarum multarum urbium, praesertim si procul a Roma aberant, administrare admodum difficile ac molestum fuisse unusquisque uidet.

Quoniam igitur municipes, qui proprie dicuntur, in ciuitatem Romanam receptos, sed, quod eadem quae ciues optimo iure praestare coacti a rei publicae administratione seclusi erant, sorte iniquissima usos esse uidimus, satis patet, quantum errent scriptores, qui perducti opinione ex inferioris aetatis rebus concepta, ciuitatem sine suffragio beneficii loco datam esse putant praedicantque. Quid populi subacti ipsi de hac ciuitate iudicauerint, inde colligi potest, quod interdum uel ciuitas cum suffragio ab eis, quibus erat oblata, repudiata est ⁴⁾. Attamen negari non potest illam uiam subactorum populorum cum Romano coniungendorum fere unam et optimam fuisse ⁵⁾.

1) Eadem socordia usus Paulus excerpens definitionem, quae est apud Fest. s. u. municipes, exempla, quae debentur definitioni Seruili, Galli adiecit, cf. p. 142 cum p. 131 M. 2) Dionys. V, 61. 3) Liu. VIII, 14, 3. 4) Liu. IX, 45, 7. 5) Cf. Lange, Röm. Alterth. II², p. 58 sq. Marquardt, Röm. Staatsverw. I, p. 27.

Quoniam enim Romani peregrinos, quos dicionis suae fecerant, neque ita sibi adiungere poterant, ut eis, quod Latinis et Herenicis quondam concesserant, foedus aequum darent, neque ita, ut ciuitate optimo iure, quam ne Sabinis quidem praebere uoluerant, eos condonarent, prudenter certe fecerunt, quod formam ciuitatis excogitarunt, qua accepta populi subacti res Romanas firmare et corroborare coacti erant, cum paulatim tantum neque nisi cognationibus affinitatibusque cum populo rebusque Romanis satis coaluerant rei publicae administrationis fierent particeps. Cum autem difficile esset singulos subactos in aerariorum tabulas Romae referre, quod temporibus antiquissimis interdum factum esse ueri haud dissimile est, Romanos plerisque populis propriam rem publicam reliquisse optimo iure nobis suspicari licet.

Hoc posito ad res Campanas, quas natura disputationis aliquamdiu deserere coacti eramus, iam redeamus et, quatenus nostra de municipiis sententia eis firmetur, uideamus. Anno, ut supra indicauimus, 414 u. c. Romani cum Campanis ea conditione pacem fecerunt, ut omnes Campani agro ¹⁾ multarentur, populus ciuitatem sine suffragio, equites, quod desciscere noluerant, ciuitatem et uectigal quotannis a populo Campano pendendum acciperent. Quamquam ex eis, quae supra de ciuitate sine suffragio exposuimus et quae de discrimine, quod intercessit inter sortem plebi atque equitibus impositam, Zoellero auctore attulimus, uix fieri potuisse uidetur, ut quisquam dubitaret, quid de duobus illis ciuitatis generibus esset iudicandum, tamen maximam de eis uirorum doctorum dissensionem esse satis notum est. Atque equites ciues Romanos cum suffragio esse factos, ceteros Campanos ciues sine suffragio sibi persuasurunt Wachsmuthius ²⁾ Huschkius ³⁾ Maduigijs ⁴⁾ Langius ⁵⁾ Uillattius ⁶⁾ Clason ⁷⁾; omnes Campanos discrimine inter popu-

1) De agro Falerno Campanis erepto conferas quae adnotat Weissenbornius ad Liu. VIII, 11, 13. 2) Cf. Aelteste Gesch. des röm. St. p. 457. 3) Cf. Servius Tullius, Heidelberg 1838, p. 527. 4) Cf. I. I. p. 241. 5) Cf. Röm. Alterth. II², p. 62. 6) Cf. de propagatione ciuit. Rom. p. 18. 7) Cf. R. G. II, p. 291.

lum et equites sublato ciues sine suffragio dicunt Walter¹⁾ Kienius²⁾ Mommsenus³⁾; equites ciues sine suffragio qui postea appellentur, ceteros peregrinos dediticios factos esse pro certo habet Zoeller⁴⁾.

Opinionem eorum, qui condicionem populi et equitum eandem fuisse putant, minime esse probandam quamuis ex eis, quae supra allata sunt, satis eluceat, tamen cum causae, quibus Mommsenus sententiam suam fulcire studuit, alicuius momenti esse uideantur, paulo accuratius nobis res tractanda erit. Quoniam duplicem in modum, ait u. d^r, de sorte Campanorum tradatur atque ita quidem, ut aliis locis (Liu. VIII, 14; Uell. I, 14) omnibus Campanis, aliis (Liu. VIII, 11; XXIII, 5) equitibus solis ciuitas data, populo autem foedus concessum esse dicatur, aut quae illis aut quae his narrentur, reicienda esse. Utris maior fides sit tribuenda, uix dubitari posse, quod Campani in legione dispositi non nisi Romani appellentur et ratio, ex qua a. 544 u. c. de eis decretum sit (Liu. XXVI, 33. 34), omnes Campanos ciues Romanos fuisse satis certe demonstrat.

Contra hanc Mommseni argumentationem primum dicendum est locum (Liu. XXIII, 5, 9), quo populo Campano foedus datum esse traditur, non ita comparatum esse, ut magnam fidem auctoritatemque habere possit. Reputandum enim est uerba esse Uarronis consulis, qui, ut illum ad auxilium Romanis ferendum incitaret, aptissime sociorum nomine eum appellet, ineptissime municipum nomen usurpaturus fuit. Deinde, id quod rectissime admonet Clason⁵⁾, inde, quod Liuius VIII, 11 equitibus ciuitatem datam esse narrat, minime sequitur populo ciuitatem datam non esse, si modo illa plena, haec inferior intellegitur. Res cum ita se habeat, non est, cur dubitemus, quin alia condicio equitibus, alia populo tributa sit, quae quales sane fuerint, diiudicare non poterimus, nisi quae de utraque traduntur, accuratius examinauerimus.

1) Cf. Gesch. d. röm. Rechts I, p. 141. 2) Cf. Der römische Bundesgenossenkrieg, Leipzig 1845, p. 43. 58. 3) Cf. Röm. Münzw. p. 334, n. 122. 4) Cf. Jahrb. f. Philol. u. Paedag. 1874, p. 715 sq. 5) Cf. R. G. II, p. 291.

Maximi momenti ad condicionem populi Campani iudicandam haud dubie est locus ille, qui extat apud Liuium XXVI, 33, 10: *per senatum agi de Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi non uideo posse*. Liceat mihi priusquam certum quoddam de eo feramus iudicium, paucis uerbis nexum sententiarum indicare. Anno 544 u. c., cum nobiles Campani Romam uenissent atque senatu eis dato ad ciuitatem affinitatesque suas prouocantes libertatem et honorum partem sibi suisque orassent, M. Atilius Regulus eos ita repulit, ut neminem Campanum nisi mulierculas duas, Uestiam Oppiam et Fauculam Cluuiam, poenis eximendum esse diceret, cum omnes eundem erga Romanos praeuissent animum. De Campanis autem, qui ciues Romani essent, quidquam decernere non licere senatui nisi ex plebiscito, quem morem maiores in Satricanis quoque puniendis retinuissent. Deinde cum L. Atilius tribunus plebis ex auctoritate senatus de omnibus Campanis Atellanis Calatinis Sabatinis plebem rogasset eaque quod senatus iuratus maxima pars censeret se uelle iubereque respondisset, senatus primum de Oppia et Cluuiam, tum de ceteris Campanis decreuit atque ita quidem, ut primo loco de singulis familiis, deinde de reliqua multitudine statueretur. Quibus praemissis ad ipsa M. Atilii uerba redeamus. Quae cum haud dubie ad omnes Campanos spectent itaque ciuitatem omnibus datam commendent, a Zoellero uehementer impugnata esse supra commemorauimus; simul autem adnotauimus eum, cum quondam totum locum uel maxime perturbatum itaque fide indignum esse contenderet, nunc quidem omnia recte se habere concedere, sed illud assenerare, ciuitatis nomen de omnium Campanorum condicione abusiue dictum ea de causa hic magna quadam ui urgueri, ut plebs decreti tam seneri, quod senatus esset factururus, particeps fieret et Campani, qui poenam grauissimam luerent, eo digniores uiderentur. Attamen hanc loci explicandi rationem nullo pacto esse probandam patet; nam, quaeso, quomodo fieri potnit, ut hoc loco, qui prorsus diuersus est ab eis, qui extant in orationibus a Liuiio fictis, Campanorum ciuitas magna quadam ui urgueretur, si omnino data non erat? Immo ex

Atilii uerbis et plebiscito et senatusconsulto optime firmatis omnes Campanos ciues Romanos fuisse ac tempore quidem posteriore in publico quoque sermone eo nomine appellatos esse uel certissime elucet. Atque contra hunc locum, quocum concinunt multi alii¹⁾, nihil probare illos, quibus Campani Romanorum socii fuisse dicuntur (cf. p. 79 n.), apparet, cum neque eadem sint auctoritate et Campanorum res militaris nummaria iudiciaria, de quibus infra erit disputandum, eorum condicionem a sociorum quam diuersissimam fuisse, satis aperte demonstrant. Unus locus (cf. p. 79 n.), ex quo peregrinorum dediticiorum sortem Campanis enenisse concludi possit, nullam difficultatem praebet, cum condicio municipum, quoniam erant exclusi a rei publicae administratione, a dediticiorum non tam longe discesserit, ut cum ea commutari nequiret.

Quoniam igitur Campanorum exemplo edocti Seruilium in eo laudandum esse uidimus, quod municipes ciues Romanos appellat, iam inquiramus, num cetera quoque, quae de eorum condicione iudicat, probari possint. Atque primum quidem quod cum auctore definitionis Paulinae conspirans municipes omnium iuris Romani partium praeter ius suffragii et honorum compotes fuisse dicit, qua ex re ius conubii et commercii eis concessum fuisse sequitur, nobis uidendum erit, num populum Campanum ea iura umquam usurpasse demonstrari possit.

Quamquam certis scriptorum testimoniis, quibus id confirmetur, nos carere confitendum est, tamen ex eis, quae de Uitruuio Uacco Fundano traduntur, iura illa Campanis concessa fuisse optimo iure concludi potest. Extant de eo apud Liuium²⁾ haec: *eodem anno Priuernas bellum initum, cuius socii Fundani, dux etiam fuit Fundanus Uitruuius Uaccus, uir non domi solum sed etiam Romae clarus. aedes fuere in Palatio eius, quae Uacci prata diruto aedificio publicatoque solo appellata. Atque altero loco³⁾: aedes eius, quae essent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sango censuerunt consecranda, quodque*

1) Liu. VIII, 14; XXXI, 31. Uell. I, 14. Ualer. Max. II, 7, 15. Enn. ann. 174 (Uahl). 2) Liu. VIII, 19, 4. 3) Liu. VIII, 20, 8.

aeris ex eis redactum est, ex eo aenei orbes facti positi in sacello Sanguis adversus aedem Quirini.

Illas aedes cum Uaccus nisi ex iure commercii Fundanis concessio habere non potuerit, Fundanorum autem condicio eadem fuerit atque populi Campani ¹⁾, huic quoque eodem iure uti licuisse necessitate quadam sequitur. Uerum enimvero cum alii alia contra hoc argumentum protulerint, pluribus uerbis res nobis tractanda erit. Atque Clason ²⁾ quidem ut societatem a Fundanis cum Priuernatibus rebellantibus initam, ita omnia, quae de eorum duce narrantur, ficta esse contendit. Quoniam enim, ait u. d., neque cogitari possit Fundanos ciuitatis uinculo arctissime cum Romanis coniunctos ab eis deficere potuisse et, si defecissent, Romani non tam humane cum eis acturi fuissent, quam e Liuii ³⁾ uerbis concludi deberet, dubitari non posse, quin ei belli consilii plane expertes fuerint totaque narratio agro, cui Uacci pratis nomen erat, debeatur, qui cum aeneis illis orbibus ita coniunctus sit, ut Uitruuius Uaccius ⁴⁾ Fundanus, quod rebellasset, capitis damnatus aedes eius dirutae bona Semoni Sango consecrata esse dicerentur. Quomodo sane Uaccius cum bello Priuernati conexus sit, admodum difficile esse dictu. Attamen cum non ab omni probabilitate abhorreat extitisse quondam gentem Uacciorum Priuernatem, cui cognomen Fundanis esset, fieri potuisse, ut Uitruuius Uaccius, quem contra Romanos rebellasse fama ferret, cuius Fundanus Fundanique ipsi belli socii fuisse putarentur.

Hanc Clasonis sententiam satis speciosam probari nolim, cum neque causas, quas attulit ad societatem Fundanorum e rerum memoria tollendam, satis graues esse neque rationem, ex qua, quomodo narratio orta esset, demonstrare studuit, laudari posse arbitrer. Licet enim totius belli memoria ualde obscurata sit, tamen nihil nos impedit, quin fontem, quem Liuius ipse maiore fide dignum esse censet, secuti Uitru-

1) Liu. VIII, 14, 10: *Campanis equitum honoris causa . . . Fundanisque et Formianis ciuitas sine suffragio data.* 2) Cf. R. G. II, p. 347—349.

3) Liu. VIII, 19, 13. 4) Niebuhrio auctore Clason Uacci nomen gentilis loco accipiens nominatiuum *Uaccius* scribi uolt.

uium Uaccum eiusque partem, cum frustra ceteros Fundanos ad belli societatem adducere conati essent, patria relicta in Priuernatium castra fugisse putemus, ita ut Fundani Plautio consuli contra urbem suam profecto optimo iure respondere possent, non Fundis sed Priuerni hostes populi Romani et quaerendos et persequendos esse. Coniurationem autem, qualis, si Liuium sequimur, nobis statuenda est, in urbe, cui ciuitas sine suffragio data erat, texi potuisse Capnae exemplum satis bene docet. Contra uiam, quam Clason, ut narrationis originem explicaret, ingressus est, id unum proferam, totam eius argumentationem stare non posse, quoad cognomen Fundanorum extitisse atque Uaccios Priuernates fuisse demonstratum non est.

Uerbis non ita multis opus est ad Zoelleri¹⁾ de Fundanis sententiam refutandam, qui illud ius commercii non omnibus Fundanis ex ciuitate sine suffragio concessum, sed nobilibus solis beneficii loco datum fuisse dicit. Nam hac in re Zoellerum errasse patet, cum nobilibus Fundanis eandem sortem atque populo accidisse inde efficiatur, quod Liuius neminem nisi Latinorum Laurentes Campanorumque equites poenae exemptos esse affirmat. Quae cum ita sint, propius ad uerum accedemus, si populo Campano ius commercii concessum fuisse statuerimus, quocum quin ius conubii²⁾ coniunctum fuerit, non est cūr dubitemus, cum definitiones, quae sunt apud Festum et Paulum, municipes omnium iuris Romani partium praeter ius suffragii et honorum compotes fuisse satis aperte demonstrent.

Sequitur, ut populi Campani rem militarem iudiciariam nummariam paulo accuratius inspiciamus et quatenus sententia, quam de eius condicione proposuimus, eis commendetur, ui-

1) Cf. Jahrb. f. Philol. u. Paed. 1874, p. 725, n. 21. 2) Cf. quae de hac re protulit Grauer in dissertatione, quae inscribitur de re municipalis Romanorum particula, Kieliae 1840, p. 14: *Nec mirum est horum (nobilium) potissimum frequentes necessitates et cognationes cum Romanis memoriae proditas esse (Liu. XXIII, 2. 4; XXVI, 33); ceterorum non tanti sunt, ut non potius una cum illis attingantur quam celebrentur.*

deamus. Quamquam quod ad has res recte iudicandas non parui est momenti cognosce, utrum propriam rem publicam Campani retinuerint necne, ante omnia haec quaestio nobis soluenda est. Neque quomodo ea sit soluenda, dubitari potest. Nam Campanis, quod suum magistratum (medicem tuticum¹⁾), suum senatum²⁾, sua concilia³⁾, suos iudices⁴⁾ et aliquamdiu quidem suas ipsorum leges⁵⁾ seruarunt, rerum oppidanarum administrationem satis liberam relictam esse apparet. Itaque in singulas res, quas indicauimus, ipsas inquiramus.

Milites Romam mittere populus Campanus non minus quam socii coactus erat; sed cum horum pedites dispositi in cohortibus, quibus imperabant praefecti, stipendia facerent⁶⁾, illius de ciuium Romanorum more in legione⁷⁾ merebant, cui tribuni militum⁸⁾ praefuisse uidentur. Si iam hac re militiam Campanorum prorsus diversam fuisse a sociorum satis indicatur, id etiam magis ex eo intellegitur, quod compluribus locis a scriptoribus eorum exercitus cum Romanorum exercitu coniuncti sociorum copiis aperte opponuntur⁹⁾ Romanorumque ipsorum nomine induuntur¹⁰⁾. Quod Campanorum pedites non Romanis immixti, sed in legione ab eorum legionibus disiuncta meruerunt, mirum esse nequit, cum ciues sine suffragio tribubus, e quibus ciues optimo iure conscribebantur, ascripti non fuerint. Atque si hoc tenuerimus et illud praeterea reputauerimus, Campanis propriam rem publicam relictam esse, non dubitabimus cum Mommseno¹¹⁾ facere, qui dilectum copiarum Campanarum inter magistratus Romanos et Campanos ita diuisum fuisse opinatur, ut hi ciuium suorum censum agerent nominaque eorum in tabulas referrent, illi ex eis dilectum ipsum haberent.

1) Liu. XXIII, 35, 13; XXVI, 6, 13; cf. XXIII, 7, 8 ubi praetoris nomine appellatur. 2) Liu. IX, 6, 7; XXIII, 6, 4. 10, 1. 35, 3. 35, 11; XXVI, 12, 8. 13, 1. 14. 15. 34. 3) Liu. XXIII, 7, 9. 4) Liu. XXIII, 4, 3. 5) Liu. XXIII, 5, 9; cf. IX, 20, 5. 6) Cf. Marquardt, Röm. Staatsverw. II, Leipzig 1876, p. 384 sq. 7) Liu. epit. 12. 15; XXVIII, 28. Front. strateg. IV, 1, 38; cf. Fest. s. u. municeps. 8) Liu. XXVIII, 28. 9) Liu. X, 26, 14. Polyb. II, 24, 14. 10) Polyb. I, 6, 7. 8. 11) Cf. Mommsen, Röm. Münzw. p. 340.

Transeamus iam ad rem iudiciariam et uideamus, quomodo Romani post annum 414 u. c. ius inter Campanos dici uoluerint. Cum in omnia municipia atque colonias statim ab initio praefecti iuri dicundo a Romanis missi esse videantur ¹⁾, Capuam anno demum 436 u. c. eos recepisse Liuius ²⁾ auctor est. Attamen quatenus eius uerbis fides habenda sit et quales fuerint praefecti illo anno Capuam missi, uel maxime dubitatur. Primum enim idem auctor eorum, quae l. l. narrauit, rationem non habens a. 543 u. c. senatum Romanum, ut quotannis praefectus ad iura reddenda Capuam mitteretur, decreuisse dicit ³⁾, quae res Uellei Paterculi ⁴⁾ comprobatur testimonio, qui eodem tempore Capuam in praefecturae formam redactam esse proficitur. Deinde per omne tempus, quod intra annum 436 et 543 u. c. interiacet, praefecti Romani nullo usquam uerbo mentio fit, cum Campanos iudices inter populares suos ius dixisse memoriae tradatur ⁵⁾. Denique, id quod a Mommseno imprimis arguetur, in lege tabulae Bantinae ⁶⁾ Gracchorum aetate rogata, ubi alii populi Romani magistratus minores recensentur, nullum praefecti Capuam extat uestigium, cum uerbum creandi priore illo loco a Liuiio usurpatum praefectos a. 436 u. c. Capuam missos comitiis tributis a populo Romano factos esse ut putemus, suadeat.

Quae cum ita sint, alios alias de hac re sententias protulisse non est mirum. Atque Grauer ⁷⁾ quidem priorem Niebuhrii ⁸⁾ sententiam secutus Campanis a. 436 u. c. non praefectum, qualis populis subactis imponi solitus sit, sed aesymnetam quandam a Romanis datum esse opinatur, qui, cum res

1) Cf. quae de hac re exposuerunt C. T. Zumptius in academ. Berolin. comment. hist.-philol. a. 1839, p. 119; Peter in Bergkii et Caesaris act. phil. 1844, p. 209; Marquardtus l. l. I, p. 42 sq.; aliter iudicauit Rubino in Bergkii et Caesaris act. phil. a. 1844, p. 884. 2) Liu. IX, 20, 5: *eodem anno primum praefecti Capuam creari coepti legibus ab L. Frion praetore datis, cum utrumque ipsi pro remedio aegris rebus discordia intestina petissent.* 3) Liu. XXVI, 16, 10: *praefectum ad iura reddenda ab Roma quotannis missuros.* 4) Uell. II, 44, 4. 5) Liu. XXIII, 4, 3. 6) Cf. C. I. L. I, p. 45. 47. 7) Cf. de re municip. Romanorum particula p. 17. 8) Cf. R. G. III¹, Berlin 1832, p. 333 sq.

Campanas discordiis ciuilibus ualde perturbatas ordinasset legesque scripsisset, Romam regressus sit; quam ad sententiam commendandam Halaesinorum exemplum affert, quos, cum inter se de senatu cooptando controuersias haberent ideoque certas quasdam leges a Romanis petissent, Appium Claudium aesymnetae loco accepisse Cicero ¹⁾ testis sit. Ab eadem parte stant Rubino ²⁾ Reinius ³⁾ Zoeller ⁴⁾, nisi quod hic non unum uirum sed complures simul Capuam missos esse arbitratur.

Aliter iudicauerunt Maduigijs ⁵⁾ Kienius ⁶⁾ Langius ⁷⁾ Mommsenus ⁸⁾ Marquardtus ⁹⁾ Clason ¹⁰⁾, qui in eo quidem inter se consentiunt, quod a. 436 u. c. Capuam praefecturam factam esse censent, sed de tempore, quo praefecti a populo Romano creati coepti sint, ualde discrepant. Mommsenus enim, quem sequuntur Marquardtus et Clason, ex eo, quod in lege tabulae Bantinae praefecti Campani nulla fiat mentio, eum, cum lex rogaretur, nondum a populo creatum sed a praetore urbano dictum esse concludit, cum Kienius et Langius statim ab initio magistratum eum a populo creatum fuisse pro certo habeant.

Videamus, quid singulas sententias commendet quidque eis repugnet, ut quae praeter ceteras probanda sit, diiudicare possimus.

Cum uerba *eodem anno primum praefecti Capuam creati coepti* cet. ex fonte admodum uetusto hausta neque ullo uerbo aut addito aut dempto a Liuijs seruata esse uideantur, optimum erit, si primum nihil nisi uerba ipsa spectantes quam accuratissime ea interpretari conabimur. Et quoniam Liuijs dicit *Capuam* neque aliam praeterea urbem Campanam addit, numerus pluralis *praefecti*, ut recte admonet Weissenbornius, ita in-

1) Cic. in Uerr. II, 49, 122. 2) Cf. Z. f. A. 1844, p. 981. 3) Cf. Rein, de Roman. municipiis p. 16; Pauly, Realencycl. VI, p. 8. 4) Cf. Jahrb. f. Phil. u. Paed. 1874, p. 728 sq. 5) Cf. Maduig. l. l. p. 242. 6) Cf. Kiene, Der röm. Bundesgenossenkrieg p. 56 sq. 7) Cf. Lange, Röm. Alterth. I², p. 907 sq. 8) Cf. quae protulit Mommsenus in corpore inscr. Lat. I, p. 47 et in hist. Rom. I⁶, p. 422. 9) Cf. Marquardt, Röm. Staatsverw. I, p. 41, not. 7. 10) Cf. Clason, R. G. II, p. 292 sq.

telleendus est, ut aut significet complures praefectos eodem tempore Capuam missos esse, aut eos, qui singuli deinceps quotannis eo mittebantur, comprehendat. Atqui cum uix cogitari possit complures simul Capuae praefuisse, quoniam certo quodam tempore decem urbibus Campanis a Festo ¹⁾ s. u. praefecturae nominatis quattuor suffecerunt, posterior interpretatio praefenda esse uidetur. Uerum enimvero quominus ita statuamus, uerbum *creare* obstat. Quod enim cum plerumque de magistratibus comitiis sollemnibus a populo factis usurpetur atque Festi locus ex praefectorum iuri dicundo numero quattuoruiros Capuam Cumas solos populi suffragio creatos esse doceat, sequitur neque de praefectis, qui singuli quotannis missi sint neque de praefectis a praetore dictis, sed de quattuoruiris ²⁾ a populo creatis cogitandum esse, quorum imperio tum si minus omnes ³⁾, tamen pleraeque ex decem illis urbibus Campanis subiunctae esse uidentur.

Sed explicatis Liuii uerbis iam quae contra hanc explicandi rationem prolata sunt, accuratius inspiciamus. Quod Mommsenus dicit legem tabulae Bantinae prohibere nos, quominus concedamus praefectos illos iam a. 436 u. c. magistratus populi Romani fuisse, uir doctus, id quod rectissime admonet Langius ⁴⁾, neglexit causam omnino non fuisse, cur quattuoruirorum, quorum prouincia fuerunt decem urbes Campanae, in illa lege mentio fieret. Deinde quod Liuius XXVI, 16 de praefectis Capuam mittendis quasi de noua quadam re tradit, ne id quidem nos permouere posse arbitror, ut de fide eorum, quae ab eodem auctore IX, 20 adnotantur, dubitemus. Quoniam enim Campanorum defectione Capuae urbis condicio prorsus est mutata, quid mirum est, quod Liuius de praefectis, quos senatus iterum

1) Fest. p. 233 M.; cf. Cass. Dion. 54, 26. 2) Eisdem magistratus et praefectorum et quattuoruirorum nomine appellatos esse indicant tituli, qui inueniuntur in corp. inscr. Lat. I, p. 186 et in inscr. Lat. select. collectione curata ab Orellio et Henzeno n. 6463. 3) Uolturnum enim et Liternum multo post hoc tempus praefecturas factas esse satis constat. cf. Liu. XXV, 20; XXXII, 29; XXXIV, 45. 4) Cf. Lange, Röm. Alterth. I², p. 903.

in deditionem acceptis mittere decreuit, ita tradit, ut tum primum missi uideantur, praesertim cum administratione rerum domesticarum Campanis adempta praefectorum prouinciam non eandem mansisse sed maiorem factam esse uerisimile sit? Denique quod Zoeller sententiam, quam sequimur, eo imprimis refutari dicit, quod praefecti Capuam intra annum 436 et 538 uel potius 560 u. c. uestigium non reperiatur, unum contra monuerim. Quid enim, quaeso, praefectis illis socium, quos Liuius ¹⁾ a. 538 u. c. a Campanis necatos esse affirmat, faciamus? Liuium uel eius auctorem hoc loco in errorem incidisse recte animaduertit Mommsenus ²⁾, cum Romanos Capuae urbis tam potentis custodiam sociis tribuisse nimis ab omni probabilitate abhorreat. Quaeritur igitur, quales praefecti illi fuerint. Atque Mommsenus quidem quod de praefecto iuri dicundo esset dicendum, per errorem ad praefectos socium translatum esse suspicatur, cum Weissenbornius ³⁾ eodem iure de praefecto praesidii Romani crudeliter a Campanis deficientibus caesi ⁴⁾ cogitari iubeat. Sed fortasse quispiam dixerit, quomodo sine hanc siue illam opinionem probamus, fieri potuit, ut Liuius uel eius auctor de praefectis diceret, cum unum tantum utriusque generis Capuae locum habuisse uerisimile sit? Et recte. Nam siue Mommseni siue Weissenbornii explicandi rationem secuti erimus, magnam praebabit difficultatem numerus pluralis. Itaque mihi corruptela ita orta esse uidetur, ut ad scripturam genuinam *praefectos* homo aliquis, qui hunc locum legit aut descripsit, accuratiorem definitionem desiderans genetium *socium* de suo adderet, cum putaret agi hoc loco de ducibus Romanis, qui copiis Campanorum saepissime sociorum nomine indutorum ⁵⁾ praecessent. Atque si quaeritur, quinam fuerint illi praefecti non accuratius definiti, praefectos iuri dicundo et praefectum praesidii Romani ⁶⁾ intellegendos esse puto, quam in sententiam optime quadrant quae sequuntur *ciuisque Romanos alios partim aliquo*

1) Liu. XXIII, 7, 3. 2) Cf. Mommsen, Röm. Münzw. p. 340, n. 140.

3) Cf. quae Weissenbornius adnotat ad Liu. XXIII, 7, 3. 4) Liu. XXVI, 13, 5. 5) Cf. supra p. 79 n. 6) De *praefecto praesidii* cf. quae extant apud Liu. XXI, 48, 9.

*militiae munere occupatos partim priuatis negotiis implicitos, cum utriusque generis praefecti nisi ex ciuibus Romanis sumpti non sint. Atque haec si recte disputata sunt, et quomodo corruptela oriri potuerit, intellegitur et sententia eorum, qui iam inde ab anno 436 u. c. praefectos Capuam missos esse dicunt, affirmatur, ad quam eo libentius accedo, quod contra Graueri et eorum, qui eum sequuntur, opinionem et nomen praefecti uix umquam de aesymneta usurpatum et uerba *creari coepti* faciunt, quae ita dici nequibant, nisi auctor totam seriem praefectorum quottannis Capuam missorum in mente habuisset.*

Hac quaestione soluta restat, ut quae munera praefectis iuri dicundo fuerint suscipienda, inuestigare studeamus.

Si Festi locum solum inspexerimus, quin omnes iurisdictionis partes eis suscipiendae fuerint, non dubitabimus. Attamen hanc sententiam reiciendam esse docent quae leguntur apud Liu. XXIII, 4, 2 sq.: *hinc senatores omissa dignitatis libertatisque memoria plebem adulari: salutare benigne inuitare apparatis accipere epulis, eas causas suscipere ei semper parti aulesse secundum eam litem iudices dare, quae magis popularis aptiorque in uolguis fauori conciliando esset*; quibus e uerbis Campanos magistratus iurisdictionis partes quasdam retinuisse satis aperte elucet. Quales sane eae fuerint, ualde dubitatur. Mommsenus ¹⁾ quidem, ut ab eo incipiamus, iurisdictionem inter praefectum Romanum atque iudices Campanos ita diuisam fuisse arbitratur, ut his inter plebem, illi inter nobiles ius dicendum esset, quam sententiam commendari putat uerbis Ualerii Maximi ²⁾, qui senatum, i. e. nobiles Campanos, diuerso a populo foro usos esse tradit. Aliter iudicat Clason ³⁾, qui a modo atque ratione, ex qua Caesarum tempore ius in municipiis dicebatur ⁴⁾, proficiscens iurisdictionem celsiorem praefecti Romani, humiliorem summi Campanorum magistratus fuisse sibi persuasit. Utramque sententiam per se spectatam admodum pro-

1) Cf. Mommsen, Röm. Münzw. p. 340, n. 141. 2) Ualer. Max. IX, 5, extr. 4. 3) Cf. Clason, R. G. II, p. 293. 4) Cf. Rudorff, Röm. Rechtsgeschichte II, Leipzig 1859, p. 16 sq. Bethmann-Hollweg, Der röm. Civilprozess II, Bonn 1865, p. 68 sq. 90 sq.

babilem esse nemo erit qui neget; sed quaeritur, utra Liuii uerbis magis commendetur. Subiectum quod dicitur, infinitiuorum arctiore uinculo inter se coniuictorum *suscipere adesse dare* intellegendum esse *senatores* sc. *Campanos* patet; dubitari potest, utrum obiectum infinitiui *dare* sit *litem* an *iudices*, cum neque *iudices dare secundum aliquem* neque *litem dare secundum aliquem* ab linguae Latinae indole abhorreat ¹⁾. Atque Weissenbornius Gronouio et Drakenborchio auctoribus comparans quae sunt apud Gellium V, 10, 10, uerba *litem dare* arctius inter se coniungenda esse censet, ita ut ad pronominis formam *eam* nomen substantiuum *partem* animo supplendum et *iudices* sensu, quo dicitur *si iudicis munere eis fungendum erat* accipiendum sit, cum alii Crenierum secuti uerba *iudices dare* inter se coniungi malint. Si meam de hac re sententiam proferre licet, potius cum eis, quos extremo loco laudauimus, quam cum illis faciendum esse puto, quorum loci explicandi ratione probata non solum collocatio uerborum minus elegans statuenda est, sed etiam concinnitas orationis, quam hoc loco quaesitam esse apparet ²⁾, prorsus deletur. Atque haec si recte disputata sunt neque ars rhetorica a Liuiio pluris aestimata est quam ueritas, quod quin statuendum sit mihi quidem suspicio non abest, sequitur, quoniam *iudices dare* est pars iurisdictionis celsioris, plenam iurisdictionem magistratus Campanos retinuisse; hoc autem statui non potest, nisi cum Mommseno eam inter magistratus Campanos atque praefectum Romanum ita diuisam fuisse statuimus, ut huic inter nobiles aut si quis nobilis *litem* habuit cum homine plebeio, illis inter plebem ius dicendum esset.

Tertio denique loco, ut erat propositum, nobis disserendum est de populi Campani re nummaria.

1) Cf. quae leguntur apud Cic. in Uerr. II, 18, 44: *deinde tu cur post illius fugam iudices alios sortitus es, si eos, qui erant antea dati, utriusque dederas uoluntate?* et quae sunt apud Gell. V, 10, 10: *si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur; sin uero secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu uiceris.*
 2) Tribus enim deinceps locis pronomini *is* nomen quoddam substantiuum additur.

Quamquam qui sua civitate priuati alienam accipere coacti erant, ius nummorum faciendorum, quod est pars propriae civitatis, amiserant, Campani post deditionem illud ius si minus integrum tamen minutum retinebant, quod quomodo fieri potuerit, non intellegemus, nisi administrationem rerum domesticarum satis liberam eis concessam fuisse meminerimus, qua condonatis¹⁾ quod illud ius angustioribus finibus circumscriptum relictum est, haud ita mirabimur. Neque tamen id omnibus temporibus Campanis idem erat²⁾. Nam cum primum eis liceret prorsus de suo more atque consuetudine nummos facere, nisi quod nomen Romanorum Romanis plerumque³⁾ litteris exaratum eis inscribendum erat, postea res ita mutata est, ut nummorum aureorum argenteorumque pondus Romanorum cederet, quocum cohaerere videtur, quod eisdem inde ab hoc tempore non iam forma genetiui pluralis ROMANO Campanis usitata sed nominatiui singularis ROMA Latinorum propria incidebatur, nummis autem cuprinis ceteroquin non mutatis primum eadem, quae aureis argenteisque, deinde autem nomen Capuae oscis litteris expressum (Kapu) inscriberetur. Cuius rei admodum mirae causam Mommsenus⁴⁾ in eo positam esse existimat, quod Romani, posteaquam ut nummos cuprinos ciues Romani et acciperent et redderent, aliquamdiu permisissent, anno fortasse 436 u. c., quo primum praefecti Romani Capuam mitti coepti sint, ut nemo nisi Campani ipsi eis uterentur, decreuerint. Tempore denique, quod antecessit ipsi illi funesto anno 544 u. c., quo Campanis ut omnia iura ita nummorum faciendorum ius ademptum est, nummi aurei argentei cuprini ab eis formabantur, qui a prioris aetatis non discesserunt, nisi quod aurei inscriptione prorsus caruerunt et cuprinorum systema assium Romanorum systemati cesserat.

Ut igitur iurisconsultorum definitionibus multisque scripto-

1) Praeter Campanos Atellanis Calatinis Uelechanis municipibus ut nummos facerent permissum erat; cf. Mommsen, Röm. Münzw. p. 335, n. 123.

2) Cf. quae de hac re exposuit Mommsenus l. l. p. 212 sq. et 340 sq.

3) In nummis cuprinis solis inueniuntur litterae *ISMALISN*, cf. Mommsen l. l. p. 212.

4) Cf. Mommsen l. l. p. 214.

rum locis multitudinem Campanorum ciues Romanos¹⁾ infimo sane loco factos esse uel certissime demonstrari uidimus, ita res nummaria et iudiciaria quidem eos non repente sed sensim ac paulatim in condicionem admodum iniquam et molestam a Romanis redactos esse docent, qua in re non tam praecleara quaedam eorum humanitas summis interdum laudibus a scriptoribus elata, quam maxima sapientia spectatur, ex qua potius indulgentia quam ui utentes populos deuictos imprimis potentes superbosque, ut erat Campanorum, dicionis suae fecerunt.

Populi Campani condicione in omnes fere partes adumbrata iam quid discriminis inter eius atque equitum sortem intercesserit, nobis erit inquirendum. Multo enim aequiorem his quam illi euenisse supra demonstratum est. Et quoniam populum condicionem municipum, i. e. ciuium sine suffragio qui postea appellantur, subire coactum esse uidimus, quid magis consentaneum est quam equites ciuitate optimo iure tum condonatos esse nos putare? Ex eo, quod per naturam rerum fieri non potuit, ut statim ab initio ei omnes omnibus ciuitatis partibus uterentur, minime sequitur eis non omnes fuisse concessas, praesertim cum non pauca sint, quae plenam ciuitatem honoris causa eis datam esse ut putemus suadeant. Quod enim Liuius²⁾ ad retinendam memoriam ciuitatis equitibus datae aeneam tabulam in aede Castoris Romae fixam esse narrat, optimo iure Rubino³⁾, quoniam Castor et Pollux tutela praesidiumque equitum Romanorum putabantur⁴⁾, utriusque populi nobiles inde ab hoc tempore arctissime inter se coniunctos fuisse tabula illa indicatum esse suspicatur. Deinde, id quod etiam maioris momenti esse uidetur, equites Campani non de populi more in legionibus, sed de equitum Romanorum exemplo

1) Monendum est Liuium, ubi dicit de ciuibus Campanis (XXIII, 7. 46; XXVI, 12. 16; XXVIII, 46), non ad condicionem a. 414 u. c. eis impositam, sed ad illam prorsus liberam spectare, qua cum Hannibalis partes suscepissent, utebantur. 2) Liu. VIII, 11, 16. 3) Cf. Z. f. A. 1844, p. 973. 4) Cf. Preller, Römische Mythologie, Berlin 1865, p. 658 sq.

in alis dispositi ¹⁾ stipendia fecerunt, quocum optime congruit, quod plebs in singulos eorum denarios nummos quadringenos quinquagenos quotannis pendere a Romanis iussa esse dicitur ²⁾, quod uectigal aptissime a Rubinone ³⁾ cum Romanorum aere equestri et hordeario collatum, iniuria a Mommseno ⁴⁾ ea de causa in suspicionem uocatum est, quod tempore, de quo agimus, Campanorum nummus quadrigatus denario Romano nondum aequatus esset ⁵⁾. Quid enim ut hanc difficultatem remoueamus, obstat, quominus genuinam scripturam aut *nummos* ⁶⁾ sc. quadrigatos fuisse arbitremur, ad quod annalium scriptor inferioris aetatis *denarios* de suo adderet, aut *nummos quadrigatos* ⁷⁾, quae uerba, quoniam tempore posteriore quadrigati pretium in denarii redactum est, nescio cuius stilo in *nummos denarios* mutarentur? Atque siue hoc siue illo modo uocem *denarios* in textum irrepsisse putamus, non esse uideo, cur de re ipsa dubitemus, praesertim cum Romani eo uectigali compensare uoluisse uideantur agrorum iacturam, qua equites, quamquam in fide remanserant, una cum populo afflicti sunt. Quod Weissenbornius ⁸⁾ uerba Liuii altero loco ⁹⁾ mille et sescentos, altero ¹⁰⁾ quattuor milia equitum Campanorum fuisse asseuerantis ita inter se conciliare studet, ut duas classes discernendas esse dicat, quarum altera respondeat duodeuiginti centuriis equitum Romanorum, qui equo publico, altera eis, qui a medio fere saeculo quarto u. c. equo priuato stipendia Romae fecerunt, ei astipulari nequeo, quod locum, quo triginta milia peditum quattuor equitum ex Campania conscribi posse dicuntur, non ad Capuam urbem solam, sed ad alias praeterea urbes Campanas arctius cum illa coniunctas spectare mihi quidem persuasum est.

Atque ut extremo loco quid de populi quid de equitum

1) Liu. X, 29. 2) Liu. VIII, 11, 16. 3) Cf. Z. f. A. 1844, p. 973 n.
 4) Cf. Mommsen, Röm. Münzw. p. 344, n. 150. p. 334, n. 122. 5) Nummum quadrigatorum quattuor pretium fuit sex denarium, cf. Mommsen. l. l. p. 343 sq. 6) Cf. quae Weissenbornius adnotat ad Liu. VIII, 11, 16.
 7) Cf. Clason, R. G. II, p. 295. 8) Cf. quae adnotat ad Liu. XXIII, 5, 15. 9) Liu. VIII, 11, 16. 10) Liu. XXIII, 5, 15.

condicione sit iudicandum, paucis uerbis comprehendamus, satis probasse nobis uidetur populo ciuium sine suffragio, equitibus ciuium cum suffragio sortem euenisse. Quod his ius suffragii atque honorum initio quidem usurpare per naturam rerum non licebat, nos permouere non potest, ut condicionem utrorumque eandem fuisse putemus, quoniam equites, praeterquam quod in patria sorte multo meliore gaudebant, haud ita difficulter, ut erant et opibus et auctoritate satis adiuti, agrum priuatum itaque locum in tribubus adepti sunt, cum ceteri, etiamsi ex iure commercii eis concesso ciuium Romanorum agrum sibi comparassent, ex eis exclusi essent, nisi forte huic uel illi, ut de Latinorum quorundam exemplo ¹⁾ in eos ascisceretur, contigit.

1) Cf. Liu. XXXIX, 3; XLI, 8; cf. XXIII, 22.

‘Ο ἌΕΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΣ.

(C. I. A. I, n. 61.)

In dem Volksbeschlusse des Diognetos vom J. 409/8 v. Chr. G. hatte Ulrich Köhler im Hermes Bd. 2, S. 31 die im Wortlaut des daselbst reproducirten Drakontischen Gesetzes Z. 11 enthaltene Lücke ergänzt: *διμάζειν δὲ τοὺς βασιλέας αἰτιῶ[ν] φό[νον] ἢ [βουλευσεως τὸν αἰεὶ βασι]λεύσαντα*. Auf diese Ergänzung gestützt hatte Philippi im Rhein. Mus. Bd. 29, S. 8 sowohl die *βασιλέας* des Solonischen Epitimiegesetzes (Plut. Solon 19) als auch die *βασιλέας* des Drakontischen Gesetzes auf die den Amtstitel *βασιλεύς* führenden Archonten bezogen, während andere Gelehrte bei dem Solonischen Gesetze früher an die *φυλοβασιλεις* gedacht hatten.

Die Köhlersche Ergänzung nahm Kirchhoff im C. I. A. Bd. 1, n. 61, S. 37, gleichfalls die König-Archonten verstehend, mit der Modification an, dass er schrieb: *ἢ [βουλευσεως τοὺς αἰεὶ βασι]λεύοντας* und dazu bemerkte: *εἴσαντα lapicidae errore scriptum videtur pro εοντας*. E. Curtius aber, der der Ansicht war, dass durch den Plural *βασιλέας* nicht die Mehrheit der aufeinander folgenden Einzelkönige bezeichnet werden könne, machte in seinem Aufsätze über den Uebergang des Königthums in die Republik bei den Athenern (Monatsber. der Berl. Akad. 1873, S. 287) gegen die Richtigkeit der Köhlerschen Ergänzung und die Beziehung des *βασιλέας* auf die König-Archonten das Bedenken geltend, „dass wir gezwungen sein würden, einen Schreibfehler *βασιλεύσαντα* für *βασιλευοντα* anzunehmen“. Beide Gelehrten waren also offenbar der Meinung, dass es grammatisch unzulässig sei, *ὁ αἰεὶ* mit dem Participium des Aorist zu verbinden.

Derselben Meinung wie Curtius war Sauppe in den *Symbolae ad emendandos oratores Atticos* (Ind. lect. Gott. 1873/74) S. 7: *Atque Koehlerus archontes atticos intellegendos esse existimat, qui reges nominabantur, sed id ut fieri posse negem, pluralis numerus facit, qui apud Andocidem pariter et Plutarchum atque in titulo exstat: annum enim archontem non posse nisi singulari numero dici certissimum est. Ac cum hanc ob rem stare non possint, quae supplevit: [βουλευσεως τὸν ἀεὶ βασι]λεύσαντα, accedit aliud quod fieri nequeat. Dicendum enim erat τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα. Sed de βουλευσει rectissime eum cogitasse puto ac fortasse in Dracontis lege denuo descripta haec legebantur: δικάζειν δὲ τοὺς βασιλέας αἰτιῶν φόνου ἢ [ἐάν τις αἰτιᾶται τὸν βου]λεύσαντα. Dem stimmte vollständig zu Wachsmuth, die Stadt Athen, Bd. 1, S. 469, indem er sagte: „unmöglich kann dieser Plural von dem einzelnen Archon Basileus gebraucht werden, er muss vielmehr nothwendig von einer Mehrzahl gleichzeitig fungirender Könige gesagt sein“, und in der Anmerkung hinzufügte: „Kirchhoff hat offenbar in der richtigen Einsicht, dass das aoristische Participium in dieser Verbindung unmöglich sei, vorgeschlagen ἢ [βουλευσεως τοὺς ἀεὶ βασι]λεύοντας, sieht sich aber dabei genöthigt ein nicht unbedeutendes Versehen des Steinmetzen (EYCANTA für EYONTAC) anzunehmen“.*

Ohne die Aeusserungen von Sauppe und Wachsmuth zu kennen*) wies ich in meiner Abhandlung: die Epheten und der Areopag vor Solon (Leipzig 1874) S. 42 f. (= Abh. d. kön. sächs. Ges. d. Wiss. Bd. VII. Leipzig 1879. S. 228 f.) Köhlers Ergänzung und Philippis Auffassung vertheidigend nach: erstens, dass der Plural βασιλέας sehr wohl von der Mehrheit der suc-

*) Saupes Programm, das allerdings schon Ende Sommers 1873 erschienen ist, las ich erst im Februar 1874, als meine Abhandlung fertig gedruckt war, Wachsmuths Buch erschien nach meiner Abhandlung. — Eine der Sauppe'schen Ergänzung verwandte Ergänzung hatte ich a. a. O. S. 43 (229), A. 81 versucht: ἐ[νέχεσθαι δὲ τὸν φόνον βου]λεύσαντα, aber mit Gründen verworfen.

cessive sich im Amte ablösenden ἄρχοντες βασιλεῖς gesagt werden könne*), indem jedes Missverständniss eben durch die Apposition τὸν αἰεὶ βασιλεύσαντα beseitigt sei, durch welche Drakon zu erkennen gegeben habe „dass er den jeweilig in die Functionen des Königs für ein Jahr Eingetretenen meine“; zweitens aber, dass die Verbindung von ὁ αἰεὶ mit dem Participium des Aorist grammatisch sehr wohl zulässig sei, indem ich den Gebrauch mit zwei Beispielen belegte: Herod. 6, 58 φάμενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογεγόμενον τῶν βασιλέων, τοῦτον δὲ γενέσθαι ἄριστον. Xenoph. Hell. 2, 4, 8 ἐξέτασιν τε ποιήσαντες ἐν τοῖς ἱππέεσι, φάσκοντες εἰδέναι βούλεσθαι, πόσοι εἴεν καὶ πόσης φυλακῆς προσδεήσονται, ἐκέλευον ἀπογράφεσθαι πάντας· τὸν δ' ἀπογραψάμενον αἰεὶ διὰ τῆς πυλίδος ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐξίεναι.

Mit dieser meiner Widerlegung der Bedenken von Kirchoff und E. Curtius erklärte sich Philippi, der Areopag und die Epheten (Berlin 1874), S. 238 f. vollkommen einverstanden. Ob auch Sauppe und Wachsmuth, welche unter den Königen wiederum die φυλοβασιλεῖς verstanden wissen wollten, dadurch überzeugt worden sind, weiss ich nicht.

Rücksichtlich des einen Punctes, dass nämlich unter den βασιλεῖς des Solonischen und Drakontischen Gesetzes trotz des Plurals die König-Archonten zu verstehen seien, haben mir zugestimmt sowohl R. Schöll in der Anzeige der neuesten Areopagliteratur (Jen. Literaturzeitung 1874, Art. 703), S. 11 f. des Separatabzugs, — was um so höher anzuschlagen ist, als derselbe früher unter den βασιλεῖς des Solonischen Gesetzes die φυλοβασιλεῖς verstanden hatte, — als auch mein College Lipsius in dem Jahresberichte über die griechischen Alterthümer

*) Abgesehen von den dort angeführten Beispielen des Gebrauchs von οἱ ἀντιβασιλεῖς (Dion. Hal. 9, 69), οἱ μεσοβασιλεῖς (Dion. Hal. 5, 72 u. oft. Dio Cass. 40, 45) führe ich jetzt noch an die allerdings nicht ganz beweisenden Stellen: Paus. 1, 3, 2 καὶ τοῖς ἀπὸ Μελάνθου βασιλεύσαντας ἐς Κλειδικὸν τὸν Αἰσιμίδην ἂν ἀπεριθρησάμην und Cicero in Verr. 5, 12, 29 cum vero aestas summa esse coeperat, quod tempus omnes Siciliae semper praefectores in itineribus consumere consueverunt.

(Bursians Jahresber. Jahrg. 1. 1873. S. 1350). Der letztere fügte zur Stütze dieser Ansicht noch die in der That werthvolle Thatsache an, dass wenige Jahre vor dem Volksbeschluss von 409/8 die Hegemonie des ἄρχων βασιλεύς in einem über βούλευσις ἀκουσίου φόρου richtenden Ephetengerichte durch Antiphons Rede περὶ τοῦ χορευτοῦ zweifellos constatirt sei. Damit dürfte dieser Punct zu Gunsten meiner Auffassung definitiv entschieden sein.

Anders aber urtheilen beide Gelehrte rückichtlich des zweiten Punctes.

Lipsius a. a. O. S. 1351 gesteht zwar zu, es sei unerwiesen und unerweislich, dass der Aorist βασιλεύσαντα in dem von mir begründeten Sinn, „der jedesmal König geworden“, sprachlich unmöglich sei; aber er meint, man habe an dem Aorist mit Recht Anstoss genommen, denn „der officielle Sprachgebrauch der Athener scheint in solchen Verbindungen nur das Präsens zu kennen: ἡ βουλή ἢ αἰὲ βουλευούσα, οἱ πρυτάνεις οἱ αἰὲ πρυτανεύοντες, οἱ πύλαγοροι οἱ αἰὲ πύλαγοῦντες, so auch τὸν βασιλέα τὸν αἰὲ βασιλεύοντα in der ganz analogen Gesetzesstelle bei Athen. VI. p. 235 A.“ Darum, meint er, werde es das Gerathenste sein, mit Curtius S. 287 ein Versehen des Steinmetzen für βασιλεύοντα anzunehmen.

Hiergegen habe ich einzuwenden, dass aus dem späteren officiellen Sprachgebrauche nicht mit Sicherheit auf den officiellen Sprachgebrauch der um Jahrhunderte früheren Drakontischen Zeit geschlossen werden kann, und dass die von Athen. VI. p. 235 A überlieferte Gesetzesstelle keineswegs „ganz analog“ ist. Denn es heisst bei Athen. a. a. O. καὶ Θεμισῶν δ' ἐν Παλληνίδι „ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα τὸν αἰὲ βασιλεύοντα καὶ τοὺς παρασίτους οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων προαιρῶνται καὶ τοὺς γέροντας καὶ τὰς γυναῖκας τὰς πρωτόσεις.“ Gewiss ist das ein relativ altes Gesetz; aber doch, wie die Beziehung zu dem δῆμος Παλλήνη und zu den δῆμοι überhaupt zeigt, entschieden nachkleisthenisch, also mindestens um drei bis vier Generationen jünger als das Drakontische Gesetz. Dann aber heisst es in dem Gesetze: τὸν βασιλέα τὸν

ἀεὶ βασιλεύοντα, nicht wie in dem Drakontischen Gesetze entgegen der inschriftlichen Ueberlieferung vermuthet wird: *τοὺς βασιλέας τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα*. Ich gebe gern zu, dass diese von E. Curtius und Lipsius postulierte Ausdrucksweise an sich möglich ist; denn die eben wegen des undeutlichen Plurals *τοὺς βασιλέας* nothwendige Erläuterung konnte ebenso wohl durch eine Apposition gegeben werden, die „den jedesmal im Amte Seienden“, wie durch eine Apposition, die „den jedesmal ins Amt Eingetretenen“ bezeichneter*). Aber wenn mein verehrter College zugiebt, dass der Plural *τοὺς βασιλέας* von den successive einander ablösenden *ἄρχοντες βασιλεῖς* verstanden werden muss, wenn er weiter zugiebt, dass das Participium des Aorist bei *ὁ ἀεὶ* grammatisch keineswegs unmöglich ist, wenn er endlich zugiebt, dass die Apposition ein Participium des Verbums *βασιλεύειν* enthielt: so ist er m. E. auch zu der Consequenz gezwungen, dass es methodisch richtiger ist, das inschriftlich überlieferte *λεύσαντα* festzuhalten und zur Ergänzung *βασιλεύσαντα* zu benutzen, als es, um *βασιλεύοντα* zu gewinnen, für einen Fehler des Steinmetzen zu erklären. Diese Consequenz erscheint um so zwingender, als die vorhergegangene Zusammenfassung durch den Plural dem Gesetzgeber mehr den Gedanken an das successive Eintreten ins Amt, als den Gedanken an die Zeitdauer des Amtes nahe legen musste, und als es andererseits höchst unwahrscheinlich ist, dass der Steinmetz das gewöhnliche Participium des Praesens aus Versehen durch das jedenfalls seltenere Participium des Aorist ersetzt haben sollte. Rücksichtlich des officiellen Sprachgebrauchs ist demnach nur zu constatiren, dass man in späterer Zeit bei

*) Die Kirchhoff'sche Correctur *τοὺς βασιλέας τοὺς ἀεὶ βασιλεύοντας* halte ich eben deshalb für sehr unwahrscheinlich, weil diese pluralische Apposition die bei dem Gebrauche des Plurals *τοὺς βασιλέας* vorliegende Möglichkeit eines Missverständnisses von einer Mehrheit collegialischer Könige nicht beseitigen würde; ebenso wenig wäre natürlich mit der leichteren Correctur *βασιλεύσαντας* geholfen, weil auch dabei zunächst an eine Mehrheit von collegialisch zusammen ins Amt eintretenden *βασιλεῖς* gedacht werden würde.

Gleichheit des Numerus des Amtsnamens und des appositionellen Particips das Participium des Praesens gebrauchte (wie das ja auch für die meisten Situationen, in denen solche Ausdrücke mit $\delta\ \acute{\alpha}\epsilon\iota$ oder $\omicron\iota\ \acute{\alpha}\epsilon\iota$ nothwendig sind, ganz natürlich ist), dass aber aus der ältesten Zeit ein Beispiel vorliegt, in dem nach einem dem Missverständnisse ausgesetzten Plural der appositionelle Zusatz durch den Singular des Participium des Aorist in einer dem griechischen Tempusgebrauche vollkommen entsprechenden Weise gebildet worden ist.

R. Schöll aber ist durch die beiden von mir beigebrachten Beispiele des Gebrauchs von $\delta\ \acute{\alpha}\epsilon\iota$ mit dem Participium des Aorist so wenig von der Möglichkeit dieser grammatischen Construction, welche Lipsius bereitwillig anerkannte, überzeugt worden, dass er im Vertrauen auf die Autorität von Sauppe und Wachsmuth in seiner Anzeige höchst zuversichtlich schreibt (S. 12 des Separatabzugs): „Nur darf man dafür (dass unter den βασιλεις die Archon-Könige zu verstehen seien) nicht das im Gesetze beigefügte τὸν αἰεὶ βασιλεύσαντα in Anspruch nehmen: dieser nach Sprachgebrauch und Grammatik unmögliche Zusatz — statt des von Kirchhoff verlangten τὸς αἰεὶ βασιλεύοντος — den Lange S. 42 durch eine noch unmöglichere Interpretation und zwei keineswegs analoge Beispiele schützen will, ist ein unrichtiges Supplement Köhlers: richtiger ergänzt Sauppe a. a. O. die Stelle ἐάν τις αἰτιᾶται τὸν βουλευσαντα.“

Einem so absprechenden Urtheil gegenüber ist es nicht ohne Werth, die von Schöll nach Sprachgebrauch und Grammatik für „unmöglich“ erklärte Construction in weiteren sieben Beispielen constatiren zu können. Zu den Beispielen aus Herodot und Xenophon stellt sich zunächst eins aus Platons Tim. 61 E, wo es mit Bezug auf das θερμόν heisst: τὴν δὲ λεπτότητα τῶν πλευρῶν καὶ γωνιῶν ὀξύτητα τῶν τε μορίων σμικρότητα καὶ τῆς φορᾶς τὸ τάχος, οἷς πᾶσι σφοδρὸν ὄν καὶ τομὸν ὀξέως τὸ προστυχὸν αἰεὶ τέμνει (das ihm jedesmal Begegnende). Sodann eins aus Dem. Mid. 557 (§ 131): ὅσα μὲν τοίνυν, ὧ ἄνδρες δικασταί, τὸν αἰεὶ προστυχόντ' αὐτῷ

πεποιήκε, ταῦτ' ἐστίν. Ferner eins aus der ersten pseudodemosthenischen Rede gegen Aristogiton 773 (§ 11): καὶ τὴν ἀπαραιτήτων καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἀγιοτάτας ἡμῶν τελετὰς καταδείξας Ὅρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς Θρόνον φησὶ καθημένην πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν, εἰς αὐτὸν ἕκαστον νομίσαντα βλέπειν οὕτω ψηφίζεσθαι, φυλαττόμενον καὶ προορώμενον μὴ κατασιχῆναι ταύτην, ἥς ἐπώνυμός ἐστιν ἡμῶν ἕκαστος ὁ ἀεὶ δικάζειν λαχὼν κτλ. Ferner drei aus dem sechsten Buche des Polybius, nämlich Cap. 18, 2 f.: ὅταν μὲν γάρ τις ἔξωθεν κοινὸς φόβος ἐπιστὰς ἀναγκάσῃ σφᾶς συμφροεῖν καὶ συνεργεῖν ἀλλήλοις, τηλικαύτην καὶ τοιαύτην συμβαίνει γίνεσθαι τὴν δύναμιν τοῦ πολιτεύματος, ὥστε μῆτε παραλείπεσθαι τῶν δεόντων μηδὲν ἄτε περὶ τὸ προσπεσὸν ἀεὶ πάντων ὁμοῦ ταῖς ἐπινοίαις ἀμιλλωμένων, μῆτε τὸ κριθὲν ὑστερεῖν τοῦ καιροῦ, κοιτῆ καὶ κατ' ἰδίαν ἕκαστου συνεργοῦντος πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου συντέλειαν. Cap. 20, 2: μετὰ ταῦτα καθίσαντες χωρὶς ἀλλήλων κατὰ στρατόπεδον κληροῦσι τὰς φυλάς κατὰ μίαν καὶ προσκαλοῦνται τὴν ἀεὶ λαχοῦσαν. Cap. 27, 1: ἔστι δὲ τὸ γένος αὐτῶν τῆς στρατοπεδείας τοιόνδε. τοῦ κριθέντος ἀεὶ τόποι πρὸς στρατοπεδείαν, τοῦτον τὸν ἐπιτηδειότατον εἰς ὄνοσιν ἅμα καὶ παραγγελίαν ἢ τοῦ στρατηγοῦ σκητῆ καταλαμβάνει. Endlich eins aus Dio Cass. 55, 3: καὶ τὰ ξημιώματα τοῖς μὴ δι' εὐλογόν τινα αἰτίαν τῆς συνεδρείας ἀπολειπομένοις ἐπηύξησεν. ἐπειδὴ τε πολλὰ τῶν τοιούτων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὑπειθύνων ἀτιμώρητα εἶωθε γίνεσθαι, κληροῦσθαι τε αὐτοῖς εἰ συχνοὶ τοῦτο ποιήσειαν καὶ τὸν ἀεὶ πέμπτον λαχόντα ὀφλισκάνειν αὐτὰ ἐκέλευσεν.

Natürlich wird ein Mann von anscheinend so feinem Verständniss für das grammatisch Mögliche und Unmögliches wie R. Schüll von diesen sieben Beispielen, von denen zwei das Participium *προστυχῶν*, drei das Participium *λαχῶν* enthalten, ebenso wie von den beiden früher beigebrachten behaupten, dass sie „*keineswegs analog*“ seien. Nun ist ja allerdings keines unter allen neun Beispielen, welches ein Participium des Aorist von *βασιλεύω* oder einem andern eine Amtsthätigkeit bezeichnenden Verbum enthielte. Allein die Wendung *ὁ ἀεὶ*

δικάζειν λαχών ist doch in der That unserem *ὁ ἀεὶ βασιλεύσας* auch bezüglich des für die Construction mit *ὁ ἀεὶ* benutzten Verbalbegriffes durchaus analog, und wenn man zugeibt, dass dadurch der nach Einführung des Looses mögliche*) Ausdruck *ὁ ἀεὶ βασιλεύς λαχών* vollständig gedeckt sein würde, so wird man consequent auch zugeben müssen, dass in der Zeit vor Einführung des Looses gegen den Ausdruck *ὁ ἀεὶ βασιλεύσας*, wenn ein Grund vorhanden war, den Eintritt ins Amt zu urgiren — und ein solcher war durch den voraufgeschickten Plural *τοὺς βασιλέας* gegeben —, um so weniger etwas einzuwenden ist, als ja gerade bei Amtsnamen der sigmatische Aorist und sein Participium vielfach gebraucht wird, um den Eintritt in das Amt zu bezeichnen.

Für geschulte Grammatiker wird diess genügen, um die Möglichkeit der Construction *ὁ ἀεὶ βασιλεύσας* und die Berechtigung der unter Voraussetzung dieses Ausdrucks gegebenen Interpretation des Gesetzes anzuerkennen; ob es auch für Schöll genügt, lasse ich dahingestellt, zumal da es ja ganz gleichgiltig ist, wie er über diese grammatische Construction denkt. Vielleicht aber entnimmt er sich aus Vorstehendem wenigstens die Moral, dass man bei Behauptungen über griechische Syntax im Gebrauche des Adjectivums „unmöglich“ nicht vorsichtig genug sein kann, und namentlich dann alle Ursache zur Vorsicht hat, wenn man solche Behauptungen nicht auf Grund eigener Beobachtung des Sprachgebrauchs und aus eigener grammatischer Einsicht, sondern im Vertrauen auf fremde, wenn auch noch so bedeutende Autorität ausspricht.

*) Vgl. Plat. Politic. p. 290 E *καὶ δὴ καὶ παρ' ὑμῶν οὐκ ἤμιστα δῆλον ὃ λέγω. τῷ γὰρ λαχόντι βασιλεῖ φασὶ τῆδε τὰ σεμνότατα καὶ μάλιστα πάτρια τῶν ἀρχαίων θυσῶν ἀποδεδοσθαι.*

Thucydides V, 20, 2.


In den Handschriften ist überliefert:

σκοπεῖτω δέ τις κατὰ τοὺς χρόνους καὶ μὴ τῶν ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ ἀπὸ τιμῆς τινος τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ προγεγενημένα σημαινόντων πιστεύσας μᾶλλον.

Die vorhergehende Behauptung, dass der Waffenstillstand geschlossen sei *αὐτόδεκα ἔτων διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων* zeigt, dass als selbstverständliches Object zu *σκοπεῖτω* hinzugedacht werden muss *τὰ ἔτη* oder *τὸν τῶν ἔτων ἀριθμὸν*. Die auf obige Worte folgende Bemängelung der Zählungsweise nach Amtsjahren (*οἷς καὶ ἀρχομένοις καὶ μεσοῦσι καὶ ὅπως ἔτυχέ τω ἐπεγένετό τι*) und die Empfehlung der Zählungsweise *κατὰ θέρη καὶ χειμῶνας* zeigt, dass in den verdorbenen Worten der Gegensatz zwischen der Zählungsweise nach Jahreszeiten und der nach eponymen Beamten irgendwie ausgedrückt war. Mithin ist *ἀπαρίθμησις* ein zu beiden Gliedern gehöriger Begriff; es kann also nicht *κατὰ* zu *ἀπαρίθμησιν* ergänzt werden, wodurch ohnehin ein schiefer Gegensatz zu *κατὰ τοὺς χρόνους* entstehen würde; vielmehr ist *τῇ ἀπαρίθμησει* (abhängig von *πιστεύσας*) zu corrigiren. Der Begriff Jahreszeiten wird nun aber durch *κατὰ τοὺς χρόνους* gewiss nicht zutreffend ausgedrückt; ich schlage daher vor zu schreiben *κατὰ τοὺς τοῦ ἔτους χρόνους*. In dem mit *καὶ μὴ* beginnenden Gliede aber hängt von *τῇ ἀπαρίθμησει* zunächst *ὀνομάτων* ab; dazu gehört das Participium *σημαινόντων*, von dem aber nicht *ἐς τὰ προγεγενημένα* abhängen kann. Da bekanntlich die *ὀνόματα* der eponymen Beamten die Jahre bezeichnen, und ohnehin die nachfolgenden Worte *οἷς καὶ ἀρχομένοις καὶ μεσοῦσι καὶ ὅπως ἔτυχέ τω ἐπεγένετό τι* auf den Begriff *ἔτη* sich beziehen, so ergiebt sich also die Nothwendigkeit *ἐς* in *τὰ ἔτη* zu corrigiren. Von *ὀνομάτων* hängt endlich ab der mit Nachdruck vorangestellte Genetiv *τῶν ἑκασταχοῦ ἀρχόντων*, und da dem Substantiv *ἀρχόντων*, welchem *ἢ* vorangeht, gegenüberstehen die Worte *ἢ ἀπὸ τιμῆς τινος*, so muss hinter letzteren Worten ein Adjectivum ausgefallen sein, das sowohl zu *ἀπὸ τιμῆς τινος* als auch zu *ἀρχόντων* passte; diess aber kann nur *ἐπωνύμων* sein. Ich lese daher die ganze Stelle:

σκοπεῖτω δέ τις κατὰ τοὺς τοῦ ἔτους χρόνους, καὶ μὴ τῶν ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ ἀπὸ τιμῆς τινος ἐπωνύμων τῇ ἀπαρίθμησει τῶν ὀνομάτων τὰ ἔτη τὰ προγεγενημένα σημαινόντων πιστεύσας μᾶλλον.

L. Lange.



LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ZWEITER BAND.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1879.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ZWEITER BAND

Zweites Heft.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1879.



Inhaltsverzeichnis.

	Seite
GEORG OERTEL, Beiträge zur älteren Geschichte der statu- rischen Genrebildnerei bei den Hellenen	1
PAULUS MEYER, Quaestiones Strabonianae	47
HENRICUS RUDERT, De iure municipum Romanorum belli Latini temporibus Campanis dato	73
LUDWIG LANGE, 'Ο ἀσι βασιλεύσας (Miscelle)	116
DERSELBE, Thucydides V, 20, 2 (Miscelle)	124
OTTO CRUSIUS, De Babrii aetate	125
HERMANNUS GAUMITZ, De M. Aemilii Scauri causa repetun- darum et de Ciceronis pro Scauro oratione	249
LUDWIG LANGE, Ein unbekannter alter Druck von Sallustii orationes et epistolae (Miscelle)	290



DE BABRII AETATE

SCRIPSIT

OTTO CRUSIUS

1

In Babrii aetatem definiendam quot uiri docti inquisierunt tot fere prolatae sunt sententiae uariae longeque inter se diuersae, uagantes eae a tertio a. Chr. n. saeculo usque ad tertium p. Chr. n.: atque ne hodie quidem post egregias Eberhardi curas¹⁾ lumen satis clarum allatum est argumento illi nimis obscuro²⁾. Cum autem propter historiam et litterarum antiquarum et ipsarum fabellarum narratiuncularumque haud parui sit momenti fabulatoris Graeci unci pernoscere aetatem, operae pretium uidetur uniuersam hanc quaestionem quam accuratissime retractare. Primum igitur hominum doctorum opiniones in uno conspectu ponamus atque ea qua par est diligentia diiudicemus — quam operam necessariam utilemque nemodum suscepit —, deinde numquid ipsi certius statuere possimus uideamus. Sed ne longior fiat disputatio quam utilior, eorum omittamus commenta, qui ante Babrium inuentum de aetate eius iudicium fecerunt³⁾ — nam in tali subsidiolorum inopia incerta omnia fuisse et uaga, ex

1) Eberhardus neque obs. p. 3 accuratius tempus definiuit neque Babr. p. III, ubi primis post Christum natum saeculis eum uixisse statuit propterea quod 'incredibili subtilitate' uersus expoluerit tantamque accentui uim tribuerit, ut in paenultima uersus sede ex lege eum poneret.

2) Cf. Naberii iudicium *Mnemos. n. s. IV* (1876) p. 353: '. . . ignoratur et fortasse semper ignorabitur, quando Babrius uixerit, nam leuia argumenta sunt, quibus in hoc argumento uiri docti plerumque utuntur' etc.

3) Unam ipsius Bentleii sententiam 'dissert. upon Aesop's Fables' n. 7 sine ulla argumentatione prolatam exscribo, Babrium esse 'one of the latest age of good writers', i. e. tertii p. Chr. n. saeculi uel quarti ineuntis Lachmanno Babr. p. X interprete. Coniecturam seu potius diuinationem eum non fefellisse, me euicturum esse confido.

Knochii capite II p. 40 intelleges —: protinus in acerrimum istud sententiarum contrariarum certamen nos inferamus, quod post codicem Athoum a. 1843 inuentum exarsit.

Qui primus fabulas Athoas edidit (Paris. 1844), Jo. Fr. Boissonadius, Babrium — cui Valerium praenomen fuisse Bergerum secutus ex Harleiani . . . *Βαβριον Βαλεριον* et codicis A *Βαλεριον* concludit — propter 'nomen latinum ex inscriptionibus notum' (Babr. p. 2 adn.: cf. Knoch. p. 12) 'natione et lingua Latinum esse' et propter prooem. II u. 1 *μῦθος μὲν, ὃ παῖ βασιλέως Ἀλεξάνδρου* Alexandri Seueri aetate floruisse modeste et dubitanter suspicatur (ibid. p. XI sq.). Huius sententiae priorem partem probauit C. F. Hermannus (Berl. Jahrb. f. wissenschaftl. Kritik 1844, Decemb. p. 808), praesertim cum etiam sermonis Latini uestigia quaedam — satis illa quidem rara et incerta¹⁾ — inuenisse sibi uideretur; de posteriore lenes quasdam mouet dubitationes p. 811, miris argutiis Alexandrum illum prooemii II uerum nomen proprium non esse suspicatus sed *Ἀλέξανδρον* adiectiuum²⁾.

Aliter atque Hermannus Schneidewinus (Gött. gel. Anz. 1845 p. 1 sqq.), cuius iudicium ceteri ad unum omnes uiri docti aut repetierunt aut taciti secuti sunt, ex nomine nihil consequi dicit, quippe cum 'Valerius' coniectura certa non sit, Babrii autem similia nomina Graeca satis multa exstant, uelut *Βάβρης Βαβρίας Βαβρίων Βάβρων Βάβρας*; Alexandrum uero illum Seuerum Alexandrum certe non esse, cum iam Dositheus, qui Septimii Seueri aetate floruerit, fabulas Babrianas duas (84 et 126

1) Hoc concedendum est Bernhardyo Gr. L. G. II² p. 746 sq. et Hertzbergio p. 179.

2) Poetas uocabula composita quae pro nominibus propriis Graeci adhiberent saepe notione primaria pro adiectiuis posuisse Meinekius *anall.* Alex. p. 126 exposuit: sed exempla quae affert — imprimis quod citat Hermannus Diod. XI, 14 *Ἀλέξανδρος πόλεμος* — plane aliter comparata sunt, cum in eis dubitari non possit, uocabulum illud utrum nomen proprium sit an adiectiuum. Praeterea Babrium, simplicem scriptorem et planum, qui imitatores suos propter *ποιήσεις γρίφοις ὁμοίαις* uituperet prooemii II u. 10 sq., ipsum in primo eiusdem prooemii uersu sermone tam contorto et ancipiti uereque *γρίφοις ὁμοίαις* usum esse quis credet?

Eberh.) in interpretamenta sua receperit. Sed haec, de quibus postea accuratius uidebimus, certe non ualent ad Duebneri sententiam refutandam, qui multo cautius id solum statuit in 'animaduersionibus criticis de Babrii *μυθιάμβοις*' (Paris. 1844) p. 19 sqq., post Catullum eum floruisse, quoniam anapaesto in prima sede sit usus a Catullo nunquam admissio, celeberrimo apud Persium Petronium Martialem; aemulum autem eum fuisse Latinorum, qui 'aliter atque Graeci quinto in pede iam-bum constanter seruent neque unquam commutent cum spondeo', uel inde apparere, quod 'data opera atque omni modo spondeum istum euitauerit' (l. s. s. p. 25). Bene Schneidewinus (l. s. s. p. 17 sqq.) ex spondeo uitato nihil consequi dicit, quippe quem ne Alexandrini quidem poetae unquam adhibuerint¹⁾. Minus autem probabiliter ex eo quod dactylum Hipponax et Phoenix in primum pedem admiserunt, *ἐπιδευτέ-ροισ* choliambographorum Graecorum et ipsum anapaestum admisisse coniecit: nam ex dactylo, in quo breues duae ponuntur pro longa uera legitimaque, nihil consequitur de anapaesto, in quo duae breues pro una breui seu potius pro longa irrationali quam dicunt ponuntur. Quo accedit quod legem illam anapaesti uitandi a Romanis etiam uetustioribus, Alexandrinorum discipulis et imitatoribus, seuerissime obseruari uidemus, cf. Lachm. praef. Babr. p. XII, L. Muell. Catull. p. LXIX sq. LXXX. Neque rectius Tyrwhittum apud Furiam p. CLXI secutus Auiano teste utitur Schneidewinus ut Babrium Phaedro antiquiorem esse demonstret, his prooemii uerbis p. 12 exscriptis²⁾: 'huius materiae ducem nobis Aesopum noueris — : quas graecis

1) Nam singularis est condicio epigrammatis Theocritei IX Ahrens (uulg. XXI, Meinekii Choliamb. p. 152), in quo bis spondeus admissus est eo consilio, 'ut carmen Hipponactis laudem complexum huius etiam in uersibus condendis colorem imitaretur' (Meinekii Choliamb. p. 90). Errat Hertzbergius p. 167.

2) Sequitur eum Bernhardy Gr. L. G. II² p. 742: 'der Römische Fabulist Avianus . . . scheint ihn (Babr.) als Vorgänger des Phaedrus zu betrachten', Keller autem Jahrb. f. Philol. LXXXVII p. 327 uniuersam argumentationem repetiit tamquam nouam. Fixius Schneider Eberhardus obs. p. 3 rectius iudicauerunt.

iambis Babrius repetens in duo uolumina coartauit; Phaedrus etiam partem aliquam quinque in libellos resoluit: ubi ipsa collocatione Babrium ante Phaedrum uixisse indicari opinatur. Sed ea tantum excerpit ex loco illo quae sententiae suae prodessent¹⁾: en habes integrum: 'huius ergo materiae ducem nobis Aesopum noueris, qui responso Delphici Apollinis monitus ridicula orsus est, ut sequenda firmaret. Verum has pro exemplo fabulas et Socrates diuinis operibus²⁾ indidit et poemati suo Flaccus aptauit, quod in se sub iocorum communium specie uitae argumenta contineant. Quas Graecis iambis Babrius repetens . . . coartauit; Phaedrus etiam . . . resoluit'. Nonne Auianus si quidem temporis rationem habuit, in uniuerso hoc loco habuerit necesse est? Quod si statuimus, longe aliter atque Schneidewinus inter Phaedri (Tiberii) et Horatii (Augusti) tempora Babrium uixisse putare debemus, cf. Knochium p. 28. Sed ordinem poetarum Auianus omnino secundum tempus non constituit, immo ex natione sola, ita quidem, ut Graecos priore loco nominet, posteriore Romanos: duo autem inter se opposuit scriptorum quasi paria, prius illud Socratem et Horatium continens, celeberrimos ex iis, qui operibus suis quasi condimentum asperserint fabulas, posterius Babrium exhibens et Phaedrum in ipsis fabulis componendis totam operam suam collocantes. Nihil igitur de Babrii aetate consequitur ex Auiani illo loco.

Praeterea Schneidewinus ex initio proemii II:

*Μῦθος μὲν, ὃ καὶ βασιλέως Ἀλεξάνδρου,
Σύρων παλαιῶν ἐστὶν εὖρεμ' ἀνθρόπων*

Babrium Syrum fuisse concludit, quippe qui Syros fabulas inuenisse unus omnium tradat. Itaque cum Alexander ille aut Alexander I Balas fuerit aut Alexander II Zebina, in alterius a. Chr. n. saeculi posteriore parte eum uixisse. At Σύρους

1) Miro cogitationum consensu idem fecit Keller l. s. s.

2) 'Oraculis' Lachm. coniecit, 'sermonibus' Froehner satis apte: sed non opus est correctione, nam uertimur in Auiano 'litterarum Graecarum parum perito' (Eberh. obs. p. 3).

Babrii non Syros esse, sed Assyrios (sicut Herod. VII, 63) uersus 3 οἱ πρὶν ποτ' ἦσαν ἐπὶ Νίνου τε καὶ Βήλου monstrat¹⁾, cf. Welcker kl. Schrr. II p. 256. Quare aut Assyrium Babrium fuisse ex loco isto concludendum est — quod miror neminem fecisse, cum locuples auctor adesset Lucianus (uer. hist. II, 20), Homerum scilicet ipsum Babylonium nominans — aut nihil omnino, quod uel ideo sobrium suadet iudicium, quia antiquitas cadens uano studio a Luciano saepe deriso rerum primordia ex oriente semitico quem dicimus repetere solebat²⁾.

Sed in Schneidewini illam de poetae patria coniecturam etiam Fixius eodem anno (Revue de Philol. I p. 53 sqq.) ultro incidit, Alexandrum autem prooemii II regulum aliquem Syriacum esse suspicatus est qui sub Romanorum imperio regnauerit. Argumenta quibus sententiam suam firmaret praeter Schneidewini illud³⁾ duo potissimum haec attulit: Branchum nomen Syriacum esse celebre in religionibus Asianis — at hinc quid sequatur non intellego, nam etiam ceteri Graeci Apollinis amasium a poetis clarissimis, uelut a Callimacho in Βράγχω, nobilitatum satis bene nouerant; deinde Arabes, de quibus legimus fab. 57 ἐντεῦθεν Ἀραβὲς εἰσιν, ὡς ἐπειράθην, ψευσταί τε καὶ γόητες, in Syria poetam cognoscere potuisse — sed potuit etiam in Aegypto si uiuebat, cuius parti inferiori ad orientem spectanti qui praecerat teste schol. Iunen. I, 130 Arabarches nominabatur, propter frequens, ut uidetur, regionum illarum cum Arabia commercium; praeterea cum peregrinatione in terras illas peruenire poterat, tum Arabes γόητες inter Graecos etiam uagabantur, id quod docet memorabilis Luciani locus Philops. 17: νῦν δὲ ἐπὶ τοῦ ἔθνους οὐδέν τι παράλογον ὄραν

1) Nam poetam haud mediocriter doctum Ninum et Belum pro rebus Syriae propriae quae dicitur habuisse praeter Heckerum Philol. V p. 489 uix quisquam sibi persuadebit.

2) Paucis mensibus post l. s. s. p. 1364 sq. ipse Schneidewinus sententiam retractauit.

3) 'C'est à la Syrie que l'auteur fait honneur de l'invention de l'apologue' etc.

μοι δοκῶ, καὶ νῦν μάλιστα ἐξ οὗ μοι τὸν δακτύλιον ὁ Ἄραψ ἔδωκε σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταυρῶν πεποιημένον καὶ τὴν ἐπιγραφήν ἐδίδαξε τὴν πολυώνυμον κτλ. Nulla autem sunt paucula illa ex sermone quae collegit indicia: nam ζῆσις 'salutandi formula orientalis' prae a Boissonadio in fab. 12, 7¹⁾, praeius etiam a Fixio in fab. 103, 17²⁾ illata est; quae autem dialecti regionum illarum esse satis temere coniecit, ea aut consuetudinis sunt vulgaris (ἐρωτᾶν rogandi notione adhibitum: cf. Zachar. p. 19), aut nullo omnino alio loco inueniuntur (λάθρον 74, 6 et χέλυμα 115, 5, quae fugerunt Zachariaeum p. 17). Denique de animalibus Babrianis breuiter quae disserit³⁾ ceteris argumentis dissolutis nihil ualere unusquisque per se intellet. Prudentius quam de patria Fixius de aetate poetae disputauit. Coniecturis enim historicis quae in hoc argumento ultro se offerunt iure sprete Hadriani fere Antoninorumque temporibus eum floruisse statuit p. 54, quippe cum Plutarchus ceterique primi p. Chr. n. saeculi scriptores de eo tacuerint. Sed tacent etiam alterius saeculi scriptores; praeterea hoc argumentum ex silentio petitum quamuis probem, tamen unum solumque uix accommodatum esse existimo ad persuadendum.

Alia ratione O. Schneider (Jenaer L.-Z. 1845 p. 531) a rebus historicis profectus coniecturam protulit speciosam, quae non dubito quin primo aspectu te quasi delentura sit. Ἀλέξανδρον enim prooemii II, Branchi ut opinatur patrem, suspicatur esse Alexandrum, Antonii filium et Cleopatrae,

1) ζῆσις A optime, cf. Duebn. p. 33; ζωσις aG decurtati et interpolati.

2) ζωσις A uitiose, σώζοιο Duebn. p. 15, quod aptissimum est uolpi a leone aegrotante discedenti; ζῆσις σύ Fixius p. 53: plura mutantur et σύ abundat.

3) 'La nature des animaux . . . la connaissance intime qu'il possède des instincts et des habitudes de quelques uns . . . par exemple du singe (quem iam Archilochus in fabulam induxit: Bergk. lyrr. p. 708), du chat (quo idem usus est Bergkio lyrr. p. 720 adn. si credimus), du lion (qui omnibus omni aetate satis notus erat) me semblent encore venir à l'appui de cette coniecture'. Babrius notitiam tam accuratam ubi prodatur nescio.

qui a patre βασιλεὺς βασιλέων nomine ornatus sit (Plutarch. Anton. 54). Quam sententiam eo potissimum commendari, quod Solis (Ἡλίου) cognomine ille appellatus sit (Plut. Anton. 36): nemini enim maiore quam huius filio iure Branchum nomen tribui ab Apollinis (Solis) filio repetitum. Itaque Babrium Graecum Aegyptium esse primi a. Chr. n. saeculi: quocum optime conuenire sermonem eius, qui plurima communia habeat cum Noui Testamenti dialecto Veterisque a septuaginta uiris Alexandriae translati. At Alexander ille uix decem annos natus, uno fere anno postquam nomine regio ab Antonio donatus est, pugna Actiaca commissa captus atque ab Octauiio (Dio Cass. 51, 21) per triumphum ductus est; postea uero ab Octauiia iuxta cum ipsius liberis cum educatus sit (Plut. Anton. 87), Romanus factus est neque dubitari potest quin sicut ceteri Octauiiae filii et adoptati et naturales, de quibus consulatur Plutarchus l. s. s., Romani ciuis uitam degerit. Quare minime probabile est aut ipsum cum adultus esset regem nominatum esse aut filium eius — ut filium eum genuisse largiamur, quamquam ne de matrimonio quidem quicquam traditur — ab homine Aegyptio ‘domui regiae fidem seruante’ (Schneider p. 531) educatum esse. Cadit igitur Schneideri coniectura quamuis ingeniosa.

Neque felicius rem gessit uir acutissimus Theodorus Bergkiius, qui eodem fere tempore uberem de Babrii aetate (on the age of B.) commentationem conscripsit, insertam illam uolumini tertio (a. 1846) annalium Anglicorum ‘Classical Museum’ qui inscribuntur (cf. ind. lect. aestiu. Marb. 1845 p. III, ubi summam sententiae exponit). Proficiscitur ab alterius proemii uu. 6 sqq.:

. ἀλλ’ ἐγὼ νέη μουσῆ
 δίδωμι φιλάρῳ χρυσέῳ χαλινώσας
 τὸν μυθίαμβον ὥσπερ ἵππον ὀκλίτην.

Iam Callimachum fabulas metro choliambico conscripsisse; itaque Babrium, qui nouam musam se inuenisse contendat, ante Callimachum uixerit necesse esse, atque cum dicat proem. II, 9 sqq.:

Ἵπ' ἐμοῦ δὲ πρώτου τῆς Θύρας ἀνοιχθείσης
 εἰσῆλθον ἄλλοι καὶ σοφωτέρας μοῦσης
 γέφυροις ὁμοίας ἐκφέρουσι ποιήσεις κτλ.

imitatores illos ipsum Callimachum esse uideri aliosque poetas Alexandrinos¹⁾. Quare regem Alexandrum alterius prooemii Alexandrum Aetolum esse anno a. Chr. 244 ab Antigono ueneno sublatum. Priorem igitur fabularum editionem paratam esse circa annum a. Chr. 250²⁾; alteram autem post Alexandri mortem editam uideri, cum fabula 85, in qua de bello canum et luporum agatur et u. 2 sq. legatur: κύων δ' Ἀχαιοὺς ἤραθ' ἡ κυνῶν δῆμου στρατηγὸς εἶναι, ad foedus Achaicum et Arati ipsius contra Aetolos raptores expeditionem (a. 241) magna probabilitate referri possit. Sed primaria illa ex qua uniuersa argumentatio

1) Similitudo, quam Bergkius inter prooemii I uersus 1 sq., 6—10: 1. Γενεὴ δικαίων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων, ἢ ὧ Βράγχε τέκνον, ἦν καλοῦσαι χρυσεῖην... 6. ἐπὶ τῆς δὲ χρυσῆς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων ἢ φωνῆν ἔναρθρον εἶχε καὶ λόγους ἤδει, ἢ ἀγοραὶ δὲ τούτων ἦσαν ἐν μέσαις ὕλαις ἢ ἐλάλει δὲ πέτρα καὶ τὰ φύλλα τῆς πεύκης, ἢ ἐλάλει δὲ πόντος, Βράγχε, νῆτ' καὶ ναύτη κτλ. et Callimachi fr. 87 Schn. (= Meinek. Choliamb. p. 157 fr. VI): Ἦν κἀνὸς οὐνιατός, ἢ τὸ τε πτηνὸν ἢ καὶ τὸν θαλάσση καὶ τὸ τετραπόουν οὕτως ἢ ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθεύς (—ειὸς M) intercedere opinatur, praeter sententiam a mytho omnibus Graecis (cf. testimonium nobilissimum Cratini Plut. fr. 3 [162] M., ubi pisces loquuntur, cum βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιὸν fr. 2 [161]; Welck. gr. Götterl. I p. 723, Friedländer Darstell. I p. 516, Bergk. rell. com. Att. p. 278. 281, Keller l. s. s. p. 315, 319 adn. 16) atque adeo omnibus fere populis (Grimm Reineke Fuchs p. V, Pöschel in 'Beiträge von Paul u. Braune' vol. V, 2 p. 270 sqq., Tylor, Anfänge der Cultur I p. 19 sq. 460 sq.) communi depromptam tam exigua est, ut nihil sit cur alterum ex altero hausisse putemus; nam in fabulis etiam enarrandis alii multi et ante Callimachum et post eum hoc mytho sunt usi, cf. Xenoph. comment. II, 7, 13: Φασὶν ὅτε φωνήεντα ἦν τὰ ζῶα τῆν οἶν... εἰπεῖν (Babr. 131), uit. Aesop. in fabb. Rom. ed. Eberh. p. 282: καθ' ὃν χρόνον ὁμόφωνα ἦν τὰ ζῶα, πόλεμον οἱ λύκοι τοῖς προβάτοις συνῆψαν (Babr. 93), Maxim. Tyr. Diss. XXV p. 101 Duebn. in fabula Aesopea: ἦν ἄρα τότε ὁμόφωνα καὶ τῆρα τοῖς ἀνθρώποις (F. 400), Dio Chrysost. LXXII, 18: ἡ ἀρχαία γλαυξ τῶ ὄντι φρονίμη ἦν καὶ συμβουλευεῖν ἐδύνατο (F. 385).

2) Negat enim Callimachum, qui fabulas priores sit imitatus, hunc terminum longo spatio superasse.

pendet sententia nullam habet non modo necessitatem, sed ne umbram quidem probabilitatis: nam plane aliud est fabulas Aesopeas tanquam ornamentum quibuslibet poematis quasi intexere — id quod Callimachus fecit, ut multi ante eum¹⁾ —, aliud ipsis fabulis Aesopeis singillatim compositis nouum poesis genus condere, quod Babrii apud Graecos est meritum. Eodem fere iure, quo ante Callimachum Bergkii, ante Stesichorum Simonidem ceteros qui carminibus suis fabulas inseruerunt, Babrium uixisse concludere possis: neque enim in prooemio II eo Babrius gloriatur, quod choliambo utatur, sed eo, quod Aesopi fabulas pedestres uersibus concinnauerit²⁾. Praeterea quid nos impedit, quominus Babrium Callimachi illos uersiculos fugisse putemus? Certe non impediunt Bergkii uerba decretis quam argumentis similia: 'we must wholly reject the idea of any pretended ignorance of his predecessors, or any vain overrating of his own powers of the poet, for he strongly declares that, in imitation of him, other writers were excited to a similar species of poetry.' Parum igitur certum est quod ex Babrii illis et Callimachi uersibus Bergkii conclusit³⁾. Quo quasi medio saxo soluto uniuersa ratiocinationis illius concaemeratio, satis illa quidem per se laxa, una concidit: Alexandri

1) Duo Callimachi fragmenta habemus haec (= 93 Schn., Meinek. choliamb. p. 157, VII. VIII): 1. ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἐν κοτε Τρωάῳ || δάφνην ἐλαίη νεῖκος οἱ πάλαι Ἀυδοί || λέγουσι θέσθαι... 2. ἐγὼ δὲ πάντων εἰμι δεινδρέων φαύλη ||: quae quin ex eadem fabula deprompta sint non dubitabis collata Aes. Halm. f. 124 = Walz rhet. Gr. I, p. 267 (Nicolaus) et Babrii 64. Fabulam autem illam quae Callimachi una nobis tradita est, insertam fuisse carmini maiori, ipsa ἄκουε δὴ τὸν αἶνον uerba clamant, quae formula satis popularis non adhibetur nisi hac ratione, cf. Eurip. Ion. 336: ἄκουε δὴ τὸν μῦθον et Hec. 834 Suppl. 857 Ion. 1539: ἄκουε δὴ, Plat. Gorg. 523 A: ἄκουε δὴ... μάλα καλοῦ λόγου, Tim. 20 D: ἄκουε δὴ... λόγου... ἀτόπου, prou. app. I, 14 (paroemiogr. I p. 381): ἄκουε δὴ κακοῦ λόγου, quae ex Archilochi epodis deprompta esse Bergkii lyrr. p. 732 conicit. Simili ratione fabulam Aesopeam in tragoediam induxit Aeschylus fr. 129 Dind.: ὅδ' ἐστὶ μῦθων τῶν Λιβυστικῶν κλέος κτλ. Rectum de his quidem Hertzbergii est iudicium p. 162.

2) Hoc concludi potest ex prooem. II u. 1—8, coll. prooem. I uu. 16 sqq.

3) Assensus est ei unus Wagener 'rapports entre les apologues' p. 14.

enim reges aetate posteriore alii sunt multi, fabulae autem 85 ne Bergkii quidem — sano usus iudicio — multum tribuit.

Longe quam ceteri circumspectius eodem anno Carolus Lachmannus (Babr. ed. Berol. 1845 p. X sq.) hanc quaestionem tractavit, licet die diem docente omnia nunc probare non possis. Vixisse enim Babrium censet post Phaedrum, qui nunquam eo usus sit, et ante Apollonium sophistam, qui in lexico Homérico p. 10, 13 s. *ἄειδε* Babrii ut putat choliambos hos servauerit:

*ταῦτα δ' Αἰσιωπος
ὁ Σαρδιηγὸς ἔλεκεν, ὅτιν' οἱ Δελφοί
ἄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο.*

Iam cum is grammaticus exeunte primo p. Chr. n. saeculo vixerit et circa eadem tempora rex Alexander fuerit Alexandri Herodis filii nepos, eius filio Babrium fabellas composuisse (cf. prooem. II, 1) suspicatur 'in Syriae et Ciliciae confiniis post annum a Christo nato 72¹⁾'. Sed — ut omittam quod de lexici illius auctoritate uehementer dubitari potest (cf. Toll. praef. p. VIII et Knoch. Babr. p. 27) — postquam Abrentis sagacitate lex artis Babrianae primaria, ut paenultima uersus syllaba accentum habeat, detecta est, nemo iam quin a Babrio abiudicandi sint uersiculi illi amplius dubitat (praeter Naberum, de quo postea), quippe in quibus ipsa illa lex nunquam non nioletur (cf. Eberh. ed. p. 94 extr.); quo accedunt duae trium uersuum ultimae breues, cum ultima producta Babrius uti soleat. Itaque cum Apollonii testimonium pro nihilo sit, haec quidem Lachmanni coniectura certo fundamento caret. Sed remanent ea, quae ex ceteris testimoniis conclusit p. X: quae egregie eo illustrat p. XII sqq., quod artis Babrianae leges quasdam cum illius ipsius aeni choliambis optime congruere demonstrauit eadem fere qua Duebner ratione.

Sed ne haec quidem Lachmannus persuasit Guilielmo Hertzbergio (Babrius, Halle 1846, p. 180 sqq.), qui metricas

1) Probauerunt hanc coniecturam censor Lachmanni ceteroqui nimis seuerus Leo Renier Rev. de Phil. I p. 359, Hartungius p. 13, Nicolai Gr. L. G. ed. II, I p. 104.

illas rationes nihili esse professus¹⁾ multa cur certe ante Romanam aetatem Graeciamque a Romanis subactam Babrius uixisset conguessit²⁾. 'So nur' inquit 'hat die Persiflage der Ochlokratie (fab. 40) einen Sinn' — sed ad ochlocratiam fabula illa omnino non spectat, immo nihil est nisi iocus (*Αἰσώπειον γελοῖον*) paullo obscenior, cf. simillimam Babrii 34 et Knoellii Bodl. 121; epimythium u. 5 sq. nimis ineptum³⁾, quo sententia illa ui in fabulam infertur, rectissimo iudicio Eberhardus uncis inclusit —, 'so die Allegorie, welche öffentlichen Zwist und Bürgerkrieg aus dem gewaltsamen Uebermuth der herrschenden Faction, namentlich des Demos, ableitet (Fab. 72, scr. 70)⁴⁾ — at ipsa fabula nihil aliud docet, nisi bellum iniuriam sequi, uersus autem 6 sqq., quibus sententia illa continetur, Babrii non sunt, sed epimythistae diasceuaetaeue, cf. Hoch 'de Babr. fabulis corruptis et interpolatis' p. 17. 19. 23 (Nauck. Philol. VI, 407), Eberhard. obseruat. p. 7⁵⁾. Pergit Hertz-

1) Babr. p. 164: 'So wird denn auch gleich die Folgerung Lachmann's, dass Babrios' Uebereinstimmung in dem correcten Bau der vier ersten Füsse mit Persius und Martial für ein gleiches Zeitalter der beiderseitigen Dichter zeuge, durch das völlig entgegengesetzte Verhältniss des fünften und sechsten Fusses paralysirt, in deren Behandlung Babrios theils freier, theils strenger, aber nach einer ganz anderen Seite, als die Römer, verfährt.' Quae dici nequit quam uana sint et inania: nam primum ex 'correcta' pedum quattuor priorum forma nihil conclusit Lachmannus, immo ex nouis quibusdam licentiis (anapaesti usu et arsiuum solutarum frequentia); deinde choliambi Babriani pedes V et VI a choliamborum Latinorum exitu diuersi non sunt, nisi quod ultima longa Babrius data opera utitur, in quo nihil inest quod plane contrarium nominari possit. Nihilominus Keller p. 407 haec fere ad uerbum exscripsit.

2) Argumenta eius plurima Hecker repetiit Philol. V p. 489 sq.

3) Verba sunt haec: πόλις ἂν τις εἴποι τὸν λόγον τὸν Αἰσώπειον, ἢ ἤσχατοι κρατοῦσιν ἀντὶ τῶν πρώτων. Finge tibi urbem uel rem publicam Aesopi fabulam dicentem! πόλις, quod Boiss. coniecit, non intellego.

4) Hertzbergi Kelleri Naberii nonnulla omnibus uerbis exscribo, nam uertere ea uel excerpere ubi conatus eris quasi inter digitos tibi diffluent.

5) Hominem, qui eos finxerit, ex Byzantinis illis saeculi VII fuisse apparet qui α ι ν uocalium mensuram neglexerunt, cf. 6 τᾶς et 7 ὕβρις ἐπέλαθοι (Struuius misc. Friedem. p. 637 sq., Sauppium Rh. M. II p. 644 sq.), quo uitio etiam 19, 6 (ἰσχῦς) epitomator deprehenditur (ubi non dubito

bergius: 'So beruht endlich die Erzählung in Fab. 76 auf der Voraussetzung, dass die Vertheidigung des Landes durch die Bürger, die Erhaltung des Streitrosses und die nur für Kriegsläufe dauernde Besoldung des Reiters aus Staatsfonds . . . zu des Dichters Zeit die gewöhnlichen waren . . .' At hoc argumentum afferre non debebat Hertzbergius, qui apud Alexandrum, Syriae regem, Babrium Syrum uixisse opinaretur: nam Syris istis hae res — quae quin poetae non sint, sed ad ueterem fabularum collectionem, fortasse Atticam, redeant, dubitari uix potest — tritae et pernulgatae non erant. Grauiora uidentur haec: 'Hierher gehört ferner die Voraussetzung von allgemeiner Kenntniss des böotischen und attischen Volkscharacters in Fabel 15, die zu einer Zeit nicht möglich gewesen wäre, wo die Stammunterschiede durch die Noth der Jahrhunderte und den Druck römischer Provinzialverwaltung längst verwischt waren'¹⁾. Nihilominus in Dionysii Halicarnassensis arte rhetorica quae fertur XI, 5 Athenienses *τοσοί σοφοί λόγοι* nominantur (cf. fabulae nostrae u. 10 sq.), Iones *ἄβροὶ* et *ἀνεμμένοι*, Boeoti *εὐθύθει*, Thessali *διπλοὶ* et *ποικίλοι*, quin etiam apud Maximum Tyrium sophistam legimus diss. XIII, 2: *Θηβαῖοι ἀλληλικὴν ἐπιτηδεύουσι καὶ ἐστὶν ἡ δι' ἀλλῶν μοῦσα ἐπιχώριος Βοιωτοῖς· Ἀθηναῖοι λέγειν καὶ ἐστὶν ἡ περὶ τοὺς λόγους σπουδὴ Ἀττικῆ· παιδείματα Κρητικὰ θῆραι . . . τὰ Θετταλικά ἱερικὴ κτλ.*, atque similia trita omnino sunt scriptoribus huius aevi: cf. Plut. de gen. Socr. 1, de esu carn. I, 6, Luc. Nigr. 12. 14, Icaromen. 16, Anach. 18, Themist. or. XXVII p. 334 Hard. (403 Dind.), Zenob. II, 28. V, 91, Diogen. III, 12. 46, Macar. II, 79, Greg. Cypr. II, 45. 47 cum Schneidewini et Leutschii adnotationibus. Plane autem nihili sunt quae sequuntur: 'Auch leisere Züge, wie die Heeresintheilung der Mäuse (Fab. 32) nach spartanischen Ilen . . ., die treffliche Vertheidigung des Raben gegen die

quin recte Lachmannus Suidae uersus receperit). Attamen A. Hecker Phil. V p. 489 'ut Theognidis et Solonis praeceptum' illos legere sibi uidetur.

1) Repetit Hecker l. s. s. p. 490 Platonis loco addito Protag. p. 342 D, qui fabulam minus bene illustrat quam recentissimorum supra allati.

Schwalbe, der sie, die Athenerin, der Sykophantie beschuldigt, . . . sind zu eng mit der formalen Behandlung des Gedichtes verwachsen, als dass sie . . . durch die Herübernahme des Fabelstoffes erklärt werden könnten . . . Hier handelt es sich schon um einzelne Wörter, die der populäre Dichter (*petitio est principii*) abgestreift haben würde¹⁾. *Ut ultima haec concedam — quamquam minime sunt concedenda — unde scit Ἰλας istas Lacedaemoniorum²⁾ fuisse? Constat nimirum Ἰλας omni aetate ab omnibus Graecis de militum — etiam Romanorum: cf. Herodian. VIII, 1, 3 — cateruis dictas esse³⁾. Deinde συκοφαντεῖν quid esset, Graecos Romanosque omnes, uel recentissimos intellexisse ex lexicis manualibus colligere poterat: neque igitur fuit causa, cur poeta quamuis nouicius uerbo illo non uteretur; Athenienses autem propter litium cupiditatem carpuntur uel apud Lucianum Icaromen. 16. Nihil igitur haec omnia ualent. Neque maioris sunt pretii quae de Syria Babrii patria Hertzbergius profert p. 184 sq., opinioni illi fundamentum substructurus, ex qua Alexander proemii II est Balas Syriae rex. Nam postquam Schneidewini errorem supra commemoratum repetiit, utiles quasdam O. Schneideri et C. F. Hermanni obseruationes in usum suum detorsit: multa Babrium cum Iudaicis, qui LXX et N. T. composuerint, scriptoribus communia habere — at ea fere omnia in κοινῇ etiam aetatis posterioris inueniri ex Eberhardi obseruationibus p. 14—21 et Zachariaei dissertatione p. 6—16 intelleges; Venerem more Asiatico λέχνοις oblati colli (Herm. l. s. s. p. 808) — at exempla huius ritus Asiana Hermannus omnino non protulit, Italica autem nonnulla infra inuenies; eunuchum sacrificulum consulentem optime cum Syria*

1) Haec omnia repetiit Hecker l. s. s. p. 469 sq.

2) Puerorum potissimum hae fuerunt, itaque minime quadrant ad murium exercitum.

3) Quid, quod ne scriptura quidem certa est, cum Suidas pro Ἰλας praebeat φρήτρας? Quod cum sicut uniuersa fabula ex Homeri B 363 sqq. fictum sit (nam φρήτρα hac notione ab Atticis non dicitur, in quo errauit Schneidew. l. s. s. p. 15, Hertz. p. 182, Kell. p. 360), uere Babrianum uidetur in A Ἰλας glossemate oppressum.

congruere — at Syriae proprius neque eunuchus est, quem in aliam fabulam Phaedrus III, 11 induxit, neque *θύτης* qui more Graecis omnibus Romanisque communi *ἀγνὸν ἤπαρ ἀπλοῖ*. Pergit p. 185: 'Wir fügen hinzu, dass die Dattelhaufen unter den gemeinen Vorräthen eines, wie es scheint ländlichen Speichers (Fab. 108, 18) auf den Orient, und verbunden mit den kamirischen Feigen (u. 25) auf Vorderasien hinweisen¹⁾. Quot uerba, tot errores! Unde scit Hertzbergius cellam penariam (non dico horreum propter u. 21 et 26 sqq.), in qua mus *οικόσιτος* habitet, agrestem esse? Neque urbanam eam Babrius nominat distinctis uerbis, neque agrestem; sed cum urbana sit Aes. H. 297, Hor. Sat. II, 6, 80 sqq., Romul. I, 12 = Phaedr. app. II, 8 Dressleri, Dosith. p. 37 Boeck. haud dubie apud Babrium quoque urbanam esse probabilius est. Deinde quomodo palmulas inter 'copias uiles' referre potest, cum Babrius u. 2 in *ταμείοις πλουσίοισι* eas fuisse dicat? In penu autem diuitis hominis Graeci uel Itali palmulae quamuis externae esse poterant²⁾; quamquam in quibusdam Graeciae et Italiae regionibus palmas inueniri constat, cf. Hehn ed. II p. 232—238. Nihil igitur consequitur ex palmulis commemoratis. Nobilissimas autem ficus Camiraeas (Rhodiacas)³⁾ cur in Asia magis notas fuisse putemus, quam in Graecia ipsa et Italia, plane nulla est causa, nam Rhodii mercatores strenuissimi in omnes fere terras mari medio adiacentes merces suas exportabant. Sed iam sequitur argumentum grauissimum multis hominibus doctis probatum, quod p. 185 plenius quam Fixius his uerbis Hertzbergius expressit: 'Mehr aber, als Alles dies spricht dafür des Dichters Aufenthalt bei den Arabern' — quae supra refutauit — 'und der auf genaue Kenntniss dieses betrügerischen

1) Haec Keller p. 387 uerbosius ut solet repetiit.

2) Hermippus in Phormophoris fr. 61 (p. 149) dicit: *Φοινίκη καρπὸν φοίνικος* [δεῦρ' ἤγαγε] et celebrer erat *οἶνος φοινίκιος* (Athen. I, 29, 8, Archestr. fragm. rec. W. Ribbeck. p. 20). In fabula quae non redit ad Babrium H. 370: *ποιμὴν . . . ἑωρακὸς γαληνῶσαν τὴν θάλατταν . . . φοινίκων βαλάνους πριάμενος ἀνήχθη*.

3) Plin. n. h. XIII, 8 (16) § 59. Athen. III, 75, 80.

Volksstammes gegründete, satirisch erfundene Mythos, Fab. 57. Solche Neckereien und Schmähungen auf den Charakter eines ganzen Volkes haben nur da einen Sinn und können nur da auf Anerkennung rechnen, wo bereits nationale Antipathien vorliegen, wie sie sich nur zwischen Nachbarvölkern ausbilden'. Mythos autem ut ita dicam fabulae illius — in qua Hermes mendacia in mundum inuehens ab Arabibus spoliatur — a Babrio ipso fictus esse non uidetur. Legimus enim apud Strabonem geogr. I, 42: *Ἡσιόδος δ' ἐν καταλόγῳ φησὶ* (fr. 9 M. 46 Fl.) *“Καὶ κούρην Ἀράβοιο¹⁾, τὸν Ἑρμῶν ἀκάχητα Γείνατο καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.”* *Οὕτω δὲ καὶ Στήσιχος λέγει* (Bergk. lyr. p. 991). *Εἰκάζειν οὖν ἐστίν, ὅτι ἀπὸ τούτου καὶ ἡ χώρα Ἀραβία ἤδη τότε ὀνομάζετο· κατὰ δὲ τοῖς ἥρωας τιχὸν ἴσως οὔπω.* Apud Hesiodum igitur et Stesichorum Arabes a Mercurio originem ducunt: quo in mytho similem inesse sententiam aetiologitam atque in Babriano (cur Arabes sint *ψευσταί τε καὶ γόητες*) non negabis collatis eis, quae Preller (Mythol. I p. 328 Plew.) et Roscher ('Hermes der Windgott' p. 48 sq.) disseruerunt de Mercurio furum deo et fraudatorum²⁾. Veri autem non dissimile est mythi formam Babrianam quamuis nouiciam per uarias mutationes ad ipsum Stesichorum redire a Strabone nominatum, sicut ad eum redeunt Bodl. Knoell. fab. 23 teste Cratete Pergameno apud Ael. nat. an. XVII, 37 et 117 teste Aristot. rhet. II, 20³⁾. Deinde

1) *Ἀραβος* hoc loco nomen proprium herois Arabum eponymi esse apparet; contra Aesch. Pers. 318 *καὶ Μᾶγος Ἀραβος Ἀρτάμηι τε Βίκτριος* ipse populus intellegendus uidetur propter symmetriam (quamquam Meinek. iterum pro nomine proprio habet).

2) Aliter Moursius Phoenizier II, 3, 1 (Handel) p. 287 sub Mercurio Hesiodo Baal Phoenicium latere suspicatus est: quod non credo, cum certe non lateat sub Babriano ratione haud dissimili cum Arabibus conexo.

3) Haud scio an Stesichori mythum a Babriano eo diuersum fuisse quis coniectet, quod Mercurius posteris suis merces illas (*ψεύσματα, ἀπάτην, πανουργίην πάσαν*) aut omnes aut maximam earum partem ultro dono dederit, sicut fab. 165 Ehb. *ψεύδους φάρμακον* opificibus praebet (*εγχεῖ*), omnium autem plurimum coriariis. Sed 'in tenebris micamus'. Ceterum memorabile est quod legimus apud Damasc. uit. Isid. (in Diog. Laert. ed.

quae Hertzbergius dicit de inimicitii populorum uicinorum ea ipsis illis Hesiodi et Stesichori testimoniis refelluntur, quibus facili negotio alia addi possunt, uelut quod de tibicine Arabico legimus apud Stephanum Byzant. s. u. *Ἀραβία*, Zenobium II, 58, Apostolium III, 71 (qui Canthari et Menandri uersus huc pertinentes seruauerunt: cf. Meinek. com. Gr. II, 2, 835, IV p. 80). Ceterum hac fabula confirmari putat Branchi patrem Alexandrum Balam esse ab Arabibus — ad quos regno expulsus confugerat — interfectum: quod quamquam haud pauci uiri docti probauerunt¹⁾, unum tamen Eberhardi iudicium ego probo, qui Kellerum p. 390 Hertzbergi sententiam repetentem his uerbis refutat: ‘uerba f. 57, 12 *ἐντεῖθεν Ἀραβῆς εἰσιν κτλ.* tantum abest ut quicquam pro Kellers sententia efficiant ut ei obsint. Nam si quis neci tam perfidae atque atroci interfuerit, is profecto non tam leuibus uteretur uerbis quae Arabes non nisi mendaciorum et fallaciae accusant’.

Reliquum est unum argumentum p. 186—189 multis uerbis expressum, quo apud regem Alexandrinum Babrium Alexandrinum uixisse Hertzbergius opinatur effici. In fab. 106 (leo, bestiae hospites, uolpes, simius) quae insit sententia frustra quaeres; ineptissima est quae legitur in epimythio. Boissonadius igitur putat ‘intellegendam esse fabulae allegoriam de condicionis aulicae uitii; de principum uel optimorum negligentia qui res infirmis circa se familiaribus credant; de ueteribus amicis quorum prisca merita obscurat nouorum hominum praesentia’. Sed ne sic quidem fabula placuit C. F. Hermanno l. s. s. p. 471, qui a Babrio — cuius de ingenio et indole impeditissimum est iudicium — omnino alienam eam esse satis inconsulte contendit: quam sententiam etiam Hochius secutus est de Babr. p. 56²⁾. Hertzbergius uero noua inter-

Cobet) p. 200: *ὅτι Διόνυσος, φησί (Isidorus), Λυκοῦργον καὶ τοὺς ἐπομένους αὐτῷ Ἀραβας κατηγωνίσαστο οἶνον... καταρράνας τὴν πολεμίαν στρατιάν· ἐξ οὗ καὶ τὴν πόλιν ἐκάλεσε Δαμασκόν.* Dionysum opprimere conantur Arabes, sicut Mercurium apud Babrium.

1) Keller p. 390, Gutschmidius Fleck. Jahrb. LXXXVII p. 323, Maennelius Philol. XXIX p. 169, alii.

2) Noua quae Hochius affert argumenta, cur subditiua sit fabula,

pretandi ratione usus (probante Bernhardyo II² p. 746 ed. III) suam ipsius condicionem Babrium allegoria uel parodia significare conicit p. 186 sqq.: uolpem Babrium esse ipsum, leonem regem aliquem diadochorum alterius a. Chr. n. saeculi, fortasse Ptolemaeum Physconem (p. 188), qui ostentationis et delectationis causa homines litteratos — quo refert *συνεζήτει* u. 10 — ad aulam suam uocarit, sed pessime saepe eos et ipse tractarit et ab aulicis nobilibusque, fabulae simio significatis, tractari passus sit.

Quae de fabula sententia etsi uera esset, tamen ceteris argumentis dissolutis certum non praebet indicium, cur Alexandrinum poetam Babrium fuisse putaremus: nam plane eadem ratione cum alii reges nobilesque, tum imperatores Romani haud pauci uiris doctis poetisque usi sunt. Sed non est uera: quis enim sibi persuadebit Babrium se ipsum uolpem fecisse esurientem mendicam ueteratricem? Quis simium hospitibus optima suilla apponentem aulicum esse putabit, qui Babrium luserit aut laeserit — nam de ipso cibo poetae subducto Hertzbergius uix serio cogitauit¹⁾. Denique quis tyrannum uanum et rudem latere credit sub leonis persona, qui dulcissimis his describitur uersiculis 1 sqq.:

*Λέων ποτ' ἀνδρῶν βίον ἄριστον ἐζήλου²⁾.
καὶ δὴ κατ' εὐρὴν φρωλεὸν διατρίβων*

nulla sunt. 'Desunt huic fabulae pressa et tenuia quibus Babrianae fere omnes conspicuae sunt.' Num pressa et tenuis est fab. 95, quam ipse p. 35 egregiam nominat? 'Septies trochaeus inuenitur in fine' (p. 36 coll. 22). Inuenitur sexies et deletur bis correctione aut necessaria (27) aut maxime probabili (4 coll. 57, 12); quattuor trochaei in 30 uersibus dubitationem non mouent: cf. Ehb. obs. p. 8. Ex 'locutionibus singularibus et nimis arcessitis' nihil sequitur, nam eas etiam alibi B. adhibet, cf. Zachariae p. 16 sq. Ipse fabulae sermo uere Babrianus est, cf. Nab. Mnem. IV p. 437.

1) Quamquam talia concludi possunt ex uerbis 'hatte nun der Dichter die dem Fuchs in der Fabel widerfahrene Behandlung hinnehmen müssen . . .'

2) Prauissime hunc uersum interpretatur Hertz. p. 187: 'Aber irren wir nicht, so ist doch grade dies eine überaus boshafte Wendung, dass Babrios den Löwen express den Entschluss fassen lässt, ein Leben „nach Art der Menschen“ und in möglichst humaner Weise zu führen. Wird doch dadurch der Gedanke erst recht scharf hervorgehoben, dass eigent-

ὅσων ἀρίστην ὁροτρόφων φρυγὴν ἔγνω
φιλοφρονεῖσθαι γνησίως ἐπειράθη κτλ.,
et 29:

ὁ λέων δὲ τερφθεὶς ὡς λέων τε μειδήσας κτλ.¹⁾

Summo iure somnia ista Eberhardus obs. p. 14 damnauit, quibus 'pulcherrima fabula in allegoriam pessimam conuertetur'. Meo quidem iudicio haec una est ex paucissimis istis Graecis, quae ad primariam illam quam 'Thiermärchen' uocamus formam quam proxime accedant²⁾. Recto autem sensu ductus Naber Mnemos. IV p. 437 dicit fabulam 106 fragmentum esse et narratiunculae finem desiderari: fortasse olim cum alia coniuncta erat, qua uolpes quo modo simium ultra esset describebatur, cf. Halmii f. 255³⁾ et 44⁴⁾.

lich der Löwe trotz seines Vorgebens nur ein Löwe sei und bleibe, d. h. eine wilde Bestie sei'. Unde habet illa 'den Entschluss fassen' et 'nach Art der Menschen'? *Α. β. α. εζ.* simpliciter est 'hominum uitam optimam aemulabatur'.

1) Audi modo Hertzbergium: '... die beinahe gefährliche Wendung am Schluss... dass der Löwe zu der Klage des Fuchses „wie ein Löwe gelächelt“ und sie abgewiesen habe. Man wird gewiss das bitter-süsse, plumpe, hämische und in summa bestialische Lächeln, das dabei herauskommt, nicht.. in ein „gnädiges“ (*ἰλεως* coni. Saupp.) verflachen wollen': quae omnia uno *τερφθεὶς* uerbo refelluntur. Verum uidit Eberh. obs. p. 13.

2) Alia est Babrii 95, in qua leo rex et uolpes familiaris eius iterum sunt protagonistae: ipsa enim narratione satis longa (100 uersuum) sententia nulla illustratur, dicterio autem ultimorum uersuum simillima habes in fabellis Germanorum popularibus Grimmii 60 p. 243 et 81 p. 314.

3) Lupus uolpem apud leonem aegrotantem accusat, quod eum non uisat; uolpes, qui medicus est Rom. app. 32, superueniens medicamentum leoni se quaesiuisse simulat; leoni quodnam sit interroganti respondet: *εἰ λύκον ζῶντα ἐκδείρας τὴν αἰτοῦ δορὰν θερμὴν ἀμφιέσῃ*, id quod facit leo (cf. fab. Bodl. 3). Ipsum simium leo edit Phaedr. IV, 13, 20 sqq. Dressler = Rom. III, 20, cum medici morbum simulanti ei suasissent, ut cibum leuem sumeret qui 'tolleret fastidium' (quo dolo etiam Lamia utitur fabellae popularis Schmidt, gr. Märchen p. 74). Quocum coniungendum est quod legimus Ael. u. h. I, 9: *λέοντα δὲ νοσοῦντα τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὀνίησι· φάρμακον δὲ ἐστὶν αὐτῷ βρωθεὶς πίθηκος* et nat. an. V, 39: *ὅταν δὲ ὑπερπλήσῃ... πιθήκῳ περιτυχῶν καὶ τούτου φαγῶν, κενούται*; cf. etiam Plin. n. h. VIII, 16, Horapollon II, 76 p. 92 Leem. cum adn. p. 364.

4) Volpes simium in pedicam illicit, cf. Archil. fr. 90 sq. Bgk.

Hertzbergi sententiam eisdem fere argumentis firmatam a. 1850 A. Hecker (in epistola crit. ad Schneidewinum data Philol. V p. 488 sqq.) et a. 1859 Antonios Polyta (in sua Babrii editione) ¹⁾ repetierunt; noua haud pauca addidit O. Keller, qui a. 1862 in libro quem de fabulae Graecae historia conscripsit omnium copiosissime de hac quaestione disputauit. Ac primum quidem Babrium ortu fuisse Syrum ²⁾ denuo comprobaturus, praeterquam quod prooemii II initium, quo Schneidewinum praeue usum esse intellexerat ³⁾, uilibus argutiis in usum suum conuertit ⁴⁾ atque nonnulla aliorum argumenta uerbis plurimis reddidit, haec protulit: 'Als Inbegriff des Kostbaren auf der Welt gelten ihm die Schätze des erythraeischen Meeres. Denn auf die Frage des Adlers (F. 115) *πόσον... δώσεις...* antwortet die Schildkröte: *τὰ τῆς ἐρυθρῆς πάντα δῶρά σοι δώσω...* Die nächste Strasse aber zu den Brennpunkten des antiken Handels gieng für die Schätze des erythraeischen Meeres... über Syrien und die anstossenden Wüsten'. At hercle etiam in Europa mare rubrum nobilissimum erat terrae-

1) Liber eius rarissimus sic inscribitur: *Ἡ Αἰσώπειος φιλοσοφία παρ' Ἑλλήσι, ἐκδοθεῖσα καὶ συναρμολογηθεῖσα ὑπὸ Ἀντωνίου Πολύτα, Μέρους Α' τμήμα α' Βαβρίας. Κερκύρα 1859.* Noui in eo nihil inuenies nisi unam coniecturam falsam (σελ. μζ' fab. 116, 16 *κακόν ἐστι δαρθεῖν*) atque duas Gregorii Cyprii fabulas ineditas (seruatas ἐν τῇ Βασιλικῇ τοῦ Μονάχου βιβλιοθήκῃ: σελ. λγ'), quarum argumenta exstant H. 361 et 365.

2) Haec opinio falsa uel certe parum confirmata etiam Landsbergero (p. XII) Hartungio (p. 18) Bernhardyo (II² p. 744) Nicolaio (I p. 104) Maenelio (Philol. XXIX p. 169: 'nemo iam negat B. in Syria ortum esse') Zachariaeo (p. 24) ipsique Eberhardo (obs. p. 3: 'dubitari uix posse quin uel in Syriae uel in confinibus regionibus degerit') ceteris cautiore probatur.

3) Ne Bernhardy quidem intellexit, cum dicit: 'da... das Vorwort... den Ursprung aesopischer Fabeln von den Syrern herleitet' etc.

4) 'Nun kann man sagen, dass B. gerade den umfassenderen Namen vorgezogen habe (*Σύρου*s Assyriorum loco), um seine Landsleute nicht... ganz auszuschliessen; oder es lässt sich hören, dass nach dem Zuge des assyrischen Handels zu schliessen B. in Syrien jedenfalls leichter als irgendwo sonst assyrische Tradition erfahren konnte', quamquam ipse concedit 'mit eigentlicher Sicherheit weist die Notiz für sich allein nicht nach Syrien'.

indem dort die Bosheit gelingt . . . Auch ist viel natürlicher, dass Jemand um ein Thier zu strafen . . . ihm einen Feuerbrand an den Schwanz bindet, als dass er dies thue, um Saatefelder in Brand zu stecken' etc. Sed discrimen illud, quod ipse Hartungius inter fabulam Babrianam et narratiunculam illam Iudaicam intercedere sensit, tantum est, ut alteram ex altera ortam esse non concederem, etiamsi certum argumentum non haberem. Sed habeo. Babrianae enim fabulae narratio plane gemina exstat apud Ouidium fast. IV, 681 sqq., qui a Carseolano hospite eam se accepisse dicit. Itaque hoc quoque argumentum concidit, nisi fortasse rusticum illum Syrum personatum fuisse Ouidioque uerba dedisse putas. Reliqua: 'die ganze Thierwelt, wie sie unser Dichter auf die Bühne seiner Fabeln bringt, kann man in Syrien wiederfinden . . .', si aliquid probant, fabulas quasdam in Syria ortas esse probant, sed ne id quidem, cum eadem fere animalia etiam in Asia minore et in Libya uixerint uel certe terrarum illarum incolis nota fuerint¹⁾. Asiam autem minorem et Cyrenaicam fabularum plurimarum patriam esse ueteres scriptores haud pauci disertis uerbis testati sunt (cf. Kellerum p. 350—359), ipsam Syriam nemo.

Omnibus igitur Kelleri argumentis non adducor, ut Babrium natione Syrum esse pro certo habeam uel pro simili uero. Neque probabiliora mihi uidentur quae de aetate poetae

1) Quamquam Keller dicit p. 387 extr.: 'hätte er etwa im westlichen Kleinasien gelebt, so würde uns der Boden für den Tiger wie für den Araber und sein Kamel fehlen' — quasi de bestiis et hominibus peregrinis narrationes fingere uel certe fictas repetere non potuerit, sicut crocodillos pantheras leones all. Phaedrus induxit. Sed dicit Keller adn. 103: 'das Praedicat τὸ πᾶν *θημαίη* (95, 19) ist für das insularische Vorkommen des Tigers in den Grenzdistricten seiner Verbreitung zu bezeichnend, als dass man nicht daraus auf eine wirkliche Bekanntschaft des B. mit diesem Thiere schliessen müsste: wahrscheinlich hat man an den in der unmittelbaren Nachbarschaft Syriens gemeinen babylonischen Tiger zu denken'. Sed quomodo uolpes tigridem uel *tigridem* uel *tigridem* potuit propter raritatem? Praeterea haec notio omnino non inest in *θημαίος* uerbo, quod semper est 'solus' uel 'soluagus': propter animi igitur asperitatem tigris uel *tigridem*, sicut ad animum etiam *ἀλαζών* et cetera omnia spectant.

que illae tamquam beatorum insulae celebrabantur: *περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς Θαλάσσης* Agatharchides Cnidius quinque libros conscripsit (Muell. fr. hist. III, 190 sqq.) itemque Pythagoras testibus Athenaeo IV p. 183 F, XIV p. 633 F et Aeliano nat. an. XVII, 8, atque ipse iam Aristophanes dicit auu. 144 sqq.: *ἀτὰρ ἔστιγ' . . . εὐδαίμων πόλις* || *παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν Θάλατταν* (cf. equitt. 1088) et Hedyle anthol. Bergk. p. 131: *ἡ κόγχου δωρήματ' Ἐρυθραίης ἀπὸ πέτρης*. Paulo inferius quae sequuntur 'die landschaftlichen Bilder . . . passen sehr wohl auf ein Land, wo weite Sandwüsten mit kräuterreichen Matten, üppige Küstenstriche mit ewig beschneiten Alpen abwechselten', ea commemorasse satis habeo. Neque plus ualet quod dicit: 'auf Syrien passt auch das Epitheton des Fuchses *ἀμιπέλων τε καὶ κήπων ἐχθρά* F. 11 in besonderem Grade, wie man aus dem Hohenliede 2, 15 ersehen kann' 1) — nempe uolpes ubique uinetis et hortis aequae infestas esse et ex ipsa rerum natura consequitur et colligitur ex plurimis scriptorum testimoniis, cf. Arist. equitt. 1076 sq.: *ἀλωπεκιοῖσι τοῖς στρατιώταις ἤκασεν, || ὅτι βότρως τρώγουσιν ἐν τοῖς χωρίοις*, Theocrit. id. I, 45 sqq., ubi puer *πυρραίας σταφυλᾶς* a uolpibus defendens describitur, V, 112: *ἀλώπεκας, αἱ . . . ῥαγίζονται*, notissimam de uolpe et uuis fabulam Phaedr. IV, 3 (quae non hausta est ex Babr. 19), Plaut. Most. 559 R. 'tam facile uinces quam pirum uolpes comest'. Grauius uidetur argumentum quod addit: 'auch die Geschichte von dem Manne, der zur Erntezeit einem Fuchs einen Feuerbrand an den Schweif bindet, führt unwillkürlich unsere Gedanken in jenen Landstrich, wo die Sagen von Simsons Abenteuern verbreitet waren' 2). Auctorem profiteri debebat Hartungium, qui simillima dicit p. 162: 'diese Fabel kann zum Beweis dienen, dass die ursprüngliche Heimath der Fabeln Syrien gewesen ist. Doch ist sie wohl näher an der Quelle geschöpft als die Simson'sche, welche viel roher erscheint,

1) Hoc argumento usus est iam Landsberger p. XII. XCII.

2) Similia legimus p. 328: 'die Babrianische F. 11 . . . ist höchst wahrscheinlich blosser Umarbeitung einer noch zu B.'s Zeiten in Syrien geläufigen Volkssage'.

indem dort die Bosheit gelingt . . . Auch ist viel natürlicher, dass Jemand um ein Thier zu strafen . . . ihm einen Feuerbrand an den Schwanz bindet, als dass er dies thue, um Saatkfelder in Brand zu stecken' etc. Sed discrimen illud, quod ipse Hartungius inter fabulam Babrianam et narratiunculam illam Iudaicam intercedere sensit, tantum est, ut alteram ex altera ortam esse non concederem, etiamsi certum argumentum non haberem. Sed habeo. Babrianae enim fabulae narratio plane gemina exstat apud Ouidium fast. IV, 681 sqq., qui a Carseolano hospite eam se accepisse dicit. Itaque hoc quoque argumentum concidit, nisi fortasse rusticum illum Syrum personatum fuisse Ouidioque uerba dedisse putas. Reliqua: 'die ganze Thierwelt, wie sie unser Dichter auf die Bühne seiner Fabeln bringt, kann man in Syrien wiederfinden . . .', si aliquid probant, fabulas quasdam in Syria ortas esse probant, sed ne id quidem, cum eadem fere animalia etiam in Asia minore et in Libya uixerint uel certe terrarum illarum incolis nota fuerint¹⁾. Asiam autem minorem et Cyrenaicam fabularum plurimarum patriam esse ueteres scriptores haud pauci disertis uerbis testati sunt (cf. Kellerum p. 350—359), ipsam Syriam nemo.

Omnibus igitur Kelleri argumentis non adducor, ut Babrium natione Syrum esse pro certo habeam uel pro simili uero. Neque probabiliora mihi uidentur quae de aetate poetae

1) Quamquam Keller dicit p. 387 extr.: 'hätte er etwa im westlichen Kleinasien gelebt, so würde uns der Boden für den Tiger wie für den Araber und sein Kamel fehlen' — quasi de bestiis et hominibus peregrinis narrationes fingere uel certe fictas repetere non potuerit, sicut crocodillos pantheras leones all. Phaedrus induxit. Sed dicit Keller adn. 103: 'das Praedicat τὸ πᾶν ἐρημαίη (95, 19) ist für das insularische Vorkommen des Tigers in den Grenzdistricten seiner Verbreitung zu bezeichnend, als dass man nicht daraus auf eine wirkliche Bekanntschaft des B. mit diesem Thiere schliessen müsste: wahrscheinlich hat man an den in der unmittelbaren Nachbarschaft Syriens gemeinen babylonischen Tiger zu denken'. Sed quomodo uolpes tigridem uituperare potuit propter raritatem? Praeterea haec notio omnino non inest in ἐρημαῖος uerbo, quod semper est 'solus' uel 'soluiagus': propter animi igitur asperitatem tigris uituperatur, sicut ad animum etiam ἀλαζών et cetera omnia spectant.

protulit p. 389 sqq. Profectus est autem a fabula 85, quam simili atque Bergkii et Hecker¹⁾ ratione interpretatur: nam cum canis ibi Achaeus canum omnium (Cretensium, Molossorum, Acarnanicorum, Cypriorum) dux sit in bello contra lupos gerendo atque de ἀνομιότητι canum queratur, Babrium eo significasse foedus Achaicum bellumque nescio quod ab Achaeis gestum ('den Todeskampf der hellenischen Freiheit, die Zeit des achäischen Bundes' p. 389). Cum autem et lingua alterius potius quam tertii a. Chr. n. saeculi sit et plurimi homines docti post illam aetatem Babrium uixisse existiment, regem aliquem Alexandrum (prooem. II, 1) quaerendum esse, qui ultimis belli Achaici temporibus in Syria regnauerit: eum esse unum Alexandrum I Balam.

Huius disputationis quasi cardo uersatur in eo, quod ad concilium Achaicum fab. 85 refertur. Sed si quidem de eo cogitauit poeta, cur Achaeorum socios primarios, Thebanos, Boeotos, Chalcidenses, alios, non commemorauit, satis obscuros illos ignobilesque Dolopes et Acarnanes (cf. Kellerum p. 389 adn. 104) nominauit? Cur Molossos, Thraeces, Cyprios, quibus nihil unquam quantum scio cum Achaeis rei fuit? Sed leuiora haec mittamus: ipsum fabulae argumentum quadretne in 'ultima societatis Achaicae tempora' uideamus. Queritur dux u. 6 sqq. de ἀνομιότητι canum:

... ἡμῶν δ' ἤλθον οἳ μὲν ἐκ Κρήτης

10 οἳ δ' ἐκ Μολοσσῶν εἰσιν, οἳ δ' Ἀκαρνάνων κτλ.

Quae ad inimicitiam Lacedaemoniorum potissimum et Achaeorum Keller, ut uidetur²⁾, referenda esse putat: prauissime,

1) Is l. s. s. p. 458 argumentum, quod longa disputatione exposuit Keller, paucis tantum adumbravit: itaque cum Kellero potissimum res mihi est.

2) Vix certi quicquam ex perplexis eius uerbis elicies, quae p. 389 media leguntur: '... während dagegen die Lakedaemonier mit ihrer kleinlichen, engherzigen, von blinder Eifersucht geleiteten Politik nirgends werden Sympathieen besessen haben. Darum schweigt B. von den ausgezeichneten lakonischen Hunden... Muss nicht nothwendig... bei der Schilderung der unseligen Zerrissenheit (= ἀνομιότης!) der verbündeten Hundestämme ihren einigen Feinden gegenüber, im Geiste des Dichters sich die Parallele

nam — ut alia omittam — de ipsorum δήμου membrorum ἀνομιότητι sermo est, Lacedaemonii uero nunquam Achaeorum socii fuerunt, immo hostes semper ultimoque tempore διωμαίζοντες. Quominus autem ad ipsa concilii Achaici membra ea referamus, impedimur eo, quod plane nihil de eorum discordia nobis traditum est.

Multo etiam minus quadrant reliqua. Qui sunt λύκοι? Romani sunt ex Kelleri sententia (cf. p. 389 not. 104), qui circa annum 146 foedus Achaicum soluerunt, Graeciae libertatem extinxerunt¹⁾. Sed quis est dux ille egregius et cautus? Non adest in bello Achaico exeunte, ubi Diaeus et Critolaus, δημαγωγοὶ audacissimi et temerarii, rei Achaicae praeerant. Keller autem p. 389: 'die Sonne von Hellas' inquit 'gieng unter und warf im Scheiden ein paar blutigrothe, aber auch wunderschöne(!) Streiflichter über die Erde. Helden, wie Aratos und Philopoemen, die ihr Leben der Erkämpfung eines so edlen patriotischen Zieles opferten, müssen, so weit die griechische Zunge herrschte, die innigste Theilnahme bei allen Braven im Volke gefunden haben: ita ut Philopoemenem uel Aratum ducem illum fabulae esse existimare uideatur, qui centum fere annis ante ad nouum florem res Graecas reuocarant. Iam uides, quantopere Kelleri sententia sibi ipsi repugnet: bellum canum et luporum refertur ad ultima tempora foederis Achaici corrupti et perditum, a primordiis et ipso flore dux depromitur!

Reicienda igitur est haec fabulae interpretatio. Sed cur Achaicum ducem canum Babrius nominauit, cum canes Achaici

mit dem Schicksal des untergehenden Hellas von selbst gezogen haben?' — ubi circulus in se ipsum recurrit, nam quod comprobaturus est ponit.

1) Hoc iam Hecker l. s. s. p. 488 est suspicatus, qui pro argumento addit: 'nomine λύκων poetam significasse Romanos hinc patet, quod hostes dictitabant Romanos lupos, v. Ruhnck. ad Vellei. Pat. II, 27'. At quoslibet milites fortes ferocesque lupos dixeris, sicut ipsos Graecos dixit iam Homerus II. II, 156. 352, Graecos Troesque A 471, A 72 et Lycophro Alex. 1444 στρατηλάτην λύκων Alexandrum nominauit. Praeterea bellum a lupo cum canibus gestum plurimis omnino fabulis celebratur.

nequaquam nobiles fuerint¹⁾? Homerum lepida parodia imitatus esse uidetur, apud quem Achaeus Agamemno (*B* 569 sqq.) summus Graecorum est rex: similis parodia perspicitur in fabula 31 bellum mustelarum et murium continente²⁾ et 106, in qua leonis conuiuium ad Homericorum exemplar describitur³⁾. Itaque cum plane nulla sit causa, cur de societate Achaica cogitemus uel omnino pro allegoria fabulam simplicissimam habeamus, Kelleri illa de Alexandro Bala suspicio quasi ex aëre pendet.

1) Haec potissimum causa fuit, cur et Keller et Bergk de societate Achaica cogitarent. Cf. Kell. p. 398: 'es ist gewiss kein Zufall, dass sich die Hunde zu ihrem Bundesgeneral einen Achaer erkiesen. Denn weit entfernt, dass die achaischen Hunde für die besten . . . gegolten hätten, weiss kein anderer Schriftsteller etwas von ihrer Trefflichkeit . . . Wäre die reine Objektivität für B. das leitende Princip gewesen, so hätte er . . . einen Lakoner oder Molosser zum Anführer wählen lassen müssen . . .' — Bergk. l. s. s. p. 131: 'how strange it is, that an Achaean dog is chosen general! Had it been a genuin simple Brute-fable, we should have expected that the poët would rather have introduced a Laconian dog, or even a Molossian or Cretian'.

2) V. 9 duces murium mures in *φρήτρας* distribuunt — quam Suidae scripturam unice ueram uideri supra exposui — sicut *Il. B* 363 sqq. Graecos Agamemno; u. 12 priusquam ipsi exercitus proelium conserunt, legitur *καὶ τις γαλῆν μὲν προῦκαλεῖτο θαρσίσας*, sicut Paris ante ipsorum exercituum pugnam Graecos euocat *Il. Γ* 18 sqq.; uu. 13 sqq. *Ὀμηρικώτατοι* sunt: *οἵτε στρατηγοὶ λεπτὰ πηλίνων τοίχων* || *κάρφη μετώποις ἀρμόσαντες Ἀτρεΐδαις* || *ἰσοῦντο, παντὸς ἐκφανέστατοι πλήθους* (ubi *Ἀτρ. ἰσ.* ingeniosa et probabilis Seidleri est coniectura pro codicis *ἀρχαῖα ἡγούντο*), cf. *Il. B* 580: [*Ἀγαμέμνων Ἀτρεΐδης*] . . . *πᾶσιν δὲ μετέπρεπεν ἡρώεσσι* et *Γ* 161 sqq.; u. 21 sqq.: *Νίκη δ' ἐπ' αἰτοῖς καὶ τρόπαιον εἰστίκει* (cf. *Batrachom. u.* 159) || *γαλῆς ἐκάστης μὲν στρατηγὸν ἐλκοῦσης* (*ἔλκειν* eodem fere sensu dictum uidetur quo *Ω* 15 *Ἐκτορα δ' ἔλκεσθαι δησάσκετο*: 'fortschleppen' uix recte Hartung.).

3) Plura etiam HomERICA in argumentis inueniuntur, cf. grues in *Pygmaeorum* terram uolantes *fab.* 26, 10 = *Il. Γ* 5 (*A* 460), *κολοιοὺς* et *ψᾶρας* *fab.* 33 eadem ratione coniunctos atque *Il. Π* 593, *P* 755; *πύλας ὀνειρείας* 30, 8, cf. *Od. δ* 809. *τ* 562; heroicam sortiendi rationem *fab.* 68, 4—7. Sermo uero formis (*O. Schneid.* l. s. s. p. 535 sq. *Schneidew.* l. s. s. p. 20 sqq.) uerbis locutionibus (*Kell.* § 38 p. 397 sq., *Zach.* § 4) Homericis ubique reuertus est.

Sed restant quaedam, quibus Keller certe Alexandrinum fuisse Babrium indicari opinatur. Nam postquam p. 391 sq. de uniuerso temporis illius ingenio, quod tamquam speculo fabulis Babrianis redderetur, multa uerba fecit, p. 392 med. 'Noch möchte ich zwei Momente aus B. hervorheben' inquit 'die ebenfalls mit ziemlicher Bestimmtheit auf die oben angenommene Periode hinweisen. Das erste ist das an Molière erinnernde (!) Hohngelächter des B. über die schlechten Aerzte seiner Zeit . . .¹⁾ Es erscheint dies bei der Höhe, welche die theoretische Medicin in der alexandrinischen Periode erklimm, kaum begreiflich; allein dass in der Praxis gar manche Curen vorkamen, welche dem Credit der damaligen Aerzte Eintrag thaten, zeigen Fragmente aus der neuen attischen Komödie (z. B. Men. Monost. 699) und namentlich die Menächmen des Plautus' — proinde quasi posteriore tempore mali medici non fuerint uel a poetis, uelut a Luciano in Tragodopodagra (uol. III p. 443 Iacob.) et in lepidissimo epigrammate 52 (uol. III p. 469), a Nicarcho Anth. Pal. XI, 112 sqq., a Stratone ib. 117, derisi non sint! Neque minus leuia sunt quae sequuntur: 'Ein zweiter hinsichtlich der Zeitbestimmung des Babrios noch bemerkenswerther Umstand ist, dass unter den bei ihm auftretenden Hausthieren . . . auch die Katze erscheint. B. ist der erste Schriftsteller²⁾, der ihrer als eines auch ausserhalb Aegyptens verbreiteten Hausthiers gedenkt . . .' At unde scit Keller *αἰλουρον* Babrii non mustelam esse uel melem, sed felem domesticam³⁾, cum haec animalia ueteres accurate non distinxerint (cf. Fur. Aes. II not. p. 10 sq. 24; Perizon. ad Ael. u. h. XIII, 4; Eberh. obs. p. 21 extr.; Hehn. Culturpfl. u.

1) Fab. 75 legimus *Ἰατρὸς ἦν ἄτεχνος· οὗτος ἀρρώστων . . . φησὶν κτλ.* Hinc quasi arte magica iudicium illud generale Keller elicit.

2) Hanc 'petitionem principii' recte nominat Eberh. obs. p. 21. Pro argumento Keller postea addere uidetur, felem Babrianam semiferam esse et gallinis infestam: quasi felis domestica importata semifera fuerit uel nostro tempore pullos non rapiat.

3) Lepidum est, quod Naber e contrario (Babrium felem non nouisse uideri) 'poetam satis antiquum' fuisse concludit: quode postea.

Hausth. p. 400 sq. ed. II)? Incertum igitur est quo Keller nititur fundamentum ¹⁾. Sed audiamus reliqua: 'Dass eben zu jener Zeit, um die es sich jetzt handelt, die Verbreitung der Hauskatze über Syrien erfolgt ist, wird man theils wegen der Höhe der Civilisation des damaligen Syriens' — at quo uinculo mystico feles domesticae cum Graeco cultu a Seleucidis disperso coniunctae sunt? — 'theils wegen der vielfachen nahen Beziehungen des Seleukidenreiches zu dem der Ptolemaeer mit Sicherheit annehmen dürfen: denn dass von Aegypten die Domesticierung unserer Hauskatze ausgegangen ist, kann als ausgemacht angesehen werden . . . ; von hier aber muss (!) ganz natürlich die Verbreitung dieses nützlichen Thieres den Weg über Syrien eingeschlagen haben, und zwar zur Zeit der Seleukiden: quae omnia mera autoschediasmata esse neminem qui aliqua animi intentione ea legerit fugiet.' Sed etiam si Seleucidarum tempore feles domesticae in Syriam aliasque terras importatae essent — quode nihil scimus ²⁾ —, tamen nihil aliud inde sequeretur, nisi post tempus illud Babrium uixisse: quod animo lubenti concedo.

Omnia igitur, quibus Keller usus est, argumenta franguntur quasi culmi ³⁾. Sed post Kellerum sententiam illam ipse Alfredus Gutschmidius defendit in Fleckeiseni annalibus uol. LXXXVII (1863) p. 323 sq. ⁴⁾. Proficiscitur a Brancho nomine rarissimo, quod ad Apollinem Didymaeum, Branchi

1) Hehnio p. 402 si credis *αἰλουρος* Babrii est meles, *γαλή* mustela.

2) Ante saeculum IV in terris Graecis Romanisque certum felis domesticae uestigium reperiri Hehnius l. s. s. negat (cuius disputationi p. 403 addas memorabile Luxorii testimonium Anthol. ed. Ries. 375 et anonymi 181).

3) Idem Eberhardi est iudicium, qui in obs. Babr. (1865) p. 1 sq. Kelleri opiniones breuiter refutauit; nimis breuiter fortasse, neque enim errores suos K. reuocauit, immo in Paulyi Real-Encycl. I² p. 2210 (1866) 'man kann daher' inquit 'die früher' nimirum ante librum eius editum 'geläufigen Hypothesen zu den antiquirten zählen', Maennelius autem Philol. XXIX (1870) p. 169 Kellerum 'diligenter prudentique iudicio' hanc quaestionem tractasse dicit.

4) Cf. etiam annales qui inscribuntur 'Zeitschrift der deutschen Morgenländischen Gesellschaft' XV p. 28.

Branchidarum aui patrem, referendum esse censet. Iam constare Seleucum pro Apollinis filio habitum esse (Trogi XV, 4, 3) sororemque habuisse Didymaeae nomine praeditam (Io. Malala VIII p. 252); cum oraculo autem Branchidarum commercium eum habuisse ex inscriptione C. I. Gr. 2852 locisque a Boeckhio collatis intellegi. Quare non posse dubitari quin ex Seleucidarum familia Branchus ille Babrii oriundus sit; nihil autem obstare quominus 'Branchus' nomen sit puerile ipsius Antiochi VI Epiphanis Dionysi, Alexandri filii, qui decem annos natus a Tryphone interfectus sit (Mueller fr. hist. II p. XX). Sed ultima haec uel eo refelluntur, quod inter priorem fabularum librum uel editionem et posteriorem anni haud pauci interfuerint necesse est propter imitatores illos alterius proemii u. 9 sqq.

*ἔπ' ἐμοῦ δὲ πρώτου τῆς θύρης ἀνοιχθείσης
εἰσῆλθόν ἄλλοι καὶ σοφωτέρης μούσης
γρίφοις ὁμοίαις ἐκτρέφουσι ποιήσεις κτλ.*

nominatos¹⁾: ita ut ex Gutschmidii sententia fabulas priores infanti fere lactenti Babrius dedicasse putandus sit. Praeterea plurimae apud Babrium leguntur fabulae, quas hominem nondum decem annos natum cum intellegere ueri non simile, tum omnino legere nefas sit: cf. f. 2. 10. 15. 30. 32. (34). 40. (48). 54. (98). 116. (119). 127 all. Seleucidas autem Branchum esse et Alexandrum coniecturis illis comprobari haud cunctanter concederem, si argumenta, quibus Keller Hertzbergius ceteri in Syria poetam et ante aetatem Romanam uixisse demonstrare conati sunt, aliquam haberent uim. Sed recte si disputari non habent. Itaque Branchum nomen ad Branchidarum oraculum referendum esse si Gutschmidius tibi persuasit, coniectura haud dissimili usus suspicari possis Miletii, cuius urbis Branchidae erant cum oraculo celeberrimo, Alexandrum fuisse regem quasi sacrificulum — tales enim reges usque ad tempora satis recentia inter magistratus Milesios fuisse scimus²⁾ —

1) Decem fere annos interpositos esse putant Bergk. l. s. s. p. 130 (= ind. lect. Marb. 1845 p. III) et Keller p. 408.

2) Testatur lapis aetatis Romanae (cf. *Φανστρινίου* nomen) Branchi-

qui filium suum in Apollinis honorem Branchum nominauerit, sicut Heliodori pater, Solis ut uidetur sacerdos, in dei honorem nomen illud filio imposuit (Rohd. Rom. p. 442, 3)¹⁾. Sed quiuis rex pius etiamsi cum Branchidarum oraculo commercium non habebat, ab Apollinis amasio filii nomen repetere poterat; atque grauis praeterea oboritur suspicio Branchum nomen, quod prorsus singulare est in homine, uerum omnino non esse, sed fictum subditumque a poeta *Φοῖβον θεράποντι*²⁾, immo prooemium I, in quo Branchus nominatur, non scriptum esse ad Alexandri illius filium ad quem scriptum est prooemium II³⁾. Quare uel Gutschmidii coniecturis quamuis speciosis fidem habere nequeo.

Sed paulo post (1870) nouus patronus exstitit sententiae Kelleri R. Maenelius, qui in Philologi uol. XXIX p. 169 sqq. commentatiunculam 'de Babrii aetate' inscriptam publici iuris fecit. Is postquam argumenta ab aliis ex fab. 85 et 57 deprompta repetiit, noua elicere conatus est ex fabulis 105 et 68 simili ratione explicatis. Quarum prior qualis in A legitur:

*Λύκος ποτ' ἄρας πρόβατον ἐκ μέσης ποιμνῆς
ἐκόμιζεν οἶκαδ'· ᾧ λέων συναντήσας
ἀπέσπασ' αὐτό· καὶ λύκος σταθεὶς πόρρω
"ἄδικως ἀφείλου τῶν ἐμῶν" ἐκεκράγει.
λέων δὲ τεραθθεὶς εἶπε τὸν λύκον σκόπτων
"σοὶ γὰρ δικαίως ἐπὶ φίλων ἐδωρήθη".*

dis repertus C. I. Gr. 2881 *Μένανδρος προφήτης... βασιλεὺς*: quocum conuenit quod idem rex Olbiopoli (Miletopoli, Borysthenide), Mileti colonia, commemoratur C. I. Gr. 2069 *Ἀριστόνικος... ὁ καὶ βασιλεὺς*, et praeterea Cyzici 2157, Mytilenis 2189, Megaris 1052. 1057; de natura magistratus cf. etiam Strabo XIV p. 632 extr. *καὶ ἐτι τῶν οἱ ἐκ τοῦ γένους* (Codri eiusque filii Androclii) *ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντες... προεδρίαν... καὶ πορσίραν... σκίπωνα ἀντὶ σκίπτρον... καὶ τὰ τῆς Ἐλευσινίας Δίμητρος ἱερά*. Haec ni fallor respexit Schneidewinus Goett. gel. Anz. 1845 Aug. p. 1364 'Wenn nur der *βασιλεὺς* überhaupt ein König gewesen ist'.

1) Lycophr. Alex. 1379 uirgo Milesia Caira *Βραγχισία* appellatur.

2) Simili ratione qui Chaereae et Calirrhoes fabulam eroticam conscripsit 'Charitonem Aphrodisiensem' se nominauit, cf. Rohd. Rom. p. 469.

3) Suo loco accuratius hoc sum expositurus.

ansam ei ad opinionem suam firmandam non praebuit. Sed Vaticanus F 362 pro uersu 4 haec exhibet:

*ἵνα τί, ἄναξ, ἐξ ἑμοῦ τοῦτο ἦρας;
πῶς δὲ οὐ τηρεῖς τοὺς θεσμοὺς τοὺς ἀρχαίους
τοῦ μὴ τυραννεῖν χειρὶ δυνατωτάτῃ
ἀλλὰ πάντοτε ἐκδικεῖν τοῖς ἀπόροις.*

Quae cum 'Graeculus ille insulsus' qui uersibus politicis fabulam repetierit de suo adicere non potuerit, Babrio ipsi uindicanda esse opinatur. Verbis igitur *πῶς δὲ οὐ τηρεῖς κτλ.* poetam regem quendam perfidum et crudelem significauisse, antiquas leges non seruantem: quare sub persona leonis peti Arabum ducem, qui Alexandrum Balam supplicem et inermem interfecerit. Sed haec suspicio qualiscunque est fundamento nititur nimis quam lubrico. Nam ut ipse Maennelius dicit, uerba ista codicis Vaticani aut in A post u. 4 interciderunt: quod quamquam saepius factum est, certe non factum est hoc loco, nam insertis illis *ἐδωρήθη* u. 6 non habet quo referatur; aut — id quod neri simillimum ei uidetur — Babrius post breuem illam quam nunc habemus uberiolem eiusdem argumenti fabulam edidit: at fabularum ab ipso Babrio rescriptarum certum uestigium neque Maennelius indicauit (quamquam 'affirmantis est probatio') neque ego diligenter inquirens repperi; nam quae a uiris doctis prolata sunt exempla ea aut librariorum errori debentur aut diasceuastris et interpolatoribus¹⁾. Praeterea e uersibus illis nullum aut metri aut sermonis Babriani pellucet uestigium, nec uero in sententia quicquam inest cur Babrio tribuatur, immo *ἀλλὰ πάντοτε ἐκδικεῖν τοῖς ἀπόροις* a lupo qui agnum rapuit tam stulte inepteque dicitur, ut Athoo si traderetur, in diasceuastram conferendum esse ego censerem. Sed ut Babriana esse largiamur, num uerbis istis ducem illum

1) Prudentissimum hoc est Lachmanni iudicium ed. p. XVI paucis uerbis expressum (cf. Eberh. obs. p. 4 extr.): quod cum a plerisque hominibus doctis non agnoscat, alio fortasse tempore illustrare et firmare conabor. Grauiissimum duplicis recensionis exemplum 12, 11—15 uersibus 14 sq. qui poeta minime sunt indigni post 18 correctum transpositis tollitur.

Arabum poeta non dico petiit, sed petere omnino potuit? *Τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία* — quid commune habet τὸ μὴ τυραννεῖν χειρὶ δυνατωτάτη cum Alexandro Bala ab Arabe interfecto? Nonne si leonis persona Arabs ille petitur, lupus rapax Alexander debet esse? Nisi forte fuit Babrius, qui de rege suo — agno scilicet — ab Arabe sibi erepto quereretur. Vides quam inconcinna et inepta in allegorica hac interpretatione sint omnia.

Sed vere sagax sobria ingeniosa haec Maenneli est coniectura prae altera eius. Exstat apud Neueletum f. 68 (= B. 84; F. 294, H. 235) ad Babrianam de culice et tauro fabulam epimythium hoc: ὅτι τοὺς ἐκλεεῖς (scr. ἀκλεεῖς F Maenn.) καὶ ἀδόξους καὶ μαχομένους (sic Maenn.) τυράννοισ ἐλέγχει ὁ λόγος. Ineptias has magistelli Byzantini, in quibus neque metri neque sermonis Babriani ullum conspicitur uestigium, ex 'disiectis membris' poetae esse opinatur, 'quorum haud pauca in collectionibus fabularum Aesopearum inueniamus'; quin etiam ipsi fabulae 84 eas olim intextas fuisse suspicatur¹⁾ et postea a Byzantino seiunctas et in fine positas: intextas fuisse fabulae, quae praeter paraphrases (tetrastich. C p. 138, Bodl. Kn. 70) ab ipso Dositheo eadem qua Athoo forma est tradita! In qua quem locum habere omnino possent, neque Maennelius demonstravit neque ego quotiescunque cogitando 'me coquo et macero et defetigo' intellexi. Iam uerbis illis, quae emendare se non posse profitetur, 'eundem Arabem describi' censet. At si tam grauiter sunt corrupta, contendere non potest neque Arabem illum significari neque eum non significari; sin autem correctione Knoellii Marciano et Palatino suppeditata *μαχομένους τυράννοισ* emendaueris, de Arabe illo cogitari non posse facile intelleges. Sed Maennelius ipsa etiam fabula irrideri 'obscurum illum Arabum regulum' contendere audet; ut Arabs culex sit in tauri cornu sedens, Alexander taurus, qui u. 5 sq. culici

1) Contra Furia Aes. II p. 88 'epimythium uero est omnino a fabula alienum'.

“οὐ μέλει μοι” φησὶν “οὔτ’ ἐὰν μείνης
οὔτ’ ἂν ἀπέλθῃς· οὐδ’ ὅτ’ ἤλθες ἐγνώκειν” —

at hercle Arabis ictus Balas moriens sensit. Certe horum somniorum omnium nullum Maennelius uidisset, nisi apud Alexandrum Balam Babrium uixisse demonstraturus fuisset: sed mirum est, quam longe hominis mens uoluntate a uero deflecti possit.

Haud multo consultius paucis annis post (1873) E. Buchholzius disputauit in altera anthologiae lyricae Graecae editione uol. I p. 99, qui Branchum Alexandri regis filium esse dicit Seleucidae (Gutschm.), Vespasiano imperatore Ciliciam regentis (Lachm.); quocum optime conuenire, quod Seleucidas cum Branchidarum oraculo commercium habuisse constet (Gutschm.). Profecto philologiae Lachmanni rationes atque historicae Gutschmidii si tam apte coniungerentur, summam ad persuadendum haberent uim. Sed Alexander ille Ciliciae regulus ortus non est ex Seleucidarum familia, immo ex gente nobili Iudaica (Iosephus antiquitt. XVIII, 5 p. 886), id quod ipse Lachmannus p. XII exposuit. Aperto igitur Buchholzii sententia nititur errore.

Saniore iudicio usus est, qui anno 1875 ‘de dictione Babriana’ commentationem doctam et diligentem conscripsit, Th. Zachariae. Is Babrii aetatem cognosci posse negat nisi ex solo sermone, cum ‘quae e personarum mentione uel e quaestionibus metricis elici posse duxerint, ea aut ipsa incertiora sint quam quae tempore aliquo includi possint, aut nondum ad liquidum perducta’ (p. 2). Itaque cum complura indagauerit quae cum sermone alterius p. Chr. n. saeculi congruant, eo ipso Babrium uixisse opinatur: concedit autem ‘multa esse in his fabulis, quae etiam serius tempus monstrent’, sed eo, quod iam Dositheus et Iulianus Babrium nouerint, nos impediri ‘ne eum tertio saeculo uel seriori aeuo assignemus’ (p. 3). Meo quidem iudicio hinc sequitur plane incertam esse quamlibet argumentationem a sola lingua proficiscentem, praesertim si in singularum locutionum fidem et auctoritatem non accuratius inquisiueris quam inquisiuit Zachariae: nam sicut tertii quarti

quinti saeculi locutiones interpolatae possunt esse, ita alterius quoque et primi.

Atque ad hanc opinionem re uera delapsus est Naber, qui 'de fabulis Aesopicis' longam et doctam commentationem quarto Mnemosynes uolumini (a. 1876) inseruit. Uniuersam enim codicis Athoi recensioem a monacho quodam, poetam Athoum quem nominat, ante saec. p. Chr. n. XI confectam esse statuit cum Cobeto¹⁾ (p. 401 sq.), qui non modo uerba poetae 'satis antiqui' ubique mutauerit, sed etiam ipsum metrum uetus fere Hipponacteum²⁾ funditus euerterit, et nouum illud (ex quo in quinto pede spondeus uitetur, paenultima uersus syllabae accentus tribuatur, ultima producat) satis artificiosum inuenerit. Non dico miram esse poetae illius Athoi modestiam, qui postquam labore grauissimo alius uersus nimis 'horridos' in formam plane nouam et eam difficiliorem elegantioremq; qua nihil est aut agilius aut magis canorum, transformauit³⁾, nomen suum posteris tradi noluerit — fieri potest ut aut talis homo in terra uixerit aut Babrii nomen nescio quo casu seruatum sit uel irrepserit, poetae euanuerit —: singula Naber argumenta quam sint leuia paucis ostendere conabor.

Poetam 'satis antiquum' Babrium fuisse ponit certa ratiocinatione non usus, sed in transitu solum duobus locis (p. 423 et 422) quaestionem illam, ex qua omnia pendent, quasi tangens. Priore (p. 423) 'fabulae 20 disiecta membra' inquit 'inueniuntur apud Photium in lexico. Habet eam Patriarcha uerisimiliter e Pausania, quem aequalem fuisse conicio Aelii Dionysii, qui tempore floruit Antoninorum. Hinc aut fallax coniectura est, quae tamen speciem habet, aut Babrius fuit Hadriano uetustior'. Vide modo, quam celeriter ex Antoninis fiat Hadrianus, et qua fiducia Babrius, qui eadem probabilitate

1) Oratio de arte interpretandi p. 71. 154 sqq. Aduersarii partes egit iam Hecker Philol. V p. 490 sqq.

2) Longe aliter Cobetus p. 156 sq.

3) Et ipsa prooemia — quorum in altero de rebus plane priuatis Babrii agitur — magistellum illum hac ratione retractasse quis sibi persuadebit?

pro aequali saltem uirorum illorum haberi potest, ante eos uixisse dicatur! Verum non modo non certum est, fabulam illam e Pausania — cuius aetatem finibus satis angustis circumscribere ipse Naber proll. Phot. lex. p. 39 sqq. frustra conatur — haustam esse, sed ne simile quidem ueri; ipse enim Photius de Pausania in bibliotheca dicit cod. 153: ἀνεγνώσθη δ' ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει (quo Dionysii lexicon) Πανσανίου λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον, οὐδὲν ἔλαττον τῶν προειρημένων εἰς τὰς Ἀττικὰς συναναγνώσεις χρήσιμον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον· εἰ γὰρ καὶ ταῖς μαρτυρίαις ἐνδεέστερον ἔχει ἀλλ' οὖν ἐν τισὶ τῶν στοιχείων πολὺ ταῖς λέξεσι πλεονάζει κτλ.: integram igitur fere ad uerbum fabulam illam eum exscripsisse quis credet?!) — Certe Naber coniecturam illam non fecisset²⁾, nisi suam de Babrii aetate opinionem praeiudicatam omnique fide destitutam utique firmare uoluisset. Mea quidem sententia ueri non est dissimile patriarcham doctissimum uersiculos illos poetae apud Byzantinos satis nobilis — fortasse ipsum etiam prouerbium — de suo adiecisse, ut sacras glossas adiecit plu-

1) Ipsum etiam prouerbium illud τὴν χεῖρι προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν siue satis antiquum dubitari potest, nam neque in ampla Zenobii V, 93 disputatione legitur — qui σὺν Ἀθηναῖ καὶ χεῖρα κίνει formam uetustiore seruauit cum Diogeniano (ubi collato Zenob. p. 158, 6 sqq. manifestum tenemus interpolatorem eundemque epitomatores), Hesychio s. u. (ubi Ἀθανῆ et χεῖρα dorice), fab. Aes. F 308 = H 300, Suida s. u. — et exemplar uetus ad quod fictum sit seruatum est a Plutarcho Inst. Lacon. p. 239 A = Apost. XV, 92 τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν τύχαν καλεῖν. ὁ θεὸς locutionis substitutae exempla innumerabilia apud scriptores aetatis Christianae inueniuntur (cf. e. g. Rohd. Rom. p. 493 adn., Photius l. s. s. τὸν θεὸν εὔχον pro Babrii τοὺς θεοὺς εὖ.), proueria autem trimetris conscripta quam saepe nouicia essent et Byzantina ipse Naber Phot. lex. I p. 43 sq. demonstrauit. Sententia uetustissima est et nobilissima, cf. u. c. Aesch. Pers. 742 ὅταν σπειθῇ τις αὐτὸς, καὶ θεὸς συνάπτεται, Eurip. fr. 435 Dind. αὐτὸς τε νῦν δρῶν εἶτα δαίμονας κάλει· || τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει, Iphig. Taur. 911 ἦν δέ τις πρόθυμος ἦ, || σθένειν τὸ θεῖον, Electr. 80 ἀργὸς γὰρ οὐδὲις θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα || βίον δίνεια' ἂν ἐυλλέγειν ἄνευ πόνου, Plaut. Cist. I, 1, 51 sine opera tua nil di horunc facere possunt.

2) In lexico proll. p. 40 sq. id unum suspicatus est, Pausaniam prouerbiorum Photii primum esse fontem; de hoc ipso nihil statuit, cum statuerit de aliis p. 43 sqq.

rimas, cf. Nab. Phot. lex. II, 450 sqq.: certe etiam Georgides, qui epimythia plurima exhibet Byzantino tempore interpolata (cf. 11, 10 sq. 26. 63. 99. 122. 133, 5. 144. 145 Eberh.), et Suidas, qui de Babrio nihil scit nisi quod ex libello ipso colligi poterat (cf. Schneider l. s. s. p. 535) et nimis praua¹⁾ interdum exhibet uel barbara²⁾ locorum interpretamenta, ex auctore antiquo non hauserunt sed solum Babrium ipsum adhibuerunt. Neque firmitus est alterum Naberii argumentum (p. 422), quod iterum ipsius eius uerbis referam, ne ratiocinationem obscuram magis etiam obscurasse uidear: 'Fab. 17' inquit 'ostendere poterit, quam uetus poeta Babrius fuerit: non enim in ea felis muribus insidiatur, sed mustelam legimus insidiatam fuisse gallinis. Iam apud Phaedrum fab. IV, 2 de mustela et muribus est. Pariter in fabula 27 mustela memoratur et felem Babrius non nouit, cuius ne in fabula quidem 108 mentionem facit, quum narrat ut mus urbanus et rusticus nocturno tempore trepidauerint. Etiam apud Horatium in eadem fabula feli domesticae locus non est, Satir. II, 6, 79 . . .' Primum igitur e fabula 17 colligere uidetur ante Phaedrum Babrium uixisse, cum fera sit apud eum mustela, apud Phaedrum mansueta — at ipsae feles domesticae uel hodie si possunt gallinis insidiantur, atque (id quod summi est momenti) *αἰλουρος* fabulae 17 (et 121) ex Hehunii sententia p. 402 ed. II ne est quidem mustela (*γαλιῆ*), sed meles fera. Inter mustelam (*γαλιῆν*) autem Babrii et Phaedri nullum interesse discrimen non negabis, fabulas Athoas 27. 31 et Vaticanam 192³⁾ cum Phaedri IV, 2. 6 si composueris. Deinde quid sequitur ex eo, quod Babrius felem domesticam in scaenam

1) Uelut s. u. *φωλάδι* legimus: *καὶ φωλάδος σπηλαιου κομπτου· Βάβριος φράξας δὲ χαίτην ἐκθορε φωλάδος κοίτης*: sed *φωλάς* hanc notionem nunquam habet. Suidae exemplar h. l. uitiosum erat, Babrius Athous *φ. κοίτης* recte praebet.

2) u. c. *πέτανρα* 124, 13 Suidas interpretatur *τίγνα* (= tigna).

3) Primus edidit P. Knoellius, Wiener Berichte 1878 p. 688. 690. V. 8 mustela gloriatur *ἐγὼ χρόνον τοσοῦτον *ἐνθάδε διατρίβω* (cf. 85, 6. 106, 2) || *καὶ μ' ἐνδον ἔτεκεν ἡ μυοκτόνος* (ἡμιοκτ. cod., corr. Knoell.) *μήτηρ*.

non induxit? Plane nihil, ne id quidem, ante quartum p. Chr. n. saeculum, quo felis domestica primum reperitur in Europa (Hehn. l. s. s.), eum uixisse, nam uel eo tempore multo frequentiores erant mustelae domesticae: cf. Palladii uerba ab Hehnio p. 403 exscripta 'mustelas habent plerique mansuetas'. Praeterea ueteres fabulas Aesopeas cum uersibus persecutus sit Babrius hominis alicuius litterati collectione adhibita — id quod ipsi Schneidewinus l. s. s. p. 15 et Keller p. 384 contendunt — ex argumentis fabularum et rebus commemoratis nihil concludi potest de uetustate poetae — nempe quae antiqua uideantur ex pristina fabularum forma prosaica deprompta esse possunt —, sed de nouitate modo, sicubi recentioris aetatis uestigia perspiciuntur.

Sed haec leuiores sunt: summa disputationis Naber in eo est, quod contendit Babrium ipsum metrum choliambicum eodem quo iambographos uetustiores modo tractasse, immo nec de quinto pede puro cogitasse: quod si uerum esset, ante aetatem Alexandrinam, i. e. tertium a. Chr. n. saeculum Babrium uixisse necesse esset. Sed in hoc quidem argumento ea fere concludendi forma usus est Naber, quam circulum uitiosum hodie logici appellant: nam p. 401. 404 Babrium Hipponactis metro scripsisse se comprobaturum esse dicit¹⁾, deinde p. 406 postquam nihil comprobauit nisi longas syllabas finales esse solere in Athoo, uersus Ἰλος 'qui exstent apud Apollonium Sophistam:

ταῦτα δ' Ἀίσωπος
ὁ Σαρδιηνὸς εἶπεν, ὅτιν' οἱ Λελεγόι
ᾄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο . . .
ἔωσαν αὐτὸν μάλ' ἀθέως κατὰ κρημνοῦ

iudice Schneidewino, cui Eberhardus aurem praebuerit', propter

1) P. 404: 'oritur suspicio ipsum Babrium non tam anxie diligentem fuisse, sed fuisse poetam Athoum, qui omnes ischiorrhogicos uersus eliminauerit ultimasque syllabas produxerit accentibusque eas carere uoluerit. De ea suspicione deinceps uidebimus, possitne idoneis argumentis comprobari'.

accentus a Babrio abiudicatos¹⁾, abiudicandos non esse dicit, cum regulam illam Babrius non obseruasse uideatur; denique ut plenus fiat gyrus et in se ipsum recurrat, 'utemur potius' inquit 'his uersibus . . . ad comprobandum Babrium nec uitasse accentus in fine uersuum (*Δελφοί* et *κρημνοῦ*) nec semper ultimam in choliambo syllabam produxisse (*Αἴσωπος* et *ἔδεξαντο*)' — quasi si propter metricas illas rationes a Babrio abiudicandi non sint, ei ut tribuantur necesse sit! Sed quo omnino loco poetam his uersibus usum esse dices? Num in fine fabulae alicuius²⁾? At simile quid ne in una quidem ex ducentis quae seruatae sunt inuenitur, neque hercle apte poneretur, cum omnes omnino fabulas ad Aesopum Babrius referat prooem. I, 14 sqq. Nec probabilius in prooemio aliquo uersus illos collocatos fuisse conicies: nullum enim exstat prooemiorum praeter duo codicis A uestigium³⁾, neque cum ad duas quas poeta emisit collectiones referenda illa uideantur, ullum unquam aliud exstitisse ueri est simile. Praeterea fragmentum illud uel per se non apte adicitur *μῦθῳ* uel *μῦθῶν* prooemio, nam *ἄδοντα μῦθον* idem fere esset quod *ταῦτα εἶπεν*: referendum potius uidetur ad apophthegma nescio quod a poeta Alexandrino⁴⁾ in carmine aliquo choliambico expositum. Cetc.

1) Duplex est error Naberii, et quod uersum quartum a Suida pessime traditum in Apollonii lexico legi dicit et quod Schneidewinum propter accentus fragmentum a Babrio abiudicasse opinatur: nihil anno 1845 (l. s. s. p. 7) Schneidew. de lege illa sciebat.

2) Depromptos eos esse 'ex epilogo fabulae de aquila et scarabaeo' (H. 7) Tyrwhittus suspicatur Aes. Fur. p. CXCIX collato scholio Arist. uesp. 1437, in quo Aesopus priusquam de saxo praecipitaretur fabulam illam narrasse dicitur. At ea ipsa si praecederet, mira essent *ἄδοντα μῦθον* (= *ταῦτα*) et nimis incerta *ταῦτα δ' Αἴσωπος . . . εἶπεν, ὄντιν' οἱ Δελφοί . . . ἔδεξαντο* uerba; quo accedit quod fabulae illius a Babrio tractatae nec uola exstat nec uestigium.

3) Nam alterius sylloges — de qua idem sentio atque Cobetus Eberhardus Wachsmuthius Rh. M. XXIII p. 315 — prooemium ipsos illos uersiculos continens uel Bergkii anthol. p. XXXVII maxime dubitationi obnoxium esse concedit neque p. XLI quae conicit ullam habent probabilitatem.

4) Alexandrinus uidetur cum propter quintum pedem semper purum et arsin nunquam solutam, tum propter argumentum quod optime cum

rum Babrius ἄδειν μῦθον de Aesopo uix dixisset, nam fabulas ab Aesopo prosa oratione narratas (εἶπε λόγους pr. II, 4 sq., μῦθους γρασάντος τῆς ἑλευθέρης μούσης, i. e. oratione soluta, pr. I, 15 sq.) se ipsum primum uersibus concinnatos cecinisse (cf. p. 135 adn. 2) disertis uerbis testatur¹⁾.

Nulla igitur Naberi sunt argumenta. Tamen largiamur uiro docto monachum aliquem recensionem Athoam confecisse. Iam mirum illud accidit, ut eodem fere tempore quo poeta Athous alius etiam monachus Babrii fabulas rescripserit atque in easdem leges metricas inciderit, nam Suidae recensio quamquam ab Athoa saepe quam longissime recedit uerbis, ipsa tamen forma metrica plane cum ea congruit. Sed magis etiam mirum est, quod ante annum p. Chr. 300 monachi illi uixerint necesse est, cum uersus Dosithei (cuius testimonio sine ulla dubitatione Naber est usus) et Iuliani (fab. 32, 1) ab Athois metro nihil omnino recedant. Quin etiam ipse Naber Pausanias Babrium Athoum legisse censendus esset, nam in fabulae 20 frustulis a Photio l. s. s. seruatis uersuum exitus haud pauci insunt — uelut ἐκ κώμης, τῶν τροχῶν ἄπτου, τὸν θεὸν (pro τοὺς θεοὺς) εὔχου, μάτην εὔχου, κοιλιώδη φάραγγα (pro φ. κ.) — qui ab Athois nihil recedant. Certe nisi Tertulliani illud ‘prorsus credibile est quia ineptum est, certum est quia impossibile’ in philologia quoque ualet, reiicienda est et explo-denda Naberi de Babrio opinio.

studiis eorum congruit. De ipso Callimacho cogitauit Schneidew. l. s. s. p. 7, sed non sufficit causa: ‘bei Suidas steht hinter κρημνοῦ noch μάλα, worin ich nichts anderes als ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ erkenne’, cum in μάλα haud dubie lateat creticus in medio ε. αὐ. — υ — κ. κρ. uersu desideratus: uocula illa mutilata cum sensum non praebet ad marginem adscripta uidetur. De emendatione dubito: fundamento certo caret Schneidewini *νηλέως*, melius est Eberhardi et Lachmanni *μάλ’ ἀθείως* et possis etiam *μάλ’ ἀδίκως* scribere, quod Suidae quibusdam locis s. u. *Αἰσώπος* et *Αἰσώπειον αἶμα* commendatur; sed in hoc uersuum genere arsin coniectura soluere uix licet.

1) Falsum est cur Schneidewinus l. s. s. p. 1364 a Babrio uersus illos abiudicat argumentum, Aesopum Babrio esse Syrum, non Sardinum, nam falsa uersuum prooem. II, 1 sqq. et I, 15 corrupti nititur interpretatione quam p. 20 protulerat.

Tandem aliquando ex his sententiarum alienarum quasi fluctibus emergimus: iam quidnam ipsi ad Babrii aetatem certioribus finibus circumscribendam conferre possimus uideamus. Primum autem ex qua natione ortus sit poeta ut inquiramus res postulat.

Metri Babriani proprietas maxime notabilis paenultima est accentu uerborum quem dicunt elata, ut proem. I, 1 *Γενεῇ δικαίων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων*, fab. 23, 7 *δυστυχίς δ' ἐπαρᾶται*: quod omnes ubique Babrii fontes consentiunt praeter paucissimos codicis A locos aperte uel corruptos uel in breuius contractos ¹⁾. Iam qui primus hanc legem inuestigauit, H. L. Ahrens (de cras. et aphaer. p. 31), politicae quam dicunt poesis initia in ea spectari censuit: quam sententiam plurimi secuti sunt uiri docti, uelut T. Mommsenus 'Accentholiamben' Philol. XVI p. 721 sqq., Hartungius ed. praef. p. 15, Eberhardus ed. praef. p. IV, Westphal gr. Metrik II ²⁾ p. 54 ²⁾.

Sed etiamsi Babrium uel ineunte tertio p. Chr. n. saeculo — quae ultima est aetas propter Titiani et Dosithei testimonia — floruisse statuimus, quattuor tamen intercedunt saecula, in quibus simile nihil in poesi Graeca inueniatur; nam quod apud Nonnum saepe et saepius etiam apud Colluthum et Musaeum Nonnianos paenultima hexametri syllaba accentum habet ³⁾, id effectum non uidetur 'accentus obseruantia' — quae Eberhardi est sententia obs. p. 4 —, sed lege illa poetis Nonniansi communi ultimae uersus syllabae producendae, qua uocabula proparoxytona fere omnia a uersus exitu excludeban-

1) Cf. Ahrens de cras. et aphaer. p. 31 sq., Momms. l. s. s. p. 723 sqq., Hertz. p. 174 sq. Apud Eberhardum inueniuntur 12, 18 non emendatus — propono *μη̄ σίνου* (*μη̄ κρύψης*? formula apud B. fere constanti in hac uersus sede, cf. 1, 5. 3, 8. 6, 9. 7, 7. 12, 21. 50, 5. 72, 17. 92, 10. 96, 4 all.) — et 73, 1. 65, 1 ab epitomatore decurtati; epimythia non curo.

2) 'Wir können sie (proprietas illam) nicht anders erklären denn als eine Concession, welche der im antiken Metrum schreibende Fabeldichter dem neu auf gekommenen Principe byzantinischer Volksmetrik macht, es ist ein merkwürdiges Denkmal der Uebergangsstufe'.

3) E 100 primis Nonni uersibus 72 accentum in paenultima habent, e 341 Musaei 251, e Colluthi 392 adeo 314: cf. Eberh. obs. p. 4.

tur¹⁾. Quare cum Heckero l. s. s. p. 488 Hertzbergio p. 176 Kellero p. 406 de uulgata illa sententia dubito. Verum frustra me iudice Hecker ad ceteros choliambographos Graecos prouocauit, nam ubi tertio fere uersu accentus ille negligitur, nix ulla eius habetur ratio; Hertzbergius autem p. 176 quae protulit, ut quo consilio Babrius legem illam sibi proposuisset demonstraret: 'gleichwie der Schlusslänge die vorbergehende Länge als Gegengewicht diente, so ward der letzten Arsis²⁾ ein andrer leiser Druck der Stimme auf die Thesis, der Wortaccent, entgegengestellt, und dadurch der letzte Fuss noch schwebender und sanfter gehalten', ea nimis artificiosa sunt et arcessita omnique analogia destituta. Keller igitur de explicatione legis illius prorsus desperauit. Sed Graeca arte si destituimur, quidni auxilium petimus a Romana? In Latinis enim choliambis si, ut fere fit, uocabulum bisyllabum uel polysyllabum in fine legitur, propter legem notissimam linguae

1) Hoc uel eo cognoscitur, quod rarissime in antepaenultima accentum posuerunt — nunquam Nonnus in uersibus s. s., uicens Colluthus, bis tantum Musaeus —, multo saepius in ultima (28iens Nonnus, 58iens Colluthus, 88iens Musaeus) plerumque longa (quamquam *νίος* Coll. 276 et *δέ* sexiens Nonn. in finem admisit licentia legitima). Ceterum opinione praeiudicata ne ductus uidear, nunc quidem omitto quaerere, percussissentne ueteres Graeci choliambi ultimam, an — quae uulgata est sententia — paenultimam. Mirum saltem est, quod scriptores antiqui a Leutschio Metr. p. 79 sq. et Westphalio II² p. 479 adn. allati ne unum quidem uerbum dicunt de rhythmo in scazontis fine mutato (*καμπῆ*), immo ipsum iambum ultimum *χολόν* esse affirmant, sicut alterum in uersibus uitiosis uel quartum. Quo accedit quod Marius Plotius gramm. Lat. VI p. 519 Keil. 'Hipponactium trimetrum clodum' inquit 'percutitur sicut iambicum trimetrum archilochium comicum uel tragicum' atque quod Eupolis Bapt. fr. 79 M. (= choliamb. p. 135) trimetros claudos rectis inseruit et Rhintho Meinek. choliamb. p. 177 trimetrum rectum, in cuius ultima *ε* ante uocalem corripitur, ludens Hipponacteum nominauit. Quodsi Graeci paenultimam scazontis syllabam ictu non percusserunt, Babrius accentum omnino non posuit ex populari Graecorum recentiorum ratione. Cui sententiae opponi non potest ipse Byzantinorum dodecasyllabus, quippe qui Babriani imitatione ortus uideatur.

2) Hertzbergius p. 171 sqq. choliambographos uetustiores paenultimam, Babrium ultimam ictu acuisse statuit.

Latinae paenultima semper accentum habeat necesse est, cf. **Matii choliambographi Romani vetustissimi choliambos ex miambiis** (L. Mueller, Catull. p. 91):

nuper die quarto ut recorder et certe
aquarium urceum unicum domi frégit

et **Martialis recentioris I, 10:**

petit Gemellus nuptias Maronillae
et cupit et instat et precatur et donat;

monosyllaba autem rarissima et certis finibus circumscripta (in primis uerbi 'esse' quaedam formae) aut coalescunt cum syllaba antecedente (Matus fr. 2 p. 91 Muell. uoluptati est, Varro fr. 219 B. combusta est, consumpta est, Catull. 22, 21 in tergo est, 37, 15 indignum est, 39, 2 ubicunque est, sim. 39, 2. 16. 44, 3) aut cum uocabulo alio monosyllabo — nunquam cum polysyllabo, uelut 'equester sum', 'culinis est', 'amantiores sunt' — enclisi coniunguntur (Catull. 39, 20 expolitior dens est, 44, 2 quibus non est, Priap. 36, 11 mentulatio non est, **Martial. I, 10, 2 foedius nil est, XI, 100, 6 pinguiarius non sum, Boeth. de cons. II, 1, 8 'ostentum si quis' satis singulare, titulus a Buechelero Mus. Rhen. XXXII p. 479 enarratus 'ubi nil est'**), ita ut nunquam quantum scio paenultima accentu careat: in quo dubito an consilium uel certe sensus quidam plane nouus cognoscatur accentus obseruandi¹⁾. Itaque choliambi Babriani singularem illam proprietatem ex imitatione Latinorum ortam esse persuasum habeo.

Verum etiam aliud quid inest in uersibus Babrii, quod ab arte Graeca plane alienum uideatur. Caut enim opera data, uocum bisyllabarum ne ultima, polysyllabarum ne ultima aut paenultima breues in arsi soluta sub ictu essent, cf. Lachm. praef. p. XIV. Quae lex in purioribus harum fabularum fontibus semper obseruatur, cf. uersus 84, 4 ἀπελ|θὼν ποτα|μίης, 126, 6 ἀλλ|λὰ διε|τέλου|ν a Dositheo, 7, 13 ὄνει|λην προσε|πέθει|γεν, 18, 2 γενέ|σθαι πό|τερος, 26, 1 γεωρ|γοῦ κατε|ρέμοντο, 32, 5

1) Nam ex ratione caesurarum haec lex — quae sitne ab aliis animaduersa nescio — deduci uix potest.

κοίτης ἐπεδίωκεν, 42, 3 ἀεὶ τὸν ἐπὶ τὸ, sim. 43, 6. 80, 4. 82, 2. 3. 85, 14. 94, 8. 95, 91 (bis) 96, 2. 108, 18 a Suida et in Athoo, 129, 1 | τις ἐπιθεῖς, 136, 2 λεπτὸν ἐνέιδν, 143, 2 ἐμείς στέλεια, 3 γεωργὸς πέλεικν a Suida solo traditos. In A quidem quinque inuenit Lachmannus exempla quae obstarent: 8, 2 πότερ' ἀναβαίνειν, 22, 14 τιλλόμενος | ἐγνομοῦτο, 29, 2 ἐπὸ μύλην, 116, 16 κακὸν ἐπιχαίρειν, 123, 7 πλείονος | ἔρωσ¹): ex quibus 22, 14 ut interpolatum rectissime uncis saepsit, 116, 16 coniectura sanare studet, cetera Babrium sibi indulsisse putat, cf. pp. XIV et XV extrr. At hodie aliud feres iudicium: nam uniuersa fere fabula 123 in A non legitur, sed a Minoide Mena 'mala fraude conficta' uidetur (Eberh. obs. p. 25); fabulae 8 et 29 misere contractae sunt in tetrasticha²), ut aliae multae, neque igitur si quid uideo metrum durius epitomatori quin debeat dubitari potest; fabulae denique 115 u. 16 sq., ut cetera epimythia omnia, ab hominibus doctis uo nunc ore damnantur. Cur autem pro commodiore codicis A σάρκας λαφύσσιων 95, 91 Lachmannus, quem secuti sunt Schneidewinus et Eberhardus, ἔγκατα | λαφύσσιων ex Suida arcessiuerit — praesertim cum σπλάγγνα (= ἔγκατα) u. 92 insequatur et carnis notio aegre desideretur — non intellego, nisi fortasse Homeri exemplo (ἔγκατα λαφύσ-

1) Omisit Lachmannus (consulto, ut uidetur) haec exempla quae in epimythiis exstant aperte subditiciis: 22, 16 δακνόμενος | ἀναλοῦται, 79, 7 βίος ἀβέβαιος, 8 ἐλπίσι | ματαίαις, 111, 21 πολλάκις | ἐν οἷς.

2) De fabula 8 haec dicit Eberh. praef. p. IV: 'est . . . ex earum numero, quae ad quattuor uersus ab epitomatore redactae uiam monstrarunt Ignatio Magistro' etc.; quamquam quod putat eam 'uix intellegi posse', non probat, nam interrogandi signo post ἀπεκλείσθη posito (Krueg. gr. Gr. I, 69, 14, 8) colligi licet ex paucis istis uerbis, neutrum eorum, quae dominus proposuit, placere camelo, qui plana aequaque uia incedere malit. Fab. 29, quam 'in breuius contractam' recte nominat Eberh., qualis olim fuerit praeter Apulei met. IX, 11 et 10 demonstrare potest Phaedri app. fab. 19 (et Nicolai fab. 3 in Walz rhett. gr. I, 266). Ceterum haud scio an sub ἐσπέρην lateat εὐφρόνην rarius, nam noctis notio quae desideratur (Herm. l. s. s. p. 824), non inest in ἐσπέρα (neque enim in uno quod Hermannus profert exemplo Pind. Isthm. VII, 44 ἐν διχομηνίδεσσιν ἐσπέραις ἐρατὸν λύει κεν χάλινον . . . παρθενίας necessario requiritur).

σειν legitur II. A 176, P 14, Σ 583 de ipso leone) poetam (Ὀμηρικώτατον in errorem raptum esse putauit¹⁾). Itaque in tot arsis solutae exemplis — habemus plus quam 250 — ne unum quidem inuenitur satis certum, quo regula illa laedatur²⁾.

Simile uidetur primo oculorum obtutu, quod apud Aeschylum et Sophoclem prior arsis solutae syllaba uocis polysyllabae ultima esse non solet, scilicet ne breues duae metro artissime coniunctae et quasi coalescentes in binas uoces distrahantur, cf. Bergk. in Zimmermanni diurnis (Zeitschr. für Alterthumswissenschaft) 1835 p. 946—948, Mueller 'de pedibus solutis in dialogorum senariis' p. 47 extr. et 80, 4. Sed ab hac seueritate — quae etiam a choliambographis ueteribus est aliena, cf. Hipp. fr. 13, 2 M. ἴθι διὰ, 54, 1 ἀπὸ σ' ὀλέσειεν — iam Euripides aliquantulum recessit (Rumpel. Philol. XXIV p. 412, Mueller p. 56, 11, Wecklein. ad Bacch. 940), recentioresque tragici eum secuti uidentur esse (u. c. Theodectes fr. 8, 5 p. 625 N. πολλοὶ | διὰ φόβον dixit). Apud Aristophanem autem tot inueniuntur exempla regulae non obseruatae, ut R. Enger (Rh. M. XIX p. 134 sqq.) in commentatiuncula sic inscripta 'Der Ictus auf der kurzen Ultima eines mehrsilbigen Wortes im komischen Trimeter' tres exceptionum legitimarum statuerit classes — primam enclitica si sequitur (uelut ἐμέ γε), alteram in uocibus quae cum sequentibus sententia satis arte sunt coniunctae (uelut ἀντίκα μάλα, ταχὺ πάνι), tertiam in uocabulis bisyllabis ex monosyllabis compositis (uelut ὄσπερ, ὄτι) — et praeterea interdum, in primo potissimum pede, legem illam sine

1) Athoi scripturam bene defendit Hertzbergius p. 209 (nisi quod prae alteri recensionem eam tribuit), atque etiam Eberhardus praef. p. V ἔγκρατα a se receptum Babrii esse se non credere confitetur.

2) In Vaticanis quoque Knoellii fabulis semper obseruatur, nam 9, 9 (p. 686) quod ille coniecit τὴν τε | σκυταλίδ' | ἔσεισε pro τὴν σκύδαλιν ε. tradito (barbarum est σκ. et metrum hiat), id stare uix potest, cum post duas breues syllabas Babrius ultimam uocalem nunquam eliserit (Lachm. p. XV; 8, 2 πότερ' ἀναβαίνειν Lachmanno probatum alias ob causas suspectum esse supra dixi); τὴν σκύδαλιν pro codicis illius natura glossema potius uidetur esse, quo τ. σκ αν δά λη θ ρ' ε. seu simile quid expulsum sit.

ulla excusatione laedi concedat (u. c. una ἄλλὰ uoce decem locis: auu. 1500. 1693. Lys. 463 etc.). Eadem est licentia poetarum comoediae nouae, nam in Philemonis fragmentis 1—100 et Menandri 1—150 duodecim regulae non obseruatae exempla inuenies, ex quibus excusationem habent quattuor (Philem. 84 οὔτε θεῶς, 88 ὅσπερ ἐν|ἀγορῇ, Men. 85 παρὰ τ|λι, 95 ὅστις ἀδικεῖσθαι), cetera (Philem. 11 οὐχὶ μό|νον, 40 κοῖχ|λο|πάδος, 42 οἷσθας ἀγαθόν, 64 ἐξόν ἀ|προσάττεσθαι, 67, 10 πλοῦτον ἐ|γίειαν, 74 οἶον ἀ|γοράζειν, Men. 97 εἰμὶ μὲν | ἄγροικος, 130, 11 αὐτὸν ἐ|πικουρεῖν) non habent. Atque ne Alexandrini quidem poetae seueriores uidentur fuisse — in tanta enim exemplorum paucitate exceptiones quinque inueni partim excusatas (Callim. chol. fr. 3, 3 M. μῆτι πα|ρά, Pytho trag. fr. 1, 11 p. 630 N. ὅτε μὲν ἔφασκεν, Ezech. Exag. ed. Philipps. 85 ἀρά γε| μέγαν) partim non excusatas (Ezech. 169 ἔπτα δι|οδοι|ποροῦντες, 178 τετρας ἐ|πιλάμψει) —, neque qui Romana aetate iambos scripserunt, ex quibus Lucianus in Tragadopodagrae trimetris fere 240 et Ocypodis 170 quinquies — bis licentia legitima (Trag. 141 οὔτε χυ|θὲν, Ocyr. 18 ὅτι τὸν | ἄπασιν), ter sine excusatione (Trag. 172 ἄλλος ἐπ|αισιδαῖς, 178 τοῖσι δὲ | φρονοῦσι, Ocyr. 20 ἀλλὰ κατ' | ἐμοῦ) —, legem neglexit. Singularem igitur inter recentiores poetas seueritate esset Babrius, si uel ultimam uocum polysyllabarum breuem a priore arsis solutae parte semper exclusisset. Quod autem ne binas quidem ultimas coniunctas in arsin solutam unquam admisit, id non modo inusitatum, uerum omnino inauditum est in poesis Graecae monumentis. Nihil eius generis inuenies neque apud choliambographos (Hippon. fr. 60 M. Ἀνα|ξίβιος, Anan. 3, 1 μὲν | χροῖμος) aut dramaticos ueteres (de Aeschylō cf. Rumpel. Philol. XXV p. 56, Mueller p. 14. 16 al.; de Sophocle Rumpel. l. s. s., Mueller p. 30. 32 al.; de Euripide Rumpel. Philol. XXIV p. 410, Mueller p. 44. 48 al.; de Aristophane Rumpel. Philol. XXVIII p. 605 sq. 608 sq.)¹⁾, neque apud poetas

1) Addo Phryn. fr. 5 p. 558 N. πῶτα | δε, Achae. fr. 3 p. 579 πότρα | θεωροῖς, Theodect. fr. 2 p. 622 μητέρα | δε, 10 p. 625 ἔλαε | ποθεινόν. Ceterum

comoediae nouae (Philem. 39 ἄσμενος | ἔχεις, 41 τὸν | πατέρα, 46 ἀπὸ | στόματος, sim. 57. 58. 63. 75. 80. 84, 7. 89. 100, Men. 3 κηδεμόν' | ἀληθῶς, οὐκ | ἔφρεδρον | ἔξεις, 67 Βυζάντιον, sim. 71. 79, 6. 94. 109, 7. 110, 3. 4. 130, 9) aut aetatis Alexandrinae (Phoen. 2, 5 M. πῦρ | ἱερὸν, 18 ὀκόσον | ἔδαισα, Pytho fr. 1, 12 p. 630 N. ἱκανὸν | ἐδείκνουν et χέδροπα | μόνον, 13 καὶ τὸν | μάρathon | ἔσθουσι, Lycophr. fr. 2, 2 p. 636 ἔδαρες | ὄ, 3 ἀτρέμια | παρεξεστηκός, Ezech. 11 πολέσι | τε, 30 ὄνομα | δέ, 103 τῶν | ἔνεκεν | ἐλήλιθα, 150 πρωτόγονον | ἔξει νεκρόν)¹⁾ uel Romanae (Pomp. Mac. fr. 1, 3 p. 646 N. μητέρα | τι, Luc. Trag. 9 πνεύματι | βιαίῳ, 29 ἐλπιδι | ματαία [cf. ἐλπῖσι | ματαίαις Babr. 79, 8 interpolatum], 253 ἔθανε | δ' Ἀχιλλεύς, sim. 179 Ocypr. 65. 154). Quod mirum non est, nam probabilis causa cur Graecus poeta hanc legem satis molestam sibi statuerit reperiri uix potest.

Iam Romanorum consideremus artem. Atque apud Plautum quidem ceterosque comicos ueteres quamquam ultimae duae breues in uniuersum ictu ferri non solent, tamen percussorum exempla inueniuntur satis certa: cf. Ritschelii prolegomena p. CCXXIV sqq., Luchs. in Studemundi studiis I¹ p. 178, Brix. ad Plauti Mil. Glor. 27 et Men. 237, Spengel ad Ter.

memorable est, quod Aeschylis et Sophoclis ars tam contraria est Babrianae, ut — quod B. nunquam admisit, cf. Eberh. p. IV. VII — tribrachys in primo pede semper singulis uocabulis plerumque trisyllabis efficiatur (Rumpel. Philol. XXV p. 56, Mueller p. 14. 30), atque uocum paeonis I mensuram expleantur tertia — non altera, qui Babrii est mos, cf. Eberh. p. V. VII — ex lege sub ictu sit (Enger, Rh. M. XI p. 445 sq.).

1) Lycophro in 1474 Alexandriae uersibus seueritate notabili et fere singulari undeciens tantum si recte numerari arsin soluit idque quasi ex lege (nouies: 263. 680. 930. 1164. 1218. 1222. 1242. 1288. 1469) in tertio pede, in quem arsis solutae illa forma propter caesuram admitti uix potest (Mueller p. 23. 34. 56. 81. 87. 101), semelque (1204 δὲ μακάρον) in altero, cuius similis est condicio (Mueller p. 16 etc.); in quarto non soluit nisi semel in nomine proprio (700 κρᾶτα Πολυδέγμων), quod alia ratione uersui aptari non poterat, nunquam omnino in quinto et — quod satis mirum est — in primo: quare cum in hos potissimum pedes licentia illa cadat, Lycophronem legem Babrianam secutum esse contendi non potest, quamquam laesae apud eum exempla non inueniuntur.

Andr. 23, Christ. Metrik § 74: 78. 379. Paulo iam seueriores fuerunt Lucilius et Varro, illosque secutus Phaedrus, qui iam-bos Italicos conscripserunt ad ueterum comoediarum exemplar; neque enim regulam unquam laeserunt nisi quod uoces dactylicas interdum admiserunt in uersus initium, cf. L. Muellerum, de re metr. p. 418 sq. et praef. Phaedri p. IX. Catullus autem et Priapeorum scriptores ceterique illius aetatis qui artem nouiciam secuti sunt, nunquam omnino a Babrii illa norma aberrauerunt, cf. Muellerum Catull. p. LXX ¹⁾ et LXXX, idem-que ualet de Petronio (5, 3 lege poli|at) et Persio (prooem. 2 in|bicipi|ti, 9 picam|que docu|it). Quamquam in tanta exemplorum paucitate proposuerintne sibi certam legem dubitare possis. Sed ultimus quoque et primarius Romanorum choliambographus, Martialis, quotienscunque arsin soluit — soluitque saepissime — praeceptum illud religiosissime obseruauit, uelut dixit I, 10, 2 et cupit|et, 4 ill|la peti|tur; 66, 9 muta|re domi|num, 12 ta|les habe|o, 13 quis|quis reci|tat, 14 non eme|re; 84, 2 cum uelit|habere, 3 mo|re futu|it, 4 im|plet equi|tibus, 5 pater|familiae, sim. 89, 3. 4. 96, 7. 8. 12. 113, 1. 5, nunquam talia: sup|plicia, fugimus|Iason, quidquid e|go. Similis autem circa eadem fere tempora Senecae tragici fuit ars, cf. Muellerum de re metrica p. 155 sq. Neque ab hac seueritate saeculorum insequentium aut tituli choliambici recedunt a Buechelero Rh. M. XXVII p. 142 sq. collecti (CIII par|ce tumu|lis, dolo|ris titulus, nun|quam dole|as; CIV, 7 mere|tur ani|ma) aut choliamborum scriptores, uelut Terentianus Maurus (2398 fe|cit ali|ter, sim. 2404. 2405) et Iulius Valerius I, 42 (23 la|te spat|a, sim. 5. 10. 11. 16) atque ne Boethius quidem sexti saeculi ineuntis (de consol. II, 1, 5 non il|la mise|ra, 6 ultro|que gemitus; III, 11, 5 animum|que doce|at). Itaque proprietas illa choliambi Babriani cum plane aliena sit ab arte Graeca, frequens in Romana et elegans propter linguae Latinae accentum,

1) Regulam proponit ad Babrii artem utique conuenientem 'ut excerpantur (ab arsi soluta) ea quae dactylo clauduntur omnino, quae tribracho hactenus, quod in horum ultimas duas syllabas licentiam illam cadere nefas est'.

quin a Romanorum disciplina metrica deprompta sit uix potest dubitari.

Alia autem insunt in uersibus Babrii, quae etiamsi non perinde atque quae modo tractauimus ab uniuersa Graecorum poesi sunt aliena, tamen a choliambographis Graecis admissa uel exculpta non sunt, sed a solis Romanis recentioribus. Ex spondeo quidem in quinto pede uitato nihil concludi posse Schneidewino concedo: cf. p. 129 quae disputauimus. Sed summi momenti trisyllaborum pedum — anapaesti, tribrachi, dactyli — est usus: quo de Lachmannus Meinekius Eberhardus tam accurate disseruerunt, ut ego non tam mea nunc proponam quam illorum observationes in usus meos conuertam.

Iam singula uideamus. Anapaestus inauditus, tribrachus et dactylus satis rarus est apud choliambographos ueteres, uelut in octoginta Hipponactis, cuius ars fuit liberrima, fragmentis choliambicis a Meinekio p. 92—132 collectis, quae plus quam 150 uersus continent, anapaestus nullus, tres dactyli, sex tribrachi ¹⁾ inueniuntur (Mein. p. 90), quorum plerique necessarii erant propter nomina propria, cf. fr. 92 Ὡ Κλαζομένιοι. 13, 4 μνήματ' Ἄνυρος, 60 Ἀναξίβιος, 67 [ὄσπερ] Ἐφεσίη δέληρα. Etiam seueriores, ut consentaneum est, Alexandrini fuerunt poetae, nam apud Callimachum coryphaeum in uersibus fere quadraginta bis tantum dactylus (3, 3 et 10, 3), apud ceteros excepto altero potissimum Phoenicis carmine ²⁾, nullus omnino pes trisyllabus inuenitur in uersibus circiter 80 ³⁾.

1) Septem teste Meinekio l. s. s., sed fr. 13, 2 quod scripsit παρὰ τὸν Ἄλυάττω Schneidewini est coniectura neque necessaria et parum probabilis propter artem choliambographorum, quorum nemo ante Babrium in pedibus se excipientibus arses soluit. Codicum Ἀτάλεω Bergkiius lyr. p. 756 iure restituit.

2) Quod singularem habet condicionem, cf. Mein. p. 90 extr.: 'uidetur Phoenix de industria remissioribus in illo carmine numeris usus esse, in quo quum Nini Assyriorum regis mollities rideatur, non sine artis laude numeros argumento carminis attemperauit'. Idem ualet de fr. 3, 3 ἐλαβε πελλίδα. Simili artificio usus Theocritus in Hipponactis epigrammate sepulchrali bis spondeum in quintum pedem admisit contra legem primariam Alexandrinorum, cf. p. 129 adn. 1.

3) Incertissimum est quod Mein. Herod. 4, 1 p. 149 scripsit ex Gesneri

Eadem seueritate usi uidentur pauci illi Graeci qui aetate Romana choliambos scripserunt: neque apud Apollonidem Nicaeum, Tiberii aequalem (Mein. p. 171), ullus pes trisyllabus inuenitur neque apud Diogenem Laertium saeculo III ineunte in fr. 1. 3 (= Anth. Pal. VII, 98) 4 (a Nauckio Philol. VI p. 140 indicato), fr. 2 autem, in quo legitur τὸν πόδα | κολυμ-
βῶν περιέπειρέ πως ἴληρ diuersi est generis, cum choliambi singuli cum singulis tripodiis dactylicis catalecticis compositi sint; in scitissimis denique 12 choliambis titulo aetatis Traianae traditis Mein. p. 173 = Kaibel. epigr. 549 unus admissus est | — βασιλέως dactylus u. 1 et 2 pede tertio, eadem qua nomina propria ratione is excusatus¹⁾. Quae confirmantur eo quod Marius Plotius (gramm. Lat. VI p. 500 sqq. K.), qui Iubam et 'Graecos nobiles metricos' se secutum esse profitetur (Keil p. 424), p. 519 haec praecipit: 'in comico uero iambico frequentiores (quam in tragico) iambi, anapaesti uel tribrachi debent poni . . . clodum uero, id est hipponactium, in ceteris quidem quinque simplicibus pedibus simile est [potius] tragico quam comico iambico, in nouissimo uero ab ambobus discrepat . . .'²⁾

Apud Graecos igitur choliambus post Alexandrinos poetas non amplius excultus uidetur esse neque in nouas formas mu-

coniectura ἐγὼ δ' ἀδρανήω, nam Stobaei A praebet ἐγὼ δὲ δραίνω et sententia illa etiam alia ratione restitui potest, uelut ἐγὼ τί δραίνω (Brink.), ἐγὼ οὔτι δρ. (ἀδραίνω quod uerbum Bergk. lyrr. p. 795 finxit Salmasium secutus Graecum uix est, nam aliam habent quae affert ἀκολαστῶν, δνσθυμαίνω condicionem): sed quis omnino scire potest, frustuli illius duorum uersuum quod initium fuerit, cum quae antecedant ignoremus? Praeterea Bergk. lyrr. p. 794 ad aetatem multo uetustiore Herodam reuocauit coniectura admodum ut mihi uidetur probabili.

1) Nihil ualet contra meam sententiam, quod in tenui illo trium uersuum fragmento Kaibel. epigr. 276 duo dactyli leguntur in uno uersu 3 τριῶ δέκα παρασχῶν ἔττα: nam cum et ipsi uocibus plane necessariis efficiuntur, tum e uersiculis popularibus Soterichae cuiusdam cippo inscriptis nihil sequitur de poetarum arte.

2) Apud auctores quos consului Graecos simile nihil inueni. Hephaestio, ad quem Keilius nos reuocat, p. 18 W. quae habet τὸ δὲ χαλὸν οὐ δέχεται τοὺς παραλήγοντας τρισυλλάβους πόδας οὔτε δάκτυλον οὔτε τρι-

tatus. Quod miri nihil habet, cum poesis Graeca senio plane effeta a primo a. Chr. n. saeculo usque ad quintum p. Chr. n. fere nihil genuerit nisi carmina epica quaedam et epigrammata hexametris uel distichis conscripta. Mota igitur est sensim paulatimque a primario loco Romana poesi inuenili et uigente, quae et ipsum illud metrum choliambicum inde ab initio summo studio fouit et excoluit. Ac uetustissimi quidem Romanorum choliambographi paullo quam Alexandrini liberiores uidentur fuisse, siquidem Matius (Catull. Muell. p. 91 sq.) in uersibus 13 quater (2, 2; 4, 1; 7), Laenius (ib. p. 78 sqq.) in 3 uersibus bis (9. 18) arsin soluit. Sed iam Varro, qui ceteroquin haud nimis est seuerus — uelut ne spondeum quidem in quinto pede semper uitauit, cf. Riesium p. 84 et Muellerum de re metr. p. 414¹⁾ —, arsin tamen in uersibus fere 16 non soluit nisi semel (fr. 358 Buech. 'hic badius')²⁾. Catullum autem et qui eum sequebantur Priapeorum scriptores ad ipsam Alexandrinorum seueritatem rediisse certum est. Ille enim in uersibus fere 115 duos dactylos habet et unum tribrachum (cf. Lachm. Babr. p. XIII, Muell. Catull. p. LXX), hi in 80 fere

βραχυν οὔτε ἀνάπαιστον huc non pertinent, nam de sola arsi paenultima (*παραληγούσσι*) agitur; scholiasta autem p. 170 G. in nobili illa qua iam borum genera tractat disputatione (Herm. elem. p. 104) choliambum omittit.

1) Quamquam in solis uocibus polysyllabis, qualis est 'euallauerunt' fr. 109 B., hanc licentiam admisisse censendus est. Reliqua quae Riesius et Mueller protulerunt exempla aliter comparata 'ad communem' (p. 121, 6 R.) 'offendit buccam' (p. 164, 7 R.) 'comestis extendit' (Mueller p. 414), in locis leguntur maxime dubiis, cf. adn. 2.

2) Alterum exemplum quod apud Riesium inuenies p. 164, 7 (cf. Roep. Philol. XV p. 281), omittendum uidetur, nam choliambus ille spondeo illicito deformatur numerique in toto loco corrupto et obscuro — prosam orationem Buecheler reuocauit fr. 282 — parum sunt certi. Itaque ne hinc quidem praesidium est paratum opinioni Riesii et Muellera, qui Varronem anapaestum in primum pedem admisisse crediderunt. Neque exempla quae protulerunt ullam habent auctoritatem: nam 'reuocat| matellam' uerba p. 121, 7 R. non leguntur in choliambo pleno atque bellus ille quocum coniuncta sunt et caesura legitima caret et spondeum habet non excusatum in quinto pede; uersus autem 'acinis| electis et comes|tis| extendit', quem Mueller constituit p. 414, miro casu eodem laborat spon-

uersibus unum tribrachum (51, 18) unumque dactylum (58, 4); eademque Licinii Calui fuit ars (Catull. Muell. p. 84, 3) et Vergilii Catalept. II. VII (cf. Bibbeckii proll. p. 6. 11), qui in uersibus fere 20 nullum omnino pedem trisyllabum adhibuerunt¹⁾. Haec autem uincula Alexandrina laxata uidentur medio primo p. Chr. n. saeculo, nam Petronius et Persius etsi arses haud saepe soluerunt (Petr. in capite V uersuum 8 semel, Persius in prologo 14 uersuum bis), tamen anapaestum quasi legitima licentia primi omnium in uersus initium admisserunt (Petr. sat. 5, 8 *sedeat | redemptus*, Pers. proll. 5 *memini ut¹, 6 Heliconidasque, 8 hederæ*). Atque notandum est hoc ipso tempore Caesium Bassum Persii amicum, qui satiras eius edidit imperfectasque perpoliuit, artis metricae rationes commutatione egregia exposuisse, cuius in exilibus fragmentis (gramm. Lat. VI p. 257 sqq. K.) de ipso Hipponacte p. 257 sq. satis accurate agitur. Sed ad summam libertatem summumque florem choliambus enectus est exeunte illo saeculo Martialis potissimum, ut uidetur, opera et ingenio, qui et anapaestis plurimis in primum pedem receptis (I, 10, 2. 66, 2. 77, 3. 96, 7. 113, 2. 3 etc.) et arsis solutis in omnes praeter quintum et sextum ubique admissis (in primi libri sex carminibus choliambicis uersuum uix 50 dactylos inuenies 11 tribrachos 8) multo laetiozem uiuidiozem alacriozem eum fecit. Hipponactezum autem ita mutatum satis popularem posteriore quoque tempore apud Romanos mansisse lapides nonnulli testantur a Buechelero Mus. Rhen. XXVII p. 142 sq. et XXXII p. 479 sq. enarrati. In carmine enim CIV septem uersuum Hadriani aetate contexto bis anapaestus in primo pede (u. 1. 3), semel uel bis arsis soluta (u. 7) inuenitur, in inscriptione Antonino Pio imperante concepta in tribus uersibus semel anapaestus et fortasse semel arsis soluta (u. 2 et 3 extr.) in quat-

deo inueniturque in loco ceteroqui parum numeroso neque ab argumento huic poesis generi satis bene conueniente. Quare altero loco Buecheler fr. 104, altero et Buecheler fr. 523 et Riesius p. 224 orationem solutam restituerunt.

1) Quattuor anonymi choliambos Catull. Muell. p. 94 non curo.

tuor uersibus Caracallae tempore compositis CIII semel tribrachys, bis dactylus. De 7 illis choliambis CII Diocletiani tempore conscriptis nihil quidem certi dici potest, cum eorum nihil seruatum sit nisi misera pedum quinti et sexti frustula; sed exstant eiusdem aetatis 20 Terentiani Mauri hipponactei 2398—2418, in quibus quamquam satis siccum est argumentum duo tamen anapaesti (2403. 2415), unus dactylus (2404), duo tribrachi (2398. 2405) inueniuntur, et 25 Iulii Valerii I, 42, qui Alexandri maiores enumerans semel anapaesto (6), quater dactylo (23; 5. 10. 16 in nom. propr.), semel tribracho (11) usus est¹⁾. Denique qui sexto saeculo ineunte ut alia metra, ita choliambum restaurauit, Boethius de consol. II, 1 et III, 11 in paucis illis uersibus neque arsibus solutis abstinuit (II, 1, 5. 6. III, 11, 5) neque anapaestis (II, 1, 4. III, 11, 5 'animum;que doceat': anapaestus cum tribracho coniunctus). Ad hanc Latini choliambi formam qualis inde ab exeunte primo p. Chr. n. saeculo uiguerit, Babrius choliambum suum finxisse uidetur²⁾. Primum enim anapaestum quasi legitimum in uersum initium eum admisisse extra dubitationem est, cum in quindecim Pseudodosithei uersiculis duo certa inueniantur exempla 84, 4 *καθεδούμι* 'ibi sedebo' et 126, 7 *γέλᾶσας* 'ridens', in Athoo multa ubique haud raro Suidae testimonio firmata, cf. 18, 1 *Βορέη* AS, 26, 1 *γέρανοι* AS, 32, 8 *καταβάσα* AS, 94, 8 *κεφαλὴν* AS (138, 6 *ἀνέθηκε* S, 85, 15 *ἔτεροι* S, exigua discrepantia *ἔνιοι* A). Atque eadem est uel adeo maior arsiu solutarum frequentia: e solis enim Dositheo et Suida ferme 20 supra exscripti atque circiter 250 — binas interdum singulis

1) In his nihil est, cur cum Muellero Catull. p. LXX 'hipponacteam saeculo p. Chr. n. II in desuetudinem abire coepisse' putemus.

2) Rem peruertit Fixius l. s. s. p. 58 et Schneidewinus l. s. s. p. 1365: 'Danach (propter anapaestum arsesque solutas) wird man annehmen müssen, dass Martialis die grösseren Freiheiten gleichzeitiger griechischer Choliambiker sich zu Nutze gemacht habe' — quasi illa aetate poesis Romana adulta Graeculam sectata sit aut pauci qui praeter Babrium tum exstiterunt choliambographi Graeci licentiis istis usi sint. Sed similis Lachmanni sententia fuerit necesse est, qui Graecum Babrium fecit apud regem Iudaicum in Syriae confiniis morantem.

choliambis — inuenies in 1200 Athoi uersibus genuinis, cf. Eberh. obs. p. 6 sq. et praef. Babr. p. IV et VI sq.

Summa igitur artis Babrianae nisi me omnia fallunt a Romanorum disciplina metrica est repetita. Quae obseruatio eximie eo confirmatur, quod etiam linguae Latinae sermonisque poetarum Romanorum uestigia quaedam plus minusue expressa apud Babrium reperiuntur. Singula haec sunt.

¹Υλαι pluralem prooem. I, 8. 12, 2 (in uersu quattuor uel quinque fontibus tradito) 46, 7. 92, 2. 95, 10. 42 incorrupti et antiqui Graeci sermonis auctores non habent¹); interdum admiserunt Romanae aetatis scriptores (inde a Dionysio Halic. de Thuc. 6: ἐν ὕλαις καὶ νάπαις), sed nemo, ne poeta quidem, simili atque Babrius frequentia (cf. Zachariae de dictione Babr. p. 21). At contra Latinis poetis 'siluae' pluralis est usitatissimus²). Ceterum ἀγρῆλαις ὕλαις 95, 10³) in memoriam redigit Horatii 'feris . . . siluis' sat. II, 6, 92, quamquam ἔλη ἀγρία eodem fere sensu dixerunt Archilochus fr. 21 Bgk. et Sophocles Oed. R. 476 et Oed. C. 348 (alio Herodotus I, 203).

Αιβυστινοὶ prooem. II, 5 εἶπε καὶ Αιβυστινοῖς⁴) || λό-

1) Unum quod diligentissime quaeritans inueni exemplum Anacr. fr. 52 p. 1024 Bgk. οὐά τε νεβρὸν . . . ὄστ' ἐν ὕλης κερρέσσῃς ἀπολειφθεῖς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη nihil est, nam cum ὕλη Athenaei et Aeliani libri praebeant, ὕλαις unus scholiasta Pindari, ὕλη restituendum esse apparet. De cerua cornuta cf. praeter Bergkii locos Apollod. II, 5, 3 et Keil. Ann. dell' Inst. 1844 p. 177 sq.

2) Testimonia uetustissima sunt Naeu. 57 et Acc. 441 Ribb., cetera — Horatii, Vergilii (Aen. V, 301. XII, 688. X, 406), Ouidii aliorumque poetarum, sed etiam Ciceronis, Liuii, Taciti — lexica suppeditant.

3) ὑπ' ἀγρῆλαις ὕλαις A et edd. Satis mire dictum est ὑφ' ὕλαις; sed Fixii (et Maehlii) coniectura ὑπ' ἀ. πένυλαις et audacior est et parum elegans ipsis illis uerbis in uersus 5 fine antecedentibus. Scribendum uidetur ἐν ἀ. ὕ., quod Vaticani 356 F et Bodleiani 75 Kn. ἐν ταῖς ὕλαις confirmat. ὑπ' ex u. 5 irrepsit.

4) Corr. Schneidewinus pro Athoi αἰβυς τινός. Idem uocabulum subesse uiderunt Ahrens de cras. p. 30 et Duebner animadu. p. 61 nulla littera mutata Αιβυστινός proponentes, sed — ut breuem ultimam omittam — datius requiritur, cf. παῖσιν Ἑλλ. antecedens. Quaesita Drogani p. 9. 10 coniectura Αιβυς ψιλούς || λόγους accentu oxytono refellitur.

γοὺς Κιβύσσης apud ueteres scriptores Graecos non inueniuntur, sunt Λιβυες, Λιβυκοί etc. Primum legitur nomen illud apud Catullum 60, 1 'montibus Libystinis'¹⁾, deinde apud Macrobius Sat. I, 17²⁾ aliosque illius aetatis Romanos; ex Graecis nemo eo usus est ante Aelianum, quem et ipsum natione Romanum fuisse scimus, hist. an. XIV, 14 Λιβυστινῶν . . . δορκάδων, XVII, 41 γένος . . . Λιβυστινῶν³⁾, neque post eum ullus nisi Stephanus Byz. s. u. Λιβυς: Λιβυστινός καὶ Λιβυστινή (alii sunt qui sequuntur Λιβυστινοί, ἔθνος παραλείμενον Κόλχοις).

Ἐπέχειν simplex pro ὀφθαλμὸν τοῦν διάνοιαν ἐπέχειν inuenitur 26, 5 αἰ δ' ὡς ἐπέσχον σφενδονῶντα τὰς αἴρας et 50, 11 ὁ δ' οὐκ ἐπισχῶν, τῇ λόγῳ δὲ πιστεύσας || παρῆλθε⁴⁾. Hic usus non est Graecus⁵⁾, cf. Zachariae p. 18, qui inter proprietates dictionis Babrianae eum rettulit. Apud Romanos eadem ratione 'aduertere' dicitur pro 'animum aduertere', 'animaduertere', cf. Cic. fam. I, 1 'aduertebatur Pompei familiares assentiri Volcatio'; Verg. Aen. IV, 116. VIII, 50 'paucis, aduerte', docebo; Tac. ann. XIII, 54 'per otium . . . aduertere quosdam', sim. XIV, 43. XV, 30; Plin. nat. hist. VIII, 10, 29 'hirudine, quam sanguisugam . . . coepisse appellari aduerto'.

Ἐπιζητεῖν παρὰ τινος = ἐρωτᾶν τινα 28, 3 παρὰ τῶν ἀδελφῶν ποῦ ποτ' ἦν ἐπέζητει Graecum non est; cum Latino 'quaerere ex (ab) aliquo' bene contulit Hermannus l. s. s. p. 809.

1) Carmen maledicum est quinque choliamborum, quod ad exemplar Alexandrinum redire non credo (quamquam cf. Keller p. 354).

2) Ratione nulla Keller p. 354 ex eo quod Macrobius l. s. s. Siculorum Apollinem Libystinum commemorat, 'Siculos ueteres' uocabulo illo usos esse colligit.

3) Accentus traditus in properispomenon mutandus est ex ceteris locis (inprimis ex Babrii illo, ubi paenultima ut feriat poetarum ars flagitat). Erroris fons Λιβυστικός et Λιβυκός adiectiua uidentur.

4) Ubi ἐπισχῶν non esse 'moratus' ut 84, 2. 108, 24 μικρὸν ἐπισχῶν, cum πιστεύσας oppositum demonstrat, tum fabulator S. 22 = H. 35 (quem uix recte paraphrastam nominat Zachariae p. 18): τῶν δὲ οὐχ οἷς ἐνετε προσχόντων, ἀλλ' οἷς ἔλεγε πιστευσάντων et Phaedrus app. 26, 9 'Venator citus || non intellexit seque ex conspectu abstulit'.

5) Diuersi generis est et προσέχειν quo fabulator H. 35 usus est, et quod Hertz. p. 179 adn. 2 profert ἐπέχειν = 'uelle' Herodot. I, 80. 153. VI, 96.

Συζῆν fab. 106, 10 μεθ' ἧς τὰ πολλὰ μειλίχως συνεζήκει¹⁾ (λέων) idem significare quod συνδειπνεῖν, et uersus insequens testatur: γέρων δέ τις πειθήκος ἦν ὁ δαιτρεύων et uniuersum omnino argumentum quo de cibis potissimum agitur. Hunc usum non inuenies apud ullum Graecum, contra Romani simillima habent 'conuiuium habere', 'conuiuari', et plane geminum illud 'conuiuere', cf. Quint. VII, 3 'iuuenes qui conuiuere solebant, constituerunt ut in litore cenarent', I, 6 'lauamus et tondemur et conuiuimus'. Quae optime expressit Cicero Cat. mai. XIII, 45: 'Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quia uitae coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum comotationem, tum concenationem uocant, ut quod in eo genere minimum est, id maxime probare uideantur'.

122, 8 ὡς μου κατέλθῃ πνεῦμ' ἀναλγές εἰς ἕδου. Alterum exemplum, ubi πνεῦμα sit hominis ψυχῆ a corpore seiuncta in monumentis Graecis non inueni²⁾; Romanos autem manes 'animas' appellare solitos esse, et scriptorum et lapidum testimonia innumera nos docent.

Ἡλιόνα ξύων 6, 1 ἄλιεὺς θαλάσσης πᾶσαν ἡόνα ξύων haud scio an expressum sit ad Vergilianum 'litora raduntur' (Aen. VII, 10 R.) similitudinem³⁾. Certe ξύειν uox ita trans-

1) Athons exhibet συνεζήκει ineptum inepte, ut demonstrasse mihi uideor, ab Hertzbergio explicatum, συνεζήκει correctionem lenissimam inuenerunt Fix Hermannus l. s. s. p. 829 Seidler, probauerunt Hartungius, Schneidewinus, Eberhardus (quamquam male uertit Hart. p. 133 'Mit dem er manche Stunden traulich hinbrachte').

2) Plane aliud est Epich. fr. 126 Ahr.: συνεκρίθη και διεκρίθη κἀπῆν-θεν, ὄθεν ἦνθεν, πάλιν, || γὰ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμ' ἄνω, quocum cf. 146 ἄνω τὸ πνεῦμα διαμενεῖ, et Moschion. fr. 11 p. 635 N.: ὄθεν... ἀφίκετο, ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα || τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν, neque similius est Christianorum πνεῦμα (τοῦ θεοῦ, ὑλικόν), de quo cf. Dembowski, Quellen v. Tatians Apologie p. 38. 42.

3) Etiam 11, 9: οὐδ' εἶδεν αὐτοῦ τὴν ἄλωα Δημήτηρ componere possis cum Georg. I, 95 R. 'neque illum... Ceres... nequiquam spectat', et prooem. I, 12: ἐφύετ' ἐκ γῆς πάντα μηδὲν αἰτοῦσιν Naberis (similiter Hertzbergius 'ohne viel Bitten') cum Georg. I, 128 'ipsaque tellus || omnia liberius nullo poscente ferebat' (cf. Colum. II, 1, 7 benigne nobis arua respondent).

lata noua est et inaudita apud poetas Graecos, usitatissima 'radere' apud Romanos, cf. Acc. 505 Ribb. 'scatebra fluuiiae radit rupem', Prop. III, 2, 23 'alter remus aquas alter . . . radat harenas' (quae exempla proxime absunt a notione primaria), Lucr. V, 257 et Ouid. met. X, 654 'freta radere', Verg. l. s. s., III, 99 'hinc altas cautes . . . radimus', V, 170. 217 'radit iter', Ouid. am. III, 15, 2 'raditur hic elegis ultima meta', Val. Flacc. V, 108 'alta Carambis raditur'.

91, 7 sq. γνώση || πόσον τράγον μεταξὺ καὶ πόσον ταίρων. Vitiosa hac locutione Graeci quos ego noui scriptores non sunt usi — nam quod Sophocles dixit Oed. R. 490 parum est simile —, saepissime Latini uel optimi: cf. Cicero Lael. 25, 95 'contio . . . iudicare solet, quid intersit inter popularem . . . et inter constantem', sim. de finibus 1, 9, fat. 9, parad. 1, 14, Hor. sat. I, 7, 11 sq., ep. I, 2, 12 (ubi uide quae disputauit Th. Schmidius), Liu. X, 7, 1 (cum Drakenborchii adnotatione), Tibull. IV, 1, 165, Valer. Flacc. V, 13 et VI, 509, Sil. It. XI, 180, Claudian. in Ruf. II, 195.

Praeterea omittendum non uidetur, quod poeta satis frequenter relatio pronomine ut Latini solent enuntiata coniunxit, uelut prooem. I, 17 μάθοις δ' ἂν (dele δ') . . . ἐκ . . . Αἰσώπου || μύθους φράσαντος τῆς ἑλευθέρης μούσης. ὦν νῦν . . . κηρίον θήσω, fab. 14, 2 sq. 1) [Ἄρκτος] νεκρὸν . . . σώμι' ἔφρασκε μὴ σύρειν. πρὸς ἣν ἀλώπηξ εἶπε κτλ., f. 47, 2 'Ἐν τοῖς παλαιοῖς ἦν ἀνὴρ ὑπεργήρως, || εἶχεν δὲ πολλοὺς παῖδας οἷς ἐπισκῆπτων . . . ἐκέλευε . . . ἐνεγκεῖν, f. 77, 10 [Κόραξ] στόματος δὲ τυρὸν ἐβαλὼν ἐκεκράγει. || ὄν ἡ σοφὴ λαβοῦσα κερτόμῳ γλώσση . . . εἶπεν, f. 105, 2 Λύκος ποτ' ἄρας πρόβατον ἐκ μέσης ποίμνης || ἐκόμιζεν οἴκαδ'. ᾧ λέων συναν-

Quamquam αἰτούσης traditum uix est mutandum, nam imagine haud dissimili Philemo dicit fr. 86, 5 M.: ἡ γῆ . . . παρέχει τὴν . . . τροφήν, || αὐτὴ πορίζουσα, οὐ λαβοῦσα (lacuna) et Septimius Serenus apud Terentian. 1975 (Rutil. Nam. p. 44 M.) 'inquit amicus ager domino: si bene mi facias memini'.

1) Breuis quattuor uersuum fabulae forma suspecta mihi non uidetur, si summa eius in dicerio uel ioco posita est; praeterea hoc loco aliquatenus firmatur a Suida uersum 1 Athoum citante s. u. ἐκτόπω.

τήσας || ἀπέσπασ' αὐτό, f. 116, 13 καὶ τῇ συννεύῳ φησί '... τὸν παῖδα δ' ἡμῖν πείσον εἰς δόμους σπεύδειν'. ὄν καὶ λαβῶν παρήγεν. Similia sunt ὅς et ὄν in enuntiativis paullo arctius coniunctis 106, 13. 119, 6¹⁾, et ἔνθεν 115, 9.

Quamquam hic usus ne ab optimis quidem scriptoribus Graecis plane est alienus (cf. Thucyd. I, 9, 3. 11, 2 al., Soph. Oed. R. 6, Trach. 269. 841, Aristoph. equitt. 809, pax 1187, ran. 1062) increbruitque apud recentiores (Eberh. obs. p. 15). Quare non nimium ei tribuerim. Sed multo etiam incertiora reliqua sunt, quae huc rettulerunt uiri docti. Velut αἰτίη λέγωμαι f. 49, 5 'Latinum magis esse quam Graecum' Naber contendit l. s. s. p. 428: sed etiam apud Graecos λέγεσθαι uerbi ille usus ipsa εἶναι uocula omissa satis frequens est: cf. Kruegeri artem I, 55, 4. 4. Neque maiore iure ἐρωτᾶν fab. 10, 8. 42, 3. 97, 3 δεῖσθαι uerbi notione adhibitum cum Latino 'rogare' composuit C. F. Hermannus l. s. s. p. 809: cf. Schneider l. s. s. p. 531, Hertzberg. p. 179 adn. 2, Zachar. p. 19. Sed ne id quidem Hermanno concedo σεμνή Κίπρις, ἣ πόθων μήτηρ uerbis 32, 2 Horatii 'mater saeua Cupidinum' (carm. I, 19, 1. IV, 1, 5) poetam imitatum esse. Nam Πόθος Veneris filius nominatur iam ab Aeschilo Suppl. 1040; satisque popularem eum fuisse — ut anthologiae exempla plurima omittam — uel inde consequitur, quod Scopas teste Pausania I, 43, 6 una cum Erote et Himero eum fecit, una cum ipsa Venere teste Plinio n. h. XXXVI, 25 Samothracibus, cf. Brunn Künstlerg. I p. 321. Facili autem negotio progredi poterant a Potho ad Pothos, sicut ab Erote ad Erotas: quare Meleagrum Gadarensem Anth. Pal. X, 21 [Venus] Πόθων μήτηρ ἀελλοπόθων Romanos secutum esse non concedemus Hermanno²⁾. Quid,

1) Sed utroque loco propter nimiam periodorum longitudinem saltem colo interpungendum uidetur esse (contra commate 106, 15).

2) Similia duo eiusdem poetae exempla Hertzbergius profert p. 179, 2 νῦν δὲ Πόθων σκῆπτρα Δίῳ ἐχέτω carm. 27 Anth. Jak. I p. 11 et τὸν με Πόθοις ἄτρωτον c. 37, I p. 13; cetera neque satis bene distinxit, neque satis acriter examinavit (uelut in Mnasalcae quos protulit locis πόθος non est deus).

quod hoc loco *πόθοι* ne sunt quidem dei? Eodem enim iure quo 139, 1 *Ύμηττία μέλισσα κηρίων μήτηρ* fauorum apis, Venus ipsorum desideriorum mater nominari potest. Quae interpretatio cum uniuersae loci conditioni — agitur de *γαλήνῃ ἔρασθεισῇ* = *ποθοῦσῃ* — multo melius conueniat, iure *πόθων* Lachmannus restituit pro Boissonadii *Πόθων*¹⁾.

Reliquum est ut inquiramus, num fabulae ipsae resque in eis commemoratae Romanae originis indicia prodant. Atque ex argumentis quidem fructum capi haud magnum uel ideo consentaneum est, quod fabulae ueteres Italicae pulsae sunt Graecis et oppressae, sicut dei mythique Italici mythis Graecis: ita ut quae litteris Romanis traduntur fabulae uel uetustissimae nobilissimaeque ad Graecum plerumque exemplar fictae esse uideantur. Quin etiam ipsius apologi quo Menenius Agrippa usus esse dicitur²⁾ *πρωτότυπα* exstant apud Halmium fab. 197 *κοίλλα καὶ πόδες* et 344 *οὐρά καὶ μέλεα ὄφρεως*³⁾, neque quin

1) Coniectura haud multo certiore *ἐν δόμοις ἔχειν* fab. 143 referes ad 'domi habere' Latinum — de quo cf. interpretes ad Catull. 36, 13 sq. et Brix. ad Plaut. mil. glor. 194 —, nam eadem fere ratione potest intellegi atque Eur. Hec. 25, El. 424, Andr. fr. 143. Neque inde quod prooem. II, 9 miram habet similitudinem cum Plin. n. h. XXXV, 61 'ab hoc artis fores apertas Zeuxis . . . intrauit', quicquam consequitur, cum uetus sit imago, cf. Bacchyl. fr. 14 Bgk. et Boisson. ad locum. Atque ne asyndeti quidem usus (Hoch. p. 34, Zachar. p. 29, Eberh. ad S3, 2), quem iniuria in dubitationem uocauit Lachmannus, ut a Romanorum consuetudine — de qua praeter alia cf. amplas Lorenzii copias Plaut. Pseud. p. 43 — defendatur necesse est, nam similia etiam alii scriptores Graeci admiserunt et ueteres (Aesch. Pers. 426, Soph. Phil. 11, Trach. 787, Eurip. Androm. 1153, Suppl. 701) et recentes (Xenoph. Ephes. II, 1 *ἐκλαιον ὠδύροντο*, 8 *ἔστενον ἐκλαιεν*).

2) Liu. II, 32. Dionys. VI, 86. Quintil. Inst. V, 11, 19. Plut. Coriol. 6. Flor. I, 23, 2. Dio Cass. fr. 17, 10. Aur. Vict. 18. Zonar. VII, 14. Ceterum Zonaras, qui Dionem ad uerbum exscribere solet exscripsitque huius ipsius narrationis initio, mediam et ultimam fabulae partem forma multo prolixiore exhibet eaque non illepada: singula enim membra singillatim loquentia inducuntur. Quae scriptor Byzantinae aetatis *Αἰσωπικωτάτης* de suo adiecisse censendus est.

3) A Babrio eam uersibus inclusam nuper edidit Knoell, Wiener Sitzungsber. 1878 p. 687 (e codice Vaticano): cf. Babrium Eberhardi p. 93. Similis est Indica Pantsch. V, 14 (auis biceps).

scriptor Romanus — siue Fabius Pictor Graecis Graece scribens¹⁾ siue recentior ille L. Calpurnius Piso narratiuncularum et fabellarum captator²⁾ — a Graecis auctoribus repetitam mythis illis historicis eam intexuerit, ullam habet dubitationem³⁾. Sed una certe fabula illa ab Ouidio fast. IV, 700 narrata uere Italica est et popularis, nam sententiam habet aetiologicam et conexas est cum certo loco Italo; audi modo poetam:

681 Cur igitur missae uinctis ardentia taedis

Terga ferant uolpes, causa docenda mihi est.

Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis

Terra sed ad segetes ingeniosus ager . . .

687 Hospitis antiqui solitas intrauimus aedes . . .

Is mihi multa quidem, sed et haec narrare solebat . . .

691 'Hoc' ait 'in campo' — campumque ostendit — 'habebat

Rus breue cum duro parca colona uiro . . .

701 Filius huius erat primo lasciuus in aeuo . . .

703 Is capit extremi uolpem conualle salicti:

Abstulerat multas illa cohortis aues.

705 Captiuam stipula foenoque inuoluit, et ignes

Admouet. urentes effugit illa manus.

Qua fugit, incendit uestitos messibus agros:

Damnosis uires ignibus aura dabat.

Factum abiit, monimenta manent. namque urere captam

710 Nunc quoque lex uolpem Carseolana uetat.

Utque luat poenas gens haec, Cerealibus ardet,

Quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.

Iam cum hac narratione conferas Babrii fab. 11:

Ἀλώπεκ' ἐχθρὴν ἀμπέλων τε καὶ κήπων

ξένη ⁴⁾ *θελήσας περιβαλεῖν τις αἰκλή*

1) Nitzsch, römische Annalistik, p. 65. 269.

2) H. Virck, Quellen des Liuius und Dionysius S. 78¹. Idem Piso dicerii decrepiti auctorem ipsum Romulum fecit teste Gellio XI, 14.

3) Recte iudicat O. Mueller, gr. Lit. p. 242 adn. 69 ed. Heitz: contra quem nihil effecerunt Hertzberg. Babr. p. 81², Drogan. de Babrii mythiamb. p. 15, M. Mueller, Essays II p. 207.

4) Non opus est Nauckii *καινή* ... ut uile Maehlii *δεινή* omittam —

τὴν κέρκον ἄψας καὶ λίνον τι προσδήσας ¹⁾
 ἀφῆκε φεύγειν. τὴν δ' ἐπίσκοπος δαίμων
 5 ἐς τὰς ἀρούρας τοῦ βλαβόντος ²⁾ ὠδήγει
 τὸ πῦρ φέρουσαν. ἦν δὲ ληίων ὄρη
 καὶ καλλιπαις ἄμητος ἐλπιδῶν πλήρης.
 ὃ δ' ἠκολούθει τὸν πολὺν κόπον κλαίων,
 οὐδ' εἶδεν αὐτοῦ τὴν ἄλωα Δημήτηρ.

Aliquam saltem habet probabilitatem ex eodem fonte, quo Ouidii illa, fabulam Babrii fluxisse. Nam in notissima de Simsonē narratione Iud. c. 15, quam Roth Landsberger Hartung Keller (cf. p. 146 sq.) huius fabulae fundamentum esse uoluerunt, cum Simsonis consilium plane aliud est atque hominis Babriani Ouidianique, tum exitus est contrarius ³⁾: eodem uel etiam maiore iure quae Pseudolucianus narrat Asin. 31 ⁴⁾ pro fonte fabellae Babrianae uendere possis. Ceterum notandum est hanc uel similem eius fabulam Alfredum de Gubernatis, qui quidem fabellas mythosque omnium fere populorum per-

cum ipsam illam notionem habeat *ξενός*, cf. Pseudo-Timon π. ψυχᾶς κόσμον p. 104 D. *ξέναι τιμωρίαι* (Babrii *αἰκίη* et ipsa fere est *τιμ.*, cf. f. 93, 3), Luc. Char. 13 *ξένον... πρῶγμα*; praeterea Anth. Pal. V, 46 ipsumque Babrium Eberhardi f. 140, 5.

1) Mirum est quod cauda prius incenditur, quam stупpa ei annexa sit. Melius et plenius paraphrasis Bodleiana f. 9 Kn. (= C. p. 99, Babr. Ehb. p. 97) exhibet: *στυππεῖα ἐλαίῳ βεβρεγμένα τῇ οὐρᾷ προσδήσας ὑφῆψε* et Parisina C. p. 352: *στυππεῖον ἐλαίῳ βαπτίσας, τῇ κέρκῳ ταύτης προσδήσας ὑφῆψε πυρί*: unde suspicio oboritur, uersum illum a diasceusta e duobus contractum esse.

2) *Βλαβόντος* est egregia Ahrentis correctio iure ab Eberhardo recepta, pro qua Naber l. s. s. p. 421 flagitare non debebat Orellii *λαβόντος*.

3) Idem ualet de fabula H. 61^b = F. 221 ab Aphthonio uel alio quodam sophista confecta, nisi quod initium paullo propius abest a narratione Iudaica.

4) *Ἐπει δὲ ποτε ἄπαξ λάξ ἐκίνησα, εἶχεν ἀεὶ τοῦτο τὸ λάξ ἐν μνῆμῳ. καὶ ποτε κελείεται στυππεῖον ἐξ ἑτέρου χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον μετανεγκεῖν· κομίσας οὖν με καὶ τὸ στυππεῖον τὸ πολὺ συννεγκῶν κατέδησεν ἐπ' ἐμὲ . . . ἐπει δὲ προῖεναι λοιπὸν εἶδει, ἐκ τῆς ἐστίας κλέψας θαλὸν ἐτι θερμόν, ἐπειδὴ πόρρω τῆς αὐλῆς ἐγενόμεθα, τὸ θαλὸν ἐνεκρυψεν εἰς τὸ στυππεῖον. τὸ δὲ . . . εὐθὺς ἀνάπτεται, καὶ λοιπὸν οὐδὲν ἔφερον ἄλλο ἢ πῦρ ἀπλετον κτλ.*

scrutatus est¹⁾, nusquam alibi inuenisse, cf. zoolog. mythol. II, p. 138 adnot.. Quo etiam probabilius fit ex Italo illo fonte eam esse repetitam.

Plura sunt, quae ex rebus ipsis concludas. Fab. 95, 69 sqq. uolpes ceruo:

ὁ μὲν λέων σοι συμφέροντα βουλευέσων
70 μέλλων τ' ἐγείρειν τῆς πάροιθε νωθεύεις
ἔψαυσεν ὠτός, ὡς πατήρ ἀποθνήσκων·
ἔμελλε γάρ σοι πᾶσαν ἐντολήν δώσειν,
ἀρχὴν τσαύτην πῶς λαβοῦσα τηρήσεις κτλ.

Zachariae p. 35 ad u. 71 adnotat: 'ψάειν ὠτός aurem uellicare, "auriculis prehendere" (Plaut.) significat i. q. osculari, cf. v. 74 κνίσμα χειρὸς ἀρρώστου, v. 40 ὄνυξιν οὔατ' ἐσπάραξεν ἀκραίοις, Babr. 87, 3 ἔσαινεν ὡς φίλῳ ψάων²⁾. — τῶν ὠτων καθαιρεῖν dixit Theocritus 5, 133, τῶν ὠτων λαβέσθαι Aristaeetus 1, 24: ibique cf. interpretes p. 552 (Boiss.) 'de illo delicatissimo osculorum genere, quod χέτρα, osculum Florentinum uocatur'³⁾. At pater moriens num his osculis utetur? num utetur rex moriens, qui excitaturus est regni heredem ex pristina ignauia et edocturus, quo modo imperium acceptum tueatur? Apage tam ridicula. Vera interpretatio repetitur ex Romano antestandi more, ex quo ubi testem aliquem esse uolebant, imam eius aurem tangebant 'memento' dicentes⁴⁾. Quod — ut in ius uocationem et mancipationem omittam — etiam in testamento faciebant per aes et libram i. e. per mancipationem facto. Hanc testamenti formam, quae postrema fuit, usque ad ultimum tempus seruatam esse Cle-

1) Nam hanc saltem laudem derogare ei non poteris.

2) Haec uerba, quibus nihil dicitur de auribus, quid ualeant non intellego. Certe Bodl. Knoell. 121: *Θέλων φιλῆσαι... προσψάυει* de auribus tangendis cogitari non potest.

3) In primis opinor consulendus est Meinekius com. Gr. ed. maior II, 2 p. 856.

4) Rein, Privatrecht p. 235. 759. Lange, R. A. I p. 115. Pauli, Realencyclopaedie I¹ p. 1085. IV, 1470. Iuris Romani ratio habetur etiam apud Phaedrum I, 16. 17.

mens Alexandrinus testatur loco maxime memorabili Stromat. V, 8 extr.: καὶ τὰ παρὰ Ῥωμαίοις ἐπὶ τῶν καταθηκῶν γινόμενα τάξις εἴληχε (in iis quae de symbolis dixerat) τὰ κατὰ δικαιοσύνην ἐκεῖνα ζυγὰ καὶ ἀσάρια καρπισμοὶ τε (mancipationes) καὶ αἱ τῶν ὠτων ἐπιψαύσεις. τὰ μὲν γὰρ, ἴνα δικαίως γίνηται· τὰ δὲ εἰς τὸν τῆς τιμῆς μερισμόν· τὸ δ' ὅπως ὁ παρατυχὼν ὡς βάρους τινὸς αὐτῷ ἐπιτιθεμένου ἐστὼς ἀκούση καὶ τάξις μερίτου λάβῃ. Itaque quin huc uerba illa ἔψαυσεν . . . δώσειν spectent, quis semel monitus dubitabit? Romanus igitur fuit, qui haec scripsit nel certe iuris Romani satis peritus; nam apud Graecos moris illius nec uola exstat nec uestigium¹⁾.

Testimonium non minus graue fabula 173 Ehb. praebet, quam Babrii esse cum Auiani²⁾, Ignatii magistri, paraphrastae Bodleiani (148) auctoritates coniunctae tum metri sermonisque Babriani reliquiae plurimae³⁾ comprobant. Narratur in ea, leonem et hominem simul iter facientes cippum lapideum⁴⁾ in

1) Nihil inde consequitur, quod legimus Herodot. VII, 39: εὐ τὴν τόδ' ἐπίστασο, ὡς ἐν τοῖσι ὡσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκίει ὁ θυμὸς κτλ., atque Luc. diall. meretr. 9, 2: ἐβόμβει τὰ ὦτα ἡμῖν (nostrum: 'haben euch die Ohren nicht geklungen?'); αἰεὶ γὰρ ἐμέμνητο κτλ., de quo cf. Friedl. Darstell. I p. 516.

2) Ne una quidem exstat fabula apud Auianum quae non redeat ad Babrium, nam et ipsa XXX (Lachm. Babr. p. IX) Babrii 95 est in peius mutata. Recte iudicat Teuffel, röm. L. G. § 27, minus recte Bernhardt Gr. L. G. II² p. 747.

3) Quae in C. insunt Eberh. exscripsit; ex Bodl. 148 — Knoellii grammate aegre carui — annotaui haec: ὠδενέ ποτε λέων — σὺν ἀνθρώπῳ || ἕκαστος [δὲ] αὐτῶν τοῖς λόγοις ἐκανῶντο . . . ; στήλη πετρίνη uerbis transpositis clausula uersus efficitur; λέοντα πνίγουσα, scr. συμπνίγουσα ex C.: uersus initium. κἀκείνος εἶπεν ὑπομειδιάσας (ἐπ. εἰ.) uerba plane Babriana sunt, cf. 106, 29.

4) Bodl. 148: καὶ δὴ ἐν τῇ ὀδῷ ἦν ἀνδρὸς στήλη πετρίνη λέοντα πνίγουσα, F. 169 = H. 63: εὗρον δὲ ἐν τῇ ὀδῷ πετρίνην στήλην ὁμοίαν ἀνδρὶ, ἑτέραν στήλην λέοντος συμπνίγουσαν: Byzantinus paraphrasta στήλην pessime pro ipsa imagine accepit, cf. Furia Aes. II adn. p. 59 et Rohd. Rom. p. 545: quod plane singulare est. Hoc loco de uno cippo sepulcrali cogitandum esse et ἐν τῇ ὀδῷ uerba et Auiani (24, 4 edita cum signo . . . se-

uia inuenisse, in quo sculptus esset ¹⁾ homo leonem suffocans (*πνίγων* uel *συμπνίγων*). Quem nos esse uenatorem quemlibet²⁾, sed unum ipsum Herculem, nemo non uidet. Iam uero Graeci in monumentis sepulcralibus nunquam res fabulosas effinxerunt, immo solas humanas et domesticas: id quod animaduertentur Friedlaender 'de operibus anaglyphis in monumentis sepulcr. Graecis' Regiom. 1847 et Pervanoglu 'Die Grabsteine der alten Griechen', Leipzig 1863. Contra Romani mythis fere solis sepulcra exornauerunt — quode uide Friedl. Darstell. III p. 627 sqq., Burckhardt, Cicerone II p. 578—583, Overbeck, Plastik II p. 410 —, quam maxime autem ipsis Herculis fati factisque, cum uita aerumnosa laborisque plena ad finem beatum perducta in eis describeretur, cf. Stephani Comptendu 1862 p. 22, Friedl. l. s. s. p. 628 extr. Itaque ueri est simillimum Romana aetate et intra fines Romanos hanc fabulam fictam esse³⁾: quo optime quadrat argumentum eius artificiosum quaesitum nouicium, plane illud contrarium ceteris de leone narrationibus simplicibus antiquisque⁴⁾.

pulcra) Dosithei (p. 35 *ὡς ἤλθον ὄπου ἦν μνημείον*) Romuli (IV, 17 cum uenissent ad monumentum) testimonia confirmant.

1) Teste utroque Babrii paraphrasta; incertus est Auiani u. 7, picturam habent Romulus et Dositheus l. s. s.

2) Ceterum uenationes etiam leonum ab amphitheatris depromptae saepissime inueniuntur in sarcophagis aetatis Romanae, cf. Stephani, Comptend. 1867 p. 125. 143. 145 sqq., Usener, de Iliadis carm. quod. Phocaico p. 14 sqq.

3) Eiusdem moris Romani fortasse est, quod fab. 30 Mercurii statuae marmoream *εἰς στήλην* filii mortui quidam empturus est (Bacchi apud Auianum XXIII 'funesta in sede sepulcri || compositurus'), cf. Friedlaenderum l. s. s. p. 175 sqq. Quamquam minus certum est, cum *Ἐρμῆς ψυχροπόος* singularem habere possit condicionem.

4) Cf. fab. 95. 98. 103. 106. 107. Phaedr. IV, 13 all. De Babrii f. 96 non recte iudicat Bernhardt L. G. II² p. 707 'wir trauen ihm (Babr.) weder die Fiction 98 vom Löwen zu, der täppisch in ein schönes Mädchen sich verliebt. . .': fabula non illepada et nostratibus quoque nota exstat iam apud Diodorum XIX, 25, qui ex antiquissimis eam esse testatur, atque animalium in homines amores celebres sunt apud Graecos, cf. ipsius Babrii *γαλῆν* f. 32, Clearch. apud Athen. XIII, 606 C., Aelian. nat. an. I, 6. IV, 54 etc., Aristot. hist. an. IX, 48.

hanc coniecturam alio testimonio grauis-
 simi enim quem nos habemus finem legimus
 in 'Notices et extraits' XXIII, 2 p. 520
 inquit 'dabo tibi uerum testimonium'. Duxit
 et ostendit ei, quemadmodum homo a
 et dixit: 'hic colorum²⁾ testimonio opus non
 Cui homo dixit: 'uicisses, si non alligatum
 uendisses' etc. Iam uero fabulae formam Babrii
 Dosithei interpolatam, credere non possum,
 illa nimis bene conueniunt in uniuersum
 atque ne unum quidem exemplum inuenies fa-
 bulam in modum auctae, contractarum et mutilatarum
 etiam apud ipsum Babrium: quode postea). Habes
 x pristina fabulae Babrianae forma ipsum amphithea-
 trum Romanum et captiuos Romano more feris obiectos. Haec
 Romanorum instituta ipse Babrius significauit in fabula
 Babriani 69³⁾: Κίων τρεφόμενος ἐν οἴκῳ Θιρσίν εἰδὼς μά-
 χουσι. ἰδὼν πολλοὺς ἐν τάξει ἰσταμένους, ῥήξας τὸν κλοιὸν
 τραχῆλον ἔφευγε διὰ τῶν ἀμφόδων. κίνεσ δὲ ἄλλοι τοῦ-
 τεν ἰδόντες εὐτραφῆ ὅλα ταῦρον εἶπον· ἠτί φεύγεις; ὁ δὲ
 ἀπεκρίθη· ὅτι μὲν τροφῆ σὺν πλεονεξίᾳ οἶδα καὶ σῶμα τὸ ἐμὸν
 ἀσχημένον. αἰεὶ δὲ πλησίον εἰμι θανάτου ἄρχοις καὶ λέουσι
 ἀσχημένον. οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους εἶπον· ἠγαθὸν βίον εἰ καὶ

1) Parisinus fabulam in uniuersum melius tradit, quam Vossianus Boeckingi 15 p. 34 et Romulus IV, 17, qui fabb. IV, 11—19 omnes ab ipso Pseudodositheo repetiit (unde apparet iniuria Dresslerum app. II, 22 hanc Phaedro obtrusisse).

2) 'Oculorum' et ὀμμάτων P, 'colorum' et χρωμάτων V, 'colorum' R. In P post uocem Latinam corruptam mutata est Graeca: Lachm. 'Vers. über Dos.' p. 2 sqq.

3) Babriana est, ut illius codicis pleraeque omnes, cf. εἰδὼς μάχεσθαι uersus initium, σῶμα τὸ ἐμὸν (scr. τοῦμὸν) εὐτραφῆ uersus clausulam, ἔφευγε διὰ τῶν ἀμφόδων. κίνεσ δ' ἄλλοι integrum choliambum (de elisione cf. 33, 1 σπόρον δ' ὄρη, sim. 52, 3. 57, 8. 60, 2. 67, 6 etc.; ἄλλοις in uersus fine 57, 3. 10. 59, 14. 72, 11. 106, 26). Praeterea cum initio cf. 51, 1. 100, 1 sq., de κλοιῷ τοῦ τραχῆλου uide 100 (99), 5 sq., de τροφῆ περισσῆ 108, 29, de πλησίον ε. θανάτου 107, 2.

πενιχρὸν ζῶμεν, οἵτινες οὔτε λέουσιν οὔτε ἄρκτοις μαχόμεθα⁴. De uenatione bestiarum liberarum hoc loco cogitari non potest, neque enim multae earum ἐν τάξει ἰστάμεναι pugnant aut canis eas fugiens διὰ τῶν ἀμφοδῶν currit aut leones ursi- que coniuncti pugnare solent. Contra omnia bene procedunt, si referuntur ad amphitheatri Romani uenationes, in quibus canes ad hoc genus pugnandi instituti (θηρσὶν εἰδότες μάχασθαι)¹) cum feris — imprimis cum ipsis leonibus ursisque²) — colluctabantur et soli et uenatorum comites³).

Tot tam perspicua artis metricae, linguae, uitae Romanae uestigia uix eo possis explicare, quod Babrium Graecum fuisse conicias inter Romanos uiuentem, sicut Polybium Plutarchum alios. Quo accedit indicium grauissimum ab hominibus doctis recentioribus plus iusto neglectum: nomen dico poetae. Certum enim est Babrium⁴) hominis nomen

1) Ubi Hartelii coniectura elegans δεδιώς speciosior est quam uerior. De re cf. Friedl. Darstell. II p. 382. Apud Martialem XI, 69, 1 Lydia cauis celebratur 'amphitheatrales inter nutrita magistros'.

2) Coniunctos eos inuenies Mart. spect. 15, 3 sqq.: 'ille et praecipiti uenabula condidit urso . . . strauit et . . . leonem'.

3) Eadem uenationes habes Rom. III, 1 = Phaedr. Dressl. app. II, 14 (quae fabula ficta est ex nobili de Androcle narratione Gell. V, 14, 10. Ael. n. a. VII, 49). Apud Graecos ueteres simile nihil inuenitur, nisi quod Thessali diebus quibusdam festis eadem fere ratione, qua etiam nunc Hispani, cum tauris pugnare solebant: cf. Boettiger kl. Schr. III p. 325 sqq., Gerhard, ausgew. Vasenb. II p. 48 adn., Dilthey, Archaeol. Zeitung 1878, 2 p. 46. Qui mos — ut Baunackius amicus me docuit hunc locum accuratius tractaturus — Romam uidetur esse translatus indeque primo fere a. Chr. n. saeculo in prouincias dispersus (Artemid. onirocr. 2, 35. 54, C. I. Gr. 3212. 4039, 8. 19. 46. Le Bas, inscr. d'Asie Min. 402 inque primis 499). Quamquam recentiore aetate ipsas Romanorum uenationes non modo commemorauit Quintus Smyrnaeus VI, 532, sed usu etiam receperunt Graeci: cf. mon. Anc. C. I. Gr. 4039, 8. 19. 48.

4) Nam Babrias formam fictam esse a Byzantinis iam Knochius cap. I p. 7 sq. recte statuit, contra quem nihil effecerunt O. Schneider l. s. s. p. 531, Hertz. p. 180, Hecker Philol. V p. 495, Preller, ausgew. Aufs. p. 376, Benseler in lexico. Meo quidem iudicio in hac quaestione testium Byzantinorum — quorum grauissimus Suidas Βαβρίας ἢ Βάβριος scribens se ipsum prodit — nulla omnino est auctoritas, cum solum genitium (Ba-

... inueniri apud Graecos, atque
 eiusdem stirpis aut apud Graecos ¹⁾ exstare
 indogermanicos quos uocant populos, qui
 nomina ex duobus elementis fingendorum con-
 sistunt — 'Vollnamensystem' quam Fickius nominat —
 Fickii librum 'die griechischen Personennamen'
 Contra apud populos Italicos, qui ratione
 nomina finxerunt simplicia et quae ad speciem ho-
 minumque spectarent (Fickii 'Spitznamensystem'),
 Babrius nomen plus semel inuenitur maxime
 in inscriptionibus. Vetustissimus uidetur titulus Umbri-
 cus et Kirchh. p. 389 sq. NER·T·BABR· || MARONA-
 Idem Babrius uel cognatus eius nominatur in titulo
 Latina conscripto C. I. L. I, 1412 NER·BABRIVS·T·F
 sex uiros Asisinates, qui 'murum ab fornice ad circum-
 nicem cisternamque . . . faciendum coirauere'. Sequun-
 tur liberti duo C. I. L. I, 566 P·BABRIVS·L·L· et . . . BA-
 RRIVS·L·L·. Accedit titulus Grut. corp. p. DCLXXII n. 9
 iam a Knochio exscriptus C·BABRI·RVFI || VIX·ANN || XX
 BABRIA·PRIMA || . . . B·M·F . Coniectura fortasse resti-

τιών μυθίαμοι) eos legisse ueri sit simile. Discrimen facit quod Auia-
 nus, qui sex uel septem saeculis uetustior est et ex Titiano sua hausit,
 in praefatione p. 4, 17 Fr. Babrius forma utitur.

1) Βάβης serui nomen, Βαβίας, Βαβίων, alia, quae Schneidewinus
 profert l. s. s. ς litteram non habent, Βάβρας autem (st. Βαβραντ-) et Βα-
 βράντιον urbium sunt nomina ab uno Stephano Byzantio commemorata.
 Neque prouocare poteris ad Βαβράντιος nomen, quod ex Galeni gloss. p. 446
 exscripsit Dindorfius in Stephani thesauro: codices enim Βαβαράων et Βα-
 βράντιον habent et Βαβυλωνίον ipse Dindorfius coniecit. Neque ne uoca-
 bulum quidem Graecum inuenies, quo Βάβριος aliqua probabilitate referri
 possit. Alii aliud proposuerunt: βαβρίζω Bergkii l. s. s. p. 121 — quod
 uerbum non inuenitur nisi uno loco (Anan. choliamb. M. p. 134), ubi
 cicadarum strepitum significat —, βαβρίς Lobeckius pathol. p. 491 et Preller
 l. s. s. — sed β consonantis hic 'pleonasmus' uereor ut dubio illo et aliter
 comparato Χαβρίας nominis exemplo satis sit firmatum. Bernhardi autem
 opinio Gr. L. G. II² p. 746 'Jetzt wird man . . . den landschaftlichen Namen
 eines asiatischen Dichters eher ertragen' quasi aqua est fundata, cum de
 Syria Babrii patria nihil constare uiderimus.

tuendum est Babrius nomen in titulo aetatis Christianae C. I. L. V, 1, 1691 EGO P BABBIVS, ubi BABBIVS testatur Cortenouius, BAEBI (omisso VS) exhibet Pocockius (ex coniectura, ut uidetur), PAPIRIVS Marinius, quem ex Cortenouio hausisse Mommsenus censet. Praeterea exstat nomen aperte a Babrio deriuatum C. I. L. V, 1, 971 P·BABRINIUS·M·(f.), atque simillima illa Baburius, Baburia — unde ductum Baburiana Front. ep. p. 199, 8. 12. 18 et 200, 1 N. —¹⁾ itemque Barbius, Barbia frequentissima sunt in quinto potissimum inscriptionum uolumine.

Videmus igitur Babrium nomen gentile fuisse Romanorum. Quare a Graecis depromptum non est — huc enim confugerunt Bergkii et Preller l. s. ss. —, nam Romani etiamsi cognomina Graeca non spreuerunt, nominibus semper usi sunt uernaculis. Sed enim negat Schneider l. s. s. p. 531 Babrii etymon a lingua Latina repeti posse. At si plurima Italorum nomina propria ad externam hominum formam spectare tecum reputaueris, ueri non dissimile esse concedes, Babrium — atque Barbium recentius et uolgare, quod non reperitur in primo inscriptionum uolumine — per io- suffixum ductum esse a barba uoce (cf. Barbatum cognomen notissimum), sicut Fābius a fāba, Asinius ab asinus, Naeuius a naeuus, Valgius a ualgus, Plautius a plautus, Licinius a licinus. Metathesis eadem species ceteris a Ritschelio opusc. II p. 459 sqq. et 528 sqq. tractatis paullo rarior perspicitur in feris ferreo, Codrus Cordus, Scodra Scorda (Unger de Valgio Rufo p. 415) atque in *στέργος στέργος, νάρθηξ νάρθαξ, ἀργυρία ἀργυρία* (Meinek. anall. Alexandr. p. 118), *Δέσβη Δέβρη, Σίβρος Σίβρος* (Unger l. s. s.), *Ἀργιόπη Ἀργιόπη*²⁾. Quod si uerum est, ipsa etiam origine nomen poetae plane alienum est a

1) De uocalibus parasiticis quas dicunt in uolgari aetatis recentioris latinitate inter mutam et r insertis cf. Ritschelii opusc. phil. II p. 207.

2) Simile est *νεύρον *νεφρον* neruus: cf. *ἀμανρός *ἀμαρφος* (Curtius, Etym. p. 553 ed. 4). Atque eadem est uidere in recentioribus linguis quae a Latina originem ducunt: cf. Diezium, Gramm. d. rom. Sprr. I p. 208 inque primis p. 191 sq. (ubi inuenies Hispanorum *olvidar* = oblitare, *silbar* = si-

lingua Graeca, in qua barbae uocis ne uestigium quidem ullum inueniatur: cf. Lottner, Kuhn's Zeitschr. V, 142. VII, 27. 186.

Sed simplex Babrius nomen in codicibus non tribuitur poetae. In Harleiano enim 3521 super fabulam de spe in fundo dolii relicta (58) haec inueniuntur scripta teste Tyrwhitto l. s. s. p. CCII:

— — * * * * *¹⁾ Βαβρίου

Βαλερίου χωριαμβικοί στίχοι ἐκ τῶν Αἰσώπου μύθων.

Hinc profecti unum Valerii nomen Herder, Babrii Valerii Berger poetae imposuerunt, cf. Knoeb. p. 13 sq.; Tyrwhittus autem, quocum facit Knochius p. 14, l. s. s. p. CCIII coniecit 'nomen illud Βαβρίου esse emendationem alterius, quod infra scribitur, Βαλερίου'. At emendationes ita collocari non solent, atque per mirum accidit, quod etiam Athous, qui artiore cum illo cognatione non est coniunctus, eiusdem nominis uestigium habet in inscriptione: Βαλεβρίου μυθιαμβοὶ Αἰσώπειοι κατὰ στοιχείον. στίχοι χωλιαμβικοί. Ubi Βαλεβρίου corruptum uix aptius poteris explicare quam suspicando Βαλε[ρίου Βα]βρίου codicem archetypum exhibuisse. Quae et inter se et cum ceteris illis originis Romanae indicibus tam singulariter congruunt, ut errore casuae ea orta esse nunc quidem credi uix possit. Itaque Valerium Babrium poetae nomen fuisse — quod iam Boissonadius coniecit Hasio et Abrente de crasi p. 30 probantibus — magnam habet probabilitatem. Sed de Valerio etiamsi non omnis tollatur scrupulus, tamen Romanum fuisse poetam coniunctorum argumentorum ui necessarie credo demonstrari.

Iam uero cum altero potissimum et tertio p. Chr. n. saeculo semigraecis illis Hadriano Antoninis Alexandro Seuero imperatoribus scriptores Romani lingua Graeca usi sint²⁾, ea

bilare, espalda = spatula et veldo vedlo, bulrar burlar, melro merlo: quocum cf. nostrum Ulrichs Urlichs).

1) De lacuna haec dicit Tyrwhittus: 'praefigitur uocula, ut uidetur Latina, sed characteribus ex festinatione scribentis tam peruerse formatis, ut de uera eorum potestate aliquid certi statuere difficillimum sit'.

2) Cf. Teuffel, rōm. L. G. §§ 354 et 356, Bernhardt, gr. L. G. I p. 590 sqq.,

ipsa aetate Babrium uixisse probabile est. Quod arte poetae metrica, Graeco sermone, fabularum formis rebusque in eis commemoratis confirmatur et probatur.

Ad artem metricam quod attinet, primum in memoriam redigo pedum illam trisyllaborum frequentiam Graecorum praeter Babrium neminem omnino habere, Romanorum neminem ante Martialem. Quare Babrius *ῥωμαϊκῶν*, praesertim cum maiore etiam quam ille libertate artes plures solutas uno uersu coniunxerit¹⁾, certe non uixit ante aetatem eius i. e. ante primum p. Chr. n. saeculum exiens. Aliter autem atque Martialis ceterique qui ante eum uixerunt poetae Romani²⁾ et Alexandrini Babrius spondeum in quintum pedem interdum admisit, inprimis in uocabulis polysyllabis, cf. Duebn. animaduers. p. 19 sqq., Lachm. Babr. praef. p. XIII sq., Eberh. obs. p. 7, Babr. praef. p. IV. Quae licentia tempus etiam recentius indicat, quo uetus disciplina magis magisque solueretur. Primus enim quod sciam saeculo tertio exeunte uel quarto ineunte Iulius Valerius³⁾ I, 42 in 25 choliambis quinquens uel sexiens hoc spondeo usus est, cf. u. 13 qui dat|Phocum, 14 quae suscepit, 17 stirpis|nostrae, 23 terrae per|uadat, 24 Phaethon|teis, et dubium illud 12 Erima|chus post|illum⁴⁾, Boetius autem sexto saeculo ineunte fere pro legitimo eum habuit, cf. de consol. II, 1, 4 fallax|uultum, 5 curat|fletus, 6 fecit|ridet, sim. 8. 9. III, 11, 1. 3. 4. 5. 7. 11. 14. 16.

Sed multo etiam certior recentioris aetatis nota seuera illa Babrii obseruantia est ultimae uersus syllabae producendae. Quae nihil habet dubitationis; cum in fabulis Dositheanis

Rohd. Rom. p. 290 sqq. Nobilissimi eorum sunt Marcus Antonius imperator et Aelianus sophista.

1) Et ipsos tribrachos altero et tertio pede se excipientes, quod Martialis nunquam admisit: cf. Lachm. praef. p. XIII.

2) Varronem si exceperis, cf. p. 174 quae exposui.

3) Valerii Mueller p. 150 et Ries. Varr. p. 80 rationem non habuerunt Boetii ceteroqui memores.

4) Traditum est 'Tryinus unde et Erimachus post illum': conicio 'dein Erimachus p. i.' (undedei = unde et).

ne una quidem ultima brevis inueniatur¹⁾, in AS satis paucae certisque finibus circumscriptae, cf. Ahrens de crasi p. 31, Fix. l. s. s. p. 62, Eberh. obs. p. 8, Babr. praef. p. IV. Longe alia ceterorum choliambographorum Graecorum est ars: apud Hippo-nactem enim in uersibus quorum clausula cognosci potest 111 in fine 45 fere inueniuntur breues, in 14 Ananii 6, in 15 Aeschri-onis 7, in Phoenicis 53, 17, in Parmenonis 5, 2, Hermiae 6, 3, Diphili 2, 1, Herodae 16, 4, Theocriti 4, 1, Callimachi 37, 17, Apollonii Rhodii 3, 1, Charini 4, 2, Apollonidis 6, 3, in lapide Amorgino Kaibelii 3, 1, in carmine anonymo aetatis Traianae 12, 5: medium igitur numerum si quaerimus apud choliambo-graphos ueteres (125 : 51) fere in altero quoque uersu, apud Alexandrinos (166 : 54) in tertio quoque trochaicum finalem ex-stare uidemus. Minus etiam seueri quam Graeci fuerunt Ro-mani: ex 126 Catulli choliambis 65 breuem ultimam habent, ex 80 Priapeorum 32²⁾, ex 49 primi Martialis libri 24, ex 75 duodecimi 39, ita ut minimum in alterum quemque uersum licentia illa cadat. Aliter Graeci in ultima bonorum scripto-rum aetate. De choliambo quidem certi nihil statui potest, cum huius metri uersus non exstant nisi duodecim Diogenis Laertii (Mein. choliamb. p. 171 et Nauck. Philol. VI p. 140), in quibus ter trochaeus adhibetur in fine. Sed ipsi dactylici illi poetae, quorum caput est Nonnus, similem legem consulto et opera data obseruauerunt, cf. Struve, de exitu uersus in Nonni carminibus p. 18 sqq., A. Ludwich, z. Kritik des Nonnus p. 60. 71. 79³⁾. A quibus in eo tantum Babrius recedit, quod $\mu\epsilon\lambda\epsilon\nu$ δὲ

1) Dubius est 126, 8 ubi V habet 'ηισας cantasti' ab editoribus re-ceptum, P uetustior 'Θηρουλδης aestate cantas', quod leui errore ortum esse apparet ex uera Bodleiani *Θέρους ηύλης* scriptura etiam ab Arsenio paroem. II p. 398 et fabulatore C. p. 235 seruata.

2) Magna Priapeorum inaequalitas (c. 31 et 79 uersuum quaternor-um nullum trochaicum finalem habent, c. 36 uu. 11, 3, c. 78 uu. 5, 1, contra c. 47 uu. 6, 4, c. 51 uu. 28, 11, c. 58 uu. 4, 3, c. 63 uu. 18, 10) tribuenda non uidetur disciplinae artique diuersae, immo soli casui, siquidem similia etiam apud Catullum possunt obseruari (c. 31 uu. 14, 4 trochaicos finales habet, c. 22 uu. 21, 17).

3) Nonnianae similis ars eius uidetur, qui hexametris fabulas Babri-

γὰρ all. particulas apud eos frequentissimas (Struve p. 19 sqq.) non admittit in exitum ex praecepto omnibus choliambographis et Graecis et Latinis communi uocabulorum monosyllaborum in uersus fine uitandorum ¹⁾. Itaque haec quoque metri Babriani proprietates ut in tempus quam nouissimum eum referamus discrete suadet ²⁾.

anas repetiit, cum in uersibus eius fere 24 ultimae breues 2 inueniantur (*τίγριον, αἰγός*). Nam ad Callimachum potius referendum uidetur fr. 8 Ehb., inque primis fr. 12 sq. (Schneider, fr. anon. 63) propter uocem *πελιδνωθεῖσα*, qualia in fabulis non tribuuntur animalibus; contra accedent nonnulla ex Callimacheis anonymis Schneideri et ex Bergkii anthol. lyr. p. XX sq. et 173 sqq. Probabiliter autem Lachmannus p. VIII ad hunc poetam rettulit proem. II, 9 sqq. *ἴπ' ἐμοῦ δὲ πρώτον τῆς θύρης ἀνοιχθείσης ἢ εἰσῆλθον ἄλλοι καὶ σοφωτέρης* (ubi inutiles coniecturae, nam aptissima est ironia) *μοίσης ἢ γρίφοις ὁμοίαις ἐκφέρουσι ποιήσεις, μαθόντες οὐδὲν πλεῖον ἢ γεγωνίσκειν* (corr. Burgess. Rev. de Phil. p. 460 et postea Nauck.): certe tam accurate Babrium ille sequitur, 'paene ut singulos uersus eius exprimat' (Eberh. p. 97). Quod opposuerunt Renier l. s. s. p. 359 et Bernhardy Hall. Lit. Ztg. 1845 p. 863, uersus illos non esse *γριφώδεις*, nihili est, nam et raras uoces plurimas continent (1 *ἀήτης* uentus, 4 *αἴσυλα* improba, 5 *θύνη* uitium, 6 *λῆς* leo, 10 *αἴθων*, et *ἄδε* ab *ἀνδάνω*, 11 *κεμᾶς* = *ἐλαφος*, *ἡπεδαναῖο* = *ἀρρώστον*, 17 *μεταχρονίην* = *μετέωρον*, 18 *καάσθη* = *ἐάγη*) et metrum griphorum sollemne dactylicum est; ad ipsa argumenta obscura cur Babrii illa cum Reniero Drogano p. 24 aliis referamus nulla est causa, immo dissuadet *λευκῆ* . . . *δῆσεις* u. 13 oppositum.

1) Apud Graecos unum inueni exemplum incertum (nam exitus mutilatus etiam *ἡδ' ἰππεύς* uerbis suppletur) anonymi p. 173 u. 11 *ἰππεύς τε*, quod enclisi pro uno uerbo est; simile Babr. 50, 20 *οὐδ' ἂν τις* in epimythio legitur interpolato. Contra in Babrii personati sylloge altera duo haec reperies exempla plane diuersa 13, 18 *εἰ ζῶν* (quam clausulam Bergkii anthol. p. XXXIX uel ideo iniuria tribuit Babrio) et 75, 8 *κρεάων σῶν*. Apud Latinos saepius inueniuntur 'est' 'sum' 'sunt', semel 'si quis', quae et ipsa aut enclisi aut enclisi et synaloephe cum uocabulo monosyllabo antecedente coniunguntur: accuratiora inuenies supra p. 166. Veriti esse uidentur poetae ultimum pedem ipso spondeo nimis grauatum uerbis dirimendis etiam impeditiorem reddere.

2) Praetereundum non uidetur quod Aristides Quintilianus dicit p. 53 M. (Hephaest. G. p. 196): *δέχεται δὲ* (metrum iambicum) *ἐπὶ τελευτῆς ἐν τοῖς ἀκαταλήκτοις καὶ πυρρήξιον σπονδειῶν δὲ, ὅτε τὸ καλούμενον χαλὸν γίνεται· ἐν δὲ τοῖς καταληκτικοῖς ἀμφίβραχυν ἢ βακχεῖον κτλ.* Sed trochaem, quem habet Hephaestio p. 18 W. (30 G.) ceterique, haud

Neque me fefellisse hanc coniecturam alio testimonio grauisimo efficitur. Post eum enim quem nos habemus finem legimus apud Pseudodositheim in 'Notices et extraits' XXIII, 2 p. 520 sq.¹⁾: 'sed et ego' inquit 'dabo tibi uerum testimonium'. Duxit eum ad amphitheatrum et ostendit ei, quemadmodum homo a leone suffocabatur, et dixit: 'hic colorum²⁾ testimonio opus non est, sed ueritate'. Cui homo dixit: 'uicisses, si non alligatum mihi hominem ostendisses' etc. Iam uero fabulae formam Babrii primariam esse, Dosithei interpolatam, credere non possum, nam additamenta illa nimis bene conueniunt in uniuersum argumentum atque ne unum quidem exemplum inuenies fabulae hunc in modum auctae, contractarum et mutilatarum plurima (etiam apud ipsum Babrium: quode postea). Habes igitur in pristina fabulae Babrianae forma ipsum amphitheatrum Romanum et captiuos Romano more feris obiectos. Haec autem Romanorum instituta ipse Babrius significauit in fabula Bodleiani 69³⁾: *Κύων τρεφόμενος ἐν οἴκῳ Θηρσίν εἰδὼς μάχεσθαι, ἰδὼν πολλοὺς ἐν τάξει ἰσταμένους, ῥήξας τὸν κλοιὸν τοῦ τραχήλου ἔφρευγε διὰ τῶν ἀμφοδῶν. κύνες δὲ ἄλλοι τοῦτον ἰδόντες εὐτραφῆ ὅλα ταῦρον εἶπον· ἢ τί φεύγεις; ὁ δὲ εἶπεν· ἢ ὅτι μὲν τροφῆ σὺζῶν περισσῆ ὀίδα καὶ σῶμα τὸ ἐμὸν εὐφραίνω· αἰεὶ δὲ πλησίον εἰμὶ θανάτου ἄρκτοις καὶ λέουσι μαχόμενος. οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους εἶπον· ἢ καλὸν βίον εἰ καὶ*

1) Parisinus fabulam in uniuersum melius tradit, quam Vossianus Boeckingi 15 p. 34 et Romulus IV, 17, qui fabb. IV, 11—19 omnes ab ipso Pseudodositheo repetiit (unde apparet iniuria Dresslerum app. II, 22 hanc Phaedro obtrusisse).

2) 'Oculorum' et *ὀμμάτων* P, 'colorum' et *χρωμάτων* V, 'colorum' R. In P post uocem Latinam corruptam mutata est Graeca: Lachm. 'Vers. über Dos.' p. 2 sqq.

3) Babriana est, ut illius codicis pleraeque omnes, cf. *εἰδὼς μάχεσθαι* uersus initium, *σῶμα τὸ ἐμὸν* (scr. *τοῦμὸν*) *εὐφραίνω* uersus clausulam, *ἔφρευγε διὰ τῶν ἀμφοδῶν*. *κύνες δ' ἄλλοι* integrum choliambum (de elisione cf. 33, 1 *σπόρον δ' ὄρη*, sim. 52, 3. 57, 8. 60, 2. 67, 6 etc.; *ἄλλοι* in uersus fine 57, 3. 10. 59, 14. 72, 11. 106, 26). Praeterea cum initio cf. 51, 1. 100, 1 sq., de *κλοιῷ τοῦ τραχήλου* uide 100(99), 5 sq., de *τροφῆ περισσῆ* 108, 29, de *πλησίον ε. θανάτου* 107, 2.

πενιχρὸν ζῶμεν, οἵτινες οὔτε λέουσιν οὔτε ἄρκτοις μαχόμεθα". De uenatione bestiarum liberarum hoc loco cogitari non potest, neque enim multae earum ἐν τάξει ἰστάμεναι pugnant aut canis eas fugiens διὰ τῶν ἀμφόδων currit aut leones ursique coniuncti pugnare solent. Contra omnia bene procedunt, si referuntur ad amphitheatri Romani uenationes, in quibus canes ad hoc genus pugnandi instituti (θηρῶν εἰδότες μάχεσθαι)¹⁾ cum feris — imprimis cum ipsis leonibus ursisque²⁾ — colluctabantur et soli et uenatorum comites³⁾.

Tot tam perspicua artis metricae, linguae, uitae Romanae uestigia uix eo possis explicare, quod Babrium Graecum fuisse conicias inter Romanos uiuentem, sicut Polybium Plutarchum alios. Quo accedit indicium grauissimum ab hominibus doctis recentioribus plus iusto neglectum: nomen dico poetae. Certum enim est Babrium⁴⁾ hominis nomen

1) Ubi Hartelii coniectura elegans *δεδιώς* speciosior est quam uerior. De re cf. Friedl. Darstell. II p. 382. Apud Martialem XI, 69, 1 Lydia cauis celebratur 'amphitheatrales inter nutrita magistros'.

2) Coniunctos eos inuenies Mart. spect. 15, 3 sqq.: 'ille et praecipiti uenabula condidit urso . . . strauit et . . . leonem'.

3) Easdem uenationes habes Rom. III, 1 = Phaedr. Dressl. app. II, 14 (quae fabula ficta est ex nobili de Androcle narratione Gell. V, 14, 10. Ael. n. a. VII, 49). Apud Graecos ueteres simile nihil inuenitur, nisi quod Thessali diebus quibusdam festis eadem fere ratione, qua etiamnunc Hispani, cum tauris pugnare solebant: cf. Boettiger kl. Schr. III p. 325 sqq., Gerhard, ausgew. Vasenb. II p. 48 adn., Dilthey, Archaeol. Zeitung 1878, 2 p. 46. Qui mos — ut Baunackius amicus me docuit hunc locum accuratius tractaturus — Romam uidetur esse translatus indeque primo fere a. Chr. n. saeculo in prouincias dispersus (Artemid. onirocr. 2, 35. 54, C. I. Gr. 3212. 4039, 8. 19. 46. Le Bas, inscr. d'Asie Min. 402 inque primis 499). Quamquam recentiore aetate ipsas Romanorum uenationes non modo commemorauit Quintus Smyrnaeus VI, 532, sed usu etiam receperunt Graeci: cf. mon. Anc. C. I. Gr. 4039, 8. 19. 48.

4) Nam Babrias formam fictam esse a Byzantinis iam Knochius cap. I p. 7 sq. recte statuit, contra quem nihil effecerunt O. Schneider l. s. s. p. 531, Hertzsb. p. 180, Hecker Philol. V p. 495, Preller, ausgew. Aufs. p. 376, Benseler in lexico. Meo quidem iudicio in hac quaestione testium Byzantinorum — quorum grauissimus Suidas *Βαβρίας ἢ Βάβριος* scribens se ipsum prodit — nulla omnino est auctoritas, cum solum genetium (*Ba-*

proprium nunquam inueniri apud Graecos, atque ne simile quidem eiusdem stirpis aut apud Graecos ¹⁾ exstare aut apud ceteros indogermanicos quos uocant populos, qui ueterem illam nominum ex duobus elementis fingendorum consuetudinem — ‘Vollnamensystem’ quam Fickius nominat — seruaerunt: cf. Fickii librum ‘die griechischen Personennamen’ inscriptum. Contra apud populos Italicos, qui ratione plane noua nomina finxerunt simplicia et quae ad speciem hominum condicionemque spectarent (Fickii ‘Spitznamensystem’), ipsum Babrius nomen plus semel inuenitur maxime in lapidum inscriptionibus. Vetustissimus uidetur titulus Umbrius Aufr. et Kirchh. p. 389 sq. NER·T·BABR·|| MARONATEI. Idem Babrius uel cognatus eius nominatur in titulo lingua Latina conscripto C. I. L. I, 1412 NER·BABRIVS·T·F inter sex uiros Asisinates, qui ‘murum ab fornice ad circum et fornecem cisternamque . . . faciendum coirauere’. Sequuntur liberti duo C. I. L. I, 566 P·BABRIVS·L·L· et . . . BABRIVS·L·L·. Accedit titulus Grut. corp. p. DCLXXII n. 9 iam a Knochio exscriptus C·BABRI·RVFI || VIX·ANN || XX || BABRIA·PRIMA || . . . B·M·F ||. Coniectura fortasse resti-

βριον μυθιαμβου) eos legisse ueri sit simile. Discrimen facit quod Auianus, qui sex uel septem saeculis uetustior est et ex Titiano sua hausit, in praefatione p. 4, 17 Fr. Babrius forma utitur.

1) *Βάβης* serui nomen, *Βαβλας*, *Βαβίων*, alia, quae Schneidewinus profert l. s. s. ρ litteram non habent, *Βάβρας* autem (st. *Βαβραντ*-) et *Βαβράντιον* urbium sunt nomina ab uno Stephano Byzantio commemorata. Neque prouocare poteris ad *Βαβράνιος* nomen, quod ex Galeni gloss. p. 446 exscripsit Dindorfius in Stephani thesauro: codices enim *Βαβαρῶν* et *Βαβραντίου* habent et *Βαβυλωνίου* ipse Dindorfius coniecit. Neque ne uocabulum quidem Graecum inuenies, quo *Βάβριος* aliqua probabilitate referri possit. Alii aliud proposuerunt: *βαβράζω* Bergkii l. s. s. p. 121 — quod uerbum non inuenitur nisi uno loco (Anan. choliamb. M. p. 134), ubi cicadarum strepitum significat —, *βαρίς* Lobeckii pathol. p. 491 et Preller l. s. s. — sed β consonantis hic ‘pleonasmus’ uereor ut dubio illo et aliter comparato *Χαβρίας* nominis exemplo satis sit firmatum. Bernhardyi autem opinio Gr. L. G. II² p. 746 ‘Jetzt wird man . . . den landschaftlichen Namen eines asiatischen Dichters eher ertragen’ quasi aqua est fundata, cum de Syria Babrii patria nihil constare uiderimus.

tuendum est Babrius nomen in titulo aetatis Christianae C. I. L. V, 1, 1691 EGO P̄ BABBI¹VS, ubi BABBIVS testatur Cortenouius, BAEBI (omisso VS) exhibet Pocockius (ex coniectura, ut uidetur), PAPIRIVS Marinius, quem ex Cortenouio hausisse Mommsenus censet. Praeterea exstat nomen aperte a Babrio deriuatum C. I. L. V, 1, 971 P̄ BABRINIUS · M · (f.), atque simillima illa Baburius, Baburia — unde ductum Baburiana Front. ep. p. 199, 8. 12. 18 et 200, 1 N. —¹) itemque Barbius, Barbia frequentissima sunt in quinto potissimum inscriptionum uolumine.

Videmus igitur Babrium nomen gentile fuisse Romanorum. Quare a Graecis depromptum non est — huc enim confugerunt Bergkii et Preller l. s. ss. —, nam Romani etiamsi cognomina Graeca non spreuerunt, nominibus semper usi sunt uernaculis. Sed enim negat Schneider l. s. s. p. 531 Babrii etymon a lingua Latina repeti posse. At si plurima Italorum nomina propria ad externam hominum formam spectare tecum reputaueris, ueri non dissimile esse concedes, Babrium — atque Barbium recentius et uulgare, quod non reperitur in primo inscriptionum uolumine — per io- suffixum ductum esse a barba uoce (cf. Barbatum cognomen notissimum), sicut Fābius a fāba, Asinius ab asinus, Naeuius a naeuus, Valgius a ualgus, Plantius a plautus, Licinius a licinus. Metathesis eadem species ceteris a Ritschelio opusc. II p. 459 sqq. et 528 sqq. tractatis paullo rarior perspicitur in fer̄ris fer̄reo, Codrus Cordus, Scodra Scorda (Unger de Valgio Rufo p. 415) atque in στέρφος στέρφος, νάρθηξ νάρθαξ, ἀγυρνία ἀγυρνία (Meinek. anall. Alexandr. p. 118), Δέσβη Δέβρη, Στέβος Σίβρος (Unger l. s. s.), Ἀγλιόπη Ἀγλιόπη²). Quod si uerum est, ipsa etiam origine nomen poetae plane alienum est a

1) De uocalibus parasiticis quas dicunt in uulgari aetatis recentioris latinitate inter mutam et r insertis cf. Ritschellii opusc. phil. II p. 207.

2) Simile est νεῦρον *νεφρον neruus: cf. ἀμανός *ἀμαρφος (Curtius, Etym. p. 553 ed. 4). Atque eadem est uidere in recentioribus linguis quae a Latina originem ducunt: cf. Diezium, Gramm. d. rom. Sprr. I p. 208 inque primis p. 191 sq. (ubi inuenies Hispanorum olvidar = oblitare, silbar = si-

lingua Graeca, in qua barbae uocis ne uestigium quidem ullum inueniatur: cf. Lottner, Kuhn's Zeitschr. V, 142. VII, 27. 186.

Sed simplex Babrius nomen in codicibus non tribuitur poetae. In Harleiano enim 3521 super fabulam de spe in fundo dolii relicta (58) haec inueniuntur scripta teste Tyrwhitto l. s. s. p. CCII:

— — * * * * *) Βαβρίου

Βαλερίου χωριαμβικοί στίχοι ἐκ τῶν Αἰσώπου μύθων.

Hinc profecti unum Valerii nomen Herder, Babrii Valerii Berger poetae imposuerunt, cf. Knoch. p. 13 sq.; Tyrwhittus autem, quocum facit Knochius p. 14, l. s. s. p. CCIII coniecit 'nomen illud Βαβρίου esse emendationem alterius, quod infra scribitur, Βαλερίου'. At emendationes ita collocari non solent, atque permium accidit, quod etiam Athous, qui artiore cum illo cognatione non est coniunctus, eiusdem nominis uestigium habet in inscriptione: *Βαλεβρίου μυθίαμβοι Αἰσώπειοι κατὰ στοιχεῖον. στίχοι χωριαμβικοί.* Ubi Βαλεβρίου corruptum uix aptius poteris explicare quam suspicando Βαλε[ρίου Βα]βρίου codicem archetypum exhibuisse. Quae et inter se et cum ceteris illis originis Romanae indiciis tam singulariter congruunt, ut errore casuae ea orta esse nunc quidem credi uix possit. Itaque Valerium Babrium poetae nomen fuisse — quod iam Boissonadius coniecit Hasio et Ahrente de crasi p. 30 probantibus — magnam habet probabilitatem. Sed de Valerio etiamsi non omnis tollatur scrupulus, tamen Romanum fuisse poetam coniunctorum argumentorum ui necessarie credo demonstrari.

Iam uero cum altero potissimum et tertio p. Chr. n. saeculo semigraecis illis Hadriano Antoninis Alexandro Seuero imperatoribus scriptores Romani lingua Graeca usi sint²⁾, ea

bilare, espalda = spatula et veldo vedlo, bulrar burlar, melro merlo: quocum cf. nostrum Ulrichs Urlichs).

1) De lacuna haec dicit Tyrwhittus: 'praefigitur uocula, ut uidetur Latina, sed characteribus ex festinatione scribentis tam peruerse formatis, ut de uera eorum potestate aliquid certi statuere difficillimum sit'.

2) Cf. Teuffel, röm. L. G. §§ 354 et 356, Bernhardy, gr. L. G. I p. 590 sqq.,

ipsa aetate Babrium uixisse probabile est. Quod arte poetae metrica, Graeco sermone, fabularum formis rebusque in eis commemoratis confirmatur et probatur.

Ad artem metricam quod attinet, primum in memoriam redigo pedum illam trisyllaborum frequentiam Graecorum praeter Babrium neminem omnino habere, Romanorum neminem ante Martialem. Quare Babrius *ῥωμαϊζῶν*, praesertim cum maiore etiam quam ille libertate artes plures solutas uno uersu coniunxerit¹⁾, certe non uixit ante aetatem eius i. e. ante primum p. Chr. n. saeculum exiens. Aliter autem atque Martialis ceterique qui ante eum uixerunt poetae Romani²⁾ et Alexandrini Babrius spondeum in quintum pedem interdum admisit, inprimis in uocabulis polysyllabis, cf. Duebn. animaduers. p. 19 sqq., Lachm. Babr. praef. p. XIII sq., Eberh. obs. p. 7, Babr. praef. p. IV. Quae licentia tempus etiam recentius indicat, quo uetus disciplina magis magisque solueretur. Primus enim quod sciam saeculo tertio exeunte uel quarto ineunte Iulius Valerius³⁾ I, 42 in 25 choliambis quinquiens uel sexiens hoc spondeo usus est, cf. u. 13 qui dat|Phocum, 14 quae sus|cepit, 17 stirpis|nostrae, 23 terrae per|uadat, 24 Phae|thon|teis, et dubium illud 12 Erima|chus post|illum⁴⁾, Boetius autem sexto saeculo ineunte fere pro legitimo eum habuit, cf. de consol. II, 1, 4 fallax|uultum, 5 curat|fletus, 6 fecit|ridet, sim. 8. 9. III, 11, 1. 3. 4. 5. 7. 11. 14. 16.

Sed multo etiam certior recentioris aetatis nota seuera illa Babrii obseruantia est ultimae uersus syllabae producendae. Quae nihil habet dubitationis; cum in fabulis Dositheanis

Rohd. Rom. p. 290 sqq. Nobilissimi eorum sunt Marcus Antonius imperator et Aelianus sophista.

1) Et ipsos tribrachos altero et tertio pede se excipientes, quod Martialis nunquam admisit: cf. Lachm. praef. p. XIII.

2) Varronem si exceperis, cf. p. 174 quae exposui.

3) Valerii Mueller p. 150 et Ries. Varr. p. 80 rationem non habuerunt Boetii ceteroqui memores.

4) Traditum est 'Tryinus unde et Erimachus post illum': conicio 'dein Erimachus p. i.' (undedei = unde et).

ne una quidem ultima brevis inueniatur ¹⁾, in AS satis paucae certisque finibus circumscriptae, cf. Ahrens de crasi p. 31, Fix. l. s. s. p. 62, Eberh. obs. p. 8, Babr. praef. p. IV. Longe alia ceterorum choliambographorum Graecorum est ars: apud Hippo- nactem enim in uersibus quorum clausula cognosci potest 111 in fine 45 fere inueniuntur breues, in 14 Ananii 6, in 15 Aeschrio- nis 7, in Phoenicis 53, 17, in Parmenonis 5, 2, Hermiae 6, 3, Diphili 2, 1, Herodae 16, 4, Theocriti 4, 1, Callimachi 37, 17, Apollonii Rhodii 3, 1, Charini 4, 2, Apollonidis 6, 3, in lapide Amorgino Kaibeli 3, 1, in carmine anonymo aetatis Traianae 12, 5: medium igitur numerum si quaerimus apud choliambo- graphos ueteres (125 : 51) fere in altero quoque uersu, apud Alexandrinos (166 : 54) in tertio quoque trochaicum finalem ex- stare uidemus. Minus etiam seueri quam Graeci fuerunt Ro- mani: ex 126 Catulli choliambis 65 breuem ultimam habent, ex 80 Priapeorum ³²²⁾, ex 49 primi Martialis libri 24, ex 75 duodecimi 39, ita ut minimum in alterum quemque uersum licentia illa cadat. Aliter Graeci in ultima bonorum scripto- rum aetate. De choliambo quidem certi nihil statui potest, cum huius metri uersus non exsint nisi duodecim Diogenis Laertii (Mein. choliamb. p. 171 et Nauck. Philol. VI p. 140), in quibus ter trochaeus adhibetur in fine. Sed ipsi dactylici illi poetae, quorum caput est Nonnus, similem legem consulto et opera data obseruauerunt, cf. Struve, de exitu uersus in Nonni carminibus p. 18 sqq., A. Ludwich, z. Kritik des Nonnus p. 60. 71. 79 ³⁾. A quibus in eo tantum Babrius recedit, quod *μὲν δὲ*

1) Dubius est 126, 8 ubi V habet 'ηισας cantasti' ab editoribus re- ceptum, P uetustior 'θηρουλδης aestate cantas', quod leui errore ortum esse apparet ex uera Bodleiani *θηρουλδης ηυλες* scriptura etiam ab Arsenio paroem. II p. 338 et fabulatore C. p. 235 seruata.

2) Magna Priapeorum inaequalitas (c. 31 et 79 uersuum quaternorum nullum trochaicum finalem habent, c. 36 uu. 11, 3, c. 78 uu. 5, 1, contra c. 47 uu. 6, 4, c. 51 uu. 28, 11, c. 58 uu. 4, 3, c. 63 uu. 18, 10) tribuenda non uidetur disciplinae artique diuersae, immo soli casui, siquidem similia etiam apud Catullum possunt obseruari (c. 31 uu. 14, 4 trochaeos finales habet, c. 22 uu. 21, 17).

3) Nonnianae similis ars eius uidetur, qui hexametris fabulas Babri-

γὰρ all. particulas apud eos frequentissimas (Struve p. 19 sqq.) non admittit in exitum ex praecepto omnibus choliambographis et Graecis et Latinis communi uocabulorum monosyllaborum in uersus fine uitandorum ¹⁾. Itaque haec quoque metri Babriani proprietates ut in tempus quam nouissimum eum referamus diserte suadet ²⁾.

anas repetiit, cum in uersibus eius fere 24 ultimae breues 2 inueniantur (*τίγρις, αἰγός*). Nam ad Callimachum potius referendum uidetur fr. 8 Ehb., inque primis fr. 12 sq. (Schneider, fr. anon. 63) propter uocem *πελιδνωθεῖσα*, qualia in fabulis non tribuuntur animalibus; contra accedent nonnulla ex Callimacheis anonymis Schneideri et ex Bergkii anthol. lyr. p. XX sq. et 173 sqq. Probabiliter autem Lachmannus p. VIII ad hunc poemam rettulit prooem. II, 9 sqq. *ὑπ' ἐμοῦ δὲ πρώτου τῆς θύρης ἀνοικθείσης ἢ εἰσῆλθον ἄλλοι καὶ σοφωτέρης* (ubi inutiles coniecturae, nam aptissima est ironia *μούσης* ἢ *γρίφοις ὁμοίως ἐκφέρουσι ποιήσεις, μαθόντες οὐδὲν πλεῖον ἢ γεωνίσκειν* (corr. Burgess. Rev. de Phil. p. 460 et postea Nauck.): certe tam accurate Babrium ille sequitur, 'paene ut singulos uersus eius exprimat' (Eberh. p. 97). Quod opposuerunt Renier l. s. s. p. 359 et Bernhardy Hall. Lit. Ztg. 1845 p. 863, uersus illos non esse *γριφώδεις*, nihili est, nam et raras uoces plurimas continent (1 *ἀήτης* uentus, 4 *αἴσυλα* improba, 5 *δύην* uitium, 6 *λῆς* leo, 10 *αἴθων*, et *ἄδε* ab *ἀνδάνω*, 11 *κεμάς* = *ἐλαφος*, *ἡπεδανῆο* = *ἄρρώστον*, 17 *μεταχρονίην* = *μετέωρον*, 18 *καάσθη* = *ἐάγη*) et metrum griphorum sollemne dactylicum est; ad ipsa argumenta obscura cur Babrii illa cum Reniero Drogano p. 24 aliis referamus nulla est causa, immo dissuadet *λευκῆ*... *ρήσεις* u. 13 oppositum.

1) Apud Graecos unum inueni exemplum incertum (nam exitus mutilatus etiam *ἡδ' ἰππεύς* uerbis suppletur) anonymi p. 173 u. 11 *ἰππεύς τε*, quod enclisi pro uno uerbo est; simile Babr. 50, 20 *οὐδ' ἄν τις* in epimythio legitur interpolato. Contra in Babrii personati sylloge altera duo haec reperies exempla plane diuersa 13, 18 *εἰ ζῶν* (quam clausulam Bergkii anthol. p. XXXIX uel ideo iniuria tribuit Babrio) et 75, 8 *κρεά|ων σῶν*. Apud Latinos saepius inueniuntur 'est' 'sum' 'sunt', semel 'si quis', quae et ipsa aut enclisi aut enclisi et synaloephe cum uocabulo monosyllabo antecedente coniunguntur: accuratiora inuenies supra p. 166. Veriti esse uidentur poetae ultimum pedem ipso spondeo nimis grauatum uerbis dirimendis etiam impeditiorem reddere.

2) Praetereundum non uidetur quod Aristides Quintilianus dicit p. 53 M. (Hephaest. G. p. 196): *δέχεται δὲ* (metrum iambicum) *ἐπὶ τελευτῆς ἐν τοῖς ἀκατάληκτοις καὶ πυρρήξιον σπονδεῖον δὲ, ὅτε τὸ καλούμενον χαλὸν γίνεται· ἐν δὲ τοῖς καταληκτικοῖς ἀμφίβραχυν ἢ βακχεῖον κτλ.* Sed trochaicum, quem habet Hephaestio p. 18 W. (30 G.) ceterique, haud

Nec uero metrum modo, sed ipse etiam sermo Graecus huic sententiae quam maxime fauet. Nam etiamsi nonnullae ex locutionibus nouiciis diligenter a Zachariaeo p. 6—16 congestis incertae sunt uel aperte subditiciae¹⁾, plurimae tamen per se nullam habent dubitationem. Verum ut fundamentum quam firmissimum substruam huic argumento, eas in uno conspectu nunc componam, quae in locis Dosithei Aldinorum Suidae testimonio firmatis inueniuntur.

Dositheus.

126, 2 . . . σῖτον . . . ἔψυχε μύρμηξ V et P (nisi quod uitio sollemni *η* habet pro *ε* priore et *ι* pro *η*). *ψύχειν* = siccare in consuetudinem recipiebatur primo p. Chr. n. saeculo satisque frequens erat tempore posteriore, cf. quae congestit Zachariae p. 26.

126, 3 . . . τέτιξ . . . λιμώτων V, λιμοτιχων P leui errore; cf. 45, 8 ἄκρα λιμώτειν. *λιμώτειν* pro Attico *πεινήν* recentiorum est (Luciani, Alciphronis, Appiani, Iosephi), cf. Zachariae p. 13.

Aldini.

12, 1 ἐξεπωτήθη Aa²; necessarium est propter metrum. *ἐκπωτᾶσθαι* = *ἐκποτᾶσθαι* non inuenitur nisi apud Eustathium. *πωτᾶσθαι* simplex exstat iam apud Homerum Pindarum Theocritum alios, cf. Schaefer Greg. Cor. p. 272; compositum *ἐπιπωτάομαι* habet unus Philippus Thessalon. Anth. Pal. IX, 83, 1 ἐπεπωτώμην ἐπὲρ ἄλμης. De uniuersa hac formandi ratione cf. Lobeck. Phryn. p. 580 sq. (par. III, 5).

Ib. u. 8 πρῶτον βλέπω σε σήμερον μετὰ Θράκην Aa¹²G, quod μετὰ τὴν ἐν Θράκῃ συμφροῶν recte interpretatus est

scio an non tam propter artem poetarum omiserit, quam sua ipsius disputatione impeditus, cum rhythmī τροπήν in fine statuere nollet; dicit enim paullo antea: τὸ δὲ ἱαμβικὸν δέχεται δάκτυλον, τρίβραχυν, ἀνάπαιστον· τροχαῖον δὲ οὐδ' ὄλωσ' εἰς ἕτερον γὰρ τραπήσεται μέτρον.

1) p. 7 attulit βοώτης 52, 3: locus contractus uidetur; p. 9 ἐπερδείξεν 95, 65: locus aperte corruptus; p. 11 ὄγκωμα 139 in uersibus refectis planeque incertis; p. 11 ἀτενκτεῖν 123, 6: uersus sunt subditicii; p. 13 μεσιτσίη 39, 8: fabula contracta et interpolata (uu. 3 sq. subditicii: cf. 40, 5 sq.).

Schaefer Aes. Fur. p. CXC adn. Tyrwhitti coniectura κατά Θρ. refutata. Hac brachylogia sophistae potissimum aetatis Romanae sunt usi ¹⁾, uelut Philostrat. Heroic. p. 194 Boisson. οἱ δὲ ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη γεγονέναι μετὰ τὴν Τροίαν ἐπὶ Ὀμηρόν τε φασὶ καὶ Ἡσίοδον, Liban. IV p. 1014 μετὰ Πήλιον ὁ Θάλαμος κτλ., ib. p. 119 ἐπανήρχον δὲ μετὰ Τροίαν, Himer. or. XXII, 4 σοφὸς ἀνὴρ μετὰ Κύκλωπας καὶ Λαιστρυγόνας καὶ Θάλασσαν (ubi uid. Wernsdorf. p. 41), Synesius p. 78 Β Λακεδαιμόνιοι γὰρ μετὰ Θυρέαν, Ἀργεῖοι δὲ πρὸς Θυρέας ἐκόμηνσαν: cf. Schäfer l. s. s., Knoch. Babr. p. 58, Bernhardt, syntaxis Graeca p. 254, Boissonad. Babr. p. 29 et ad Anthol. Pal. X, 71, 5 (ed. Paris.).

Ib. u. 22 μετὰ τὰς Ἀθήνας ἄνδρα καὶ πόλιν φεύγω Aa¹²G. Eadem est brachylogia; de sententia postea uidebimus.

Suidas.

32,7 τὸν δὲ τῆς βαθυστρώτου || καταβᾶσα κοίτης ἐπεδίωκεν ἢ νύμφη SA. βαθύστρωτος non inuenitur nisi apud Musaeum 266 βαθυστρώτοις ἐνὶ λέκτροις.

65, 1 adnot. Αἰβύσσα γέροντος ἠδὲ ²⁾ ταῦς τις εὐπύληξ. εὐπύληξ primum a Leonida Anth. Pal. VI, 120, 5 εὐπύληκος Ἀθηναίης semel adhibitum est, increbuit apud scriptores multo etiam recentiores Paulum Silentiarium ἐκφρ. τῆς μεγ. ἐκκλ. 140. 299. 530 et Nonnum Dionys. XIII, 197. XX, 190. XXII, 223.

92, 8 ὁ δ' ὠχρήσας γομφίους τε συγκροῦων AS (nisi quod exigua discrepantia συγκροῦσας Suidas exhibet). Simil-

1) Diuersum est quod apud Bernhardy inueni μετὰ δ' Αἴαν Apollon. Rhod. Argon. II, 422 θάρσει· ἐπεὶ δαίμων ἕτερον πλῖον ἡγεμονεύσει || ἐξ Αἴης· μετὰ δ' Αἴαν ἄλλε πομπῆς ἔσονται, aliquatenus simile singulare illud Thucydidis μετὰ τὸν Μῆδον III, 68.

2) Ferri non potest in choliambo Babriano anapaestus nisi in primo pede, minime autem omnium in sede pari. Quare καὶ pro ἠδὲ scripsit Eberhardus: sed quomodo rarior forma HomERICA pro καὶ uolgari irrepserit aegre intellegitur. Num in ἠδὲ latet ἰδὲ, frequentissimum illud apud Homerum et Hesiodum, sed tragicis etiam (Soph. Ant. 969) ipsisque Romanae aetatis poetis (Anth. Pal. VI, 33, 6, Marcell. med. pisc. X, 29) notum? τις illud recte Knochius p. 156 inseruit, nam Lachmanni ἦ... ἔν' non conuenit cum fabula qualem ex Auiani 15 nouimus. De tribrachis cf. p. 193 adn. 1.

limos Luciani locos Zachariaeus affert l. s. s. p. 10, uelut Iup. Trag. 45 *τί δ' οὖν, ὦ Ζεῦ, ὠχρίακας ἡμῖν καὶ συγκροτεῖς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ τρόμου*, cf. praeterea dial. deor. 20, 7. peregr. 33. conuiu. 29.

93, 5 *μωρῇ δὲ ποίμνῃ καὶ τὰ πάντα βληχῶδης* SA minutis quibusdam satisque apertis erroribus omissis ¹⁾. *βληχῶδης* adiectiuum primus adhibuit Polemō physiogn. p. 252 *ἡχῆ . . . βληχωδεστέρα*; testimonium alterum — paullo ut uidetur recentius — est Constitut. Apost. Cot. p. 423 *τοῖς νωθεστέροις καὶ βληχῶδεσι*.

95, 90 *λέων μὲν αὐτὸς εἶχε δαῖτα πανθοίνην* SA. *πάνθοινος* semel praeterea exstat apud Oppianum Hal. II, 221 *μηδ' ἐπὶ πανθοίνοισι νόον τέρποιο τραπέζαις*; neque

1) A praebet: *μωρὰ δὲ ποίμνη καὶ τὰ πάντ' ἀβληχῶδης* (sed apostrophus et spiritus adiecti sunt manu recentiore), S: *μωρὸς δὲ ποίμνη καὶ τὰ πάντα βληχῶδης*. Boissonadius codicis A scripturam seruat et Suidae uerba 'ad recensioem aliam pertinere' putat 'eamque meliorem, in qua fuerint opilionis partes'; similis Hertzbergi est sententia p. 209, nisi quod Athoam 'recensioem' pro opinionibus p. 191 expositis alteram melioremque esse censet. Sed in ea quam A habet fabulae forma nullo omnino modo opilio canes mittere potest, cf. u. 1 *εἰς ποίμνην*, 7 *κοιῶς*, 9 *ὑμῖν*: quode errauit Hertzb. l. s. s. Itaque uniuersae fabulae recensioem plane diuersam tibi fingas necesse est, in qua ad ipsum opilionem lupi nuntios miserint (qualem habet Pauli, 'Schimpf und Ernst' 447 Oesterl.): ipso autem argumento funditus mutato duos illos uersiculos poetam tam anxie seruaturum fuisse quis credet? Accedit quod neque in paraphrasisibus F. 304 = C. 238 = Bodl. ed. Knoell. 80 opilio in scaenam prodit neque in quattuor fabulis similis argumenti C. 237 (H. 268). Quare dubitari nequit quin inepta Suidae uerba ex Athoi aptissimis corrupta sint (*μωρὰ δὲ ποίμνη*: μ. δὲ ποίμνη errore: *μωρὸς δὲ ποίμνη* correctura). Atque sicut discrepantia in priore uersus parte Suidae codicum uitio tribuenda est, ita in posteriore Athoi corruptelae. Nam *ἀβληχῶδης* adiectiuum (ab *ἀβληχρός* infirmus) locum non habet, ubi non de infirmitate, sed de sola stultitia sermo est; praeterea *ἀβληχῶδης* non modo ἄπ. λεγ. est, sed etiam ratione peruersa fictum ex adiectiuo: adiectiua enim in -*ώδης* (= *οείδης*) pro natura sua ad substantiua redire solent, quam regulam Babrius, qui quidem haud pauca habet et uel rarissima, semper quantum scio obseruauit, cf. e. g. 124, 18 *δροσώδης* (*δρόσος*), 95, 18 *θυμώδης* (*θυμός*), 85, 14 *τεφρώδης* (*τέφρα*).

πανθοινία inuenitur nisi apud recentissimos, uelut Ael. nat. an. II, 57. V, 54 *πανθοινίαν τε καὶ πανδαισίαν ἀφθονώτατα ἔχει* (quae Babrianis illis sunt simillima), Origenes c. Cels. VIII, 24 t. I p. 760 A et D *κοινωνῆσαι τῆς πανθοινίας, πανθοινέω* autem et *πανθοινί* soli grammatici praebent eiusdem fere aetatis (Fauorinus, Herodianus).

138, 5 (135, 2) *χάπως ἔχη τι βουκόλημα τῆς λύπης*, cf. 19, 7 *παρῆλθεν οὕτω βουκολοῦσα τὴν λύπην. βουκόλιμα uocabulum unus Heliodorus V, 2 adhibuit: ἐγὼ δὲ μόνη καὶ ἔρημος . . . τύχης βουκολήμασι πικρᾶς ἐκκειμένη*, ubi alium sensum habet custodiae ni fallor et arbitrii (cf. *ποιμαίνειν* Babr. 43, 6). Sed *βουκολεῖν* etiam ipsum permulcendi leniendi decipiendi notione a recentioribus potissimum usurpatur. Conferantur Plut. Mor. p. 13 E . . . *ἐβουκόλησέ ποτε δι' οἰκέτον*; Luc. diall. mort. 5, 2 *διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐλπίζει*; Amor. 38 *ἀλλότριοι δὲ κόσμοι τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολοῦσιν*; Ocypr. 8 *ἅπας γὰρ αὐτὸν βουκολεῖ ψευδοστομῶν* (cf. Tragedop. 29); Philostrate. ep. 62 *οἴμοι βεβουκόλημαι ὁ δειλαιοσ; Maxim. Tyr. I p. 171 καθάπερ αἱ τίθειαι τοὺς παῖδας διὰ μυθολογίας βουκολοῦσι*; Aristaeon. I, 5 (p. 26 Boiss.) *προδιέθρηκεν, ὅπως . . . βουκολήσουσι* (cf. p. 520) *τὸν πρεσβύτην*; Aes. H. 199 *πεπλάνησαι . . . ἐλπιδι προσέχων, ἥτις βουκολεῖν μὲν οἶδε, τρέφειν δὲ οὐδαμῶς* et 58 *οἱ δὲ θεοὶ βουλόμενοι αὐτὸν (ἄνδρα γένακα) ἐν μέρει ἀντιβουκολῆσαι ὄναρ αὐτῷ ἔπεμψαν*. Hic usus, seu abusus dicere mauis, a scriptoribus uetustioribus quantum ego scio alienus est, nam diuersa sunt (quae cum illis confundi solent) Aeschyli *ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος* Agam. 669 'pauimus mente nouum maerorem', uel *τόνδε βουκολούμενος πόνον* i. e. furias, Eum. 178, aut Aristophanis *κάτω κάρα ῥίψας με βουκολήσεται* Pacis 153 'pascetur' sc. *ὀδμηῆ* uel *κόπρω* (cf. u. 150 sqq.)¹⁾: atque ne *βουκολεῖν τὸν δήμιον* quidem Eccl. 81 plane simile est, cum quae antecedant

1) Inepte scholiasta: *οἱ δὲ τὴν κεφαλὴν κάτω ποιήσας ῥίψει με βουκολήσεις καὶ δελεασθεῖς τῇ ὀδωδῇ τῶν ἀποκατημάτων* (ipse Babrii uersus in Aldina additus non exstat in codicibus: cf. Duebn. p. 466), qui in errorem inductus est aetatis suae consuetudine.

τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος aperte demonstrant βουκολεῖν simpliciter esse pascere uel custodire (cf. imago similis Vesp. 31 sqq.). A talibus autem locis recentiores illi profecti esse uidentur, sed totam propriamque imaginis uim non iam sentiebant¹⁾.

Vides quanta locutionum nouiciarum copia ex optimis harum fabularum fontibus repeti possit. Quare cetera quoque quae ex solo Athoo Zachariaeus l. s. s. collegit alterius potissimum et tertii p. Chr. n. saeculi indicia in uniuersum fide sunt digna: quibus quae ipse olim contuli ex scriptoribus Babrii ut credebam fere aequalibus (Aeliano, Oppiano, Herodiano, all.) hoc loco adicere operae pretium non habeo. Id tamen addo uniuersum Babrii dicendi genus, quod planissimum est et summae maxime in enuntiatis coniungendis simplicitatis, illius esse aevi me sentire, in quo rhetorum et sophistarum recentiorum studiis sermo Graecus ad libertatem et facilitatem prorsus nouam perductus est²⁾: qui sensus utrum me fefellerit necne peritiores iudices disceptabunt. Sunt autem quae hanc quoque aetatem labentem indicare uideantur eaque non solum in syntaxi³⁾, sed etiam in ipsa narrandi arte. Quo in genere maxime memorabile illud, quod poeta in colis quibus admodum delectatur breuibis et se excipientibus simplicitatis quodam popularis studio inscito idem uocabulum repetit:

1) Similis est usus ἀποβουκολεῖω, ἀποβουκολίζω, παραβουκολίζω uerborum. Certe *παραβουκολίζει* Lycophr. 1094 nullam habet auctoritatem: cf. Bachm. ad h. l.

2) A prosa illius temporis oratione Babrii sermo uix diuersus est nisi metro. De ἀφελεία, quae prima Babrii est uirtus, longa disputatione exposuit Hermogenes, π. ιδ. II, 3 idemque Nicostratum, quem Babrii auctorem fuisse conicio, propter ipsam hanc simplicitatem summis laudibus effert (ib. 12).

3) Eberhardianis addo coniunctiuum post tempus historicum admissum 93, 1 *Λύκων παρήσαν ἄγγελοι . . . ὄρκους φέροντες . . . ἐφ' ᾧ λάβωσι κτλ.*, 127, 1. 3 *ὄνος . . . ἐπράθη . . . ὅστις φέρη* (— ei Eberh., cf. p. XI): ita Ach. Tatius. p. 167, 27 Herch.: *οὐκ εἶχον, ὅπως πύθωμαι* et p. 170, 8: *οὐκ εἶχεν ὅστις γένηται*; plura exempla ex epicis recentioribus (Oppiano, Quinto Smyrnaeo, Orpheo) collegit P. Wittingius 'de usu coniunctiui et optatiui . . . apud epicos Graecos' p. 71 sq. 76, cf. p. 55 et 65.

cf. 54, 1. 2 *Εὐνοῦχος ἦλθε πρὸς Θύτην ὑπὲρ παιδῶν* || *σκειρό-
μενος· ὁ Θύτης δ' . . . εἶπε;* 58, 2. 3 *Ζεὺς . . . ἔθνηκεν αὐτὸν
. . . παρ' ἀνθρώπων. ὁ δ' ἀκρατὴς ἄνθρωπος εἰδέναι σπεύ-
δων κτλ.*; 64, 1. 2 *Ἦριζον ἐλάτη καὶ βάτος πρὸς ἀλλήλας* ||
ἐλάτης δ' ἑαυτὴν . . . ἐπαινούσης; 73, 2. 3 *Ἴππου δ' ἀκούσας
χρημετίσαντος εὐφώνως* || *μιμούμενος τὸν Ἴππου κτλ.*¹⁾; 77, 1
κόραξ δεδηγῶς στόματι τυρὸν εἰστήκει || *τυροῦ δ' ἀλώπηξ
ἰχανῶσα κτλ.* (ubi uid. Eberh.); 82, 1. 2 *Κοιμωμένου λέοντος
ἀγρίης χαίτης* || *διέδραμεν μῦς· ὁ δὲ λέων ἐθυμώθη, γριξας
δὲ χαίτην κτλ.*; 85, 1 sqq. *κυσὶν ποτ' ἔχθρα καὶ λύκοις συνει-
στήκει* || *κύων δ' Ἀχαιοὺς γρέθη κυνῶν δήμου* || *στρατηγὸς εἶναι;*
99, 1. 2 *Λέοντι προσπίτας αἰετῶν τις ἐξίτηι* || *κοινωνὸς εἶναι.
χῶ λέων . . . εἶπεν;* 112, 1 *Μῦς ταῦρον ἔδακεν. ὃ δ' ἐδίωκεν
ἀλγίστας* || *τὸν μῦν, atque paullo illud diuersum* 86, 1, 4 *ἔκειτο
πήρη . . . ταύτην τὴν πήρην . . . ἐξέφραγε. Quibus similia apud
scriptores melioris notae me legere non memini, cum apud
eroticos sophistasque plane gemina sexcentiens sit obseruare:*
cf. Xenoph. Ephes. I, 1 *προσεῖχον ὡς θεῶ τῷ μεираκίῳ . . .
ἐφρόνει δὲ τὸ μεираκίον κτλ.*; II, 8 *τὸν Ἴππου . . . διώκοντα
Ἴππου ἄλλην θήλειαν· καὶ τέλος εὐρεῖν τὴν Ἴππου;* III, 2
ἠράσθη μεираκίου καλοῦ· ἦν δὲ τὸ μεираκίον κτλ.; Heliod.
I, 1 *τὸν πόλεμον κατηγορούντων. Ἦν δ' οὐ πολέμου καθα-
ροῦ κτλ.*; Ach. Tat. II, 34 *ἦρων μεираκίου καλοῦ, τὸ δὲ μεира-
κίον φιλόδηρον ἦν;* IV, 18 *ἐκπωμα οὐκ ἀνέχονται, ἐκπωμα
αὐτουργὸν ἔχοντες· ἐκπωμα γὰρ αὐτοῖς ἐστὶν ἡ χεὶρ*²⁾; Maxim.
Tyr. XV, 7 *εἶδον ἄνδρα πηδῶντα ἐν ὄπλοις· τὰ ὄπλα δὲ χρυσᾶ
κτλ.*; XXIV, 1 *καὶς ἦν Ἀχαιῶν . . . ἐρᾷ Ἀχαιῶνος νεανίας,
ib. 2 μεираκίῳ . . . δύο ἦσαν ἐρασταὶ . . . ἀλλὰ τὸ γε μεираκίον
ὄντως ἦν καλόν; οὗτος δὲ cum nomine repetito coniunctum apud
eos est formula fere constans: cf. Xenoph. Ephes. I, 1. II, 3.
III, 4. 11. 12. IV, 5. 6. Long. I, 1. 2. 5. 7. 8 al.*³⁾.

1) Hos uersus cur contractos esse putemus nulla est causa, immo ipse Iulianus C. 293 non pleniore eos legisse uidetur; contra 65, 1—3 sunt mutilati.

2) Cf. Naber Mnem. IV p. 325.

3) His similis est quam rhetores huius aetatis *παλιλλογίαν* uocabant (cf. Speng. rhett. Gr. III p. 165. 182).

Restat ut ex formis fabularum et moribus institutisque in eis expressis quid elici possit uideamus. Quo loco primum notandum est nunquam a Babrio regionem nominari, in qua res quae narrantur gestae sint: nam aliter comparata μετὰ Θοράκη 12, 8 (quod minus recte iudicat I. Grimm. R. F. p. XV adn.); μετὰ τὰς Ἀθήνας 22, 16; χελιδῶν . . . Ἀθηναίη 72, 16 ex Terei et Prognēs mytho deprompta (Hertz. p. 146): cf. etiam Bodl. Knoell. 45 ἡ χελιδῶν ἔφη πρὸς τὴν κορώνην· „ἐγὼ παρθένος καὶ Ἀθηναία καὶ βασίλισσα καὶ βασιλέως τῶν Ἀθηνῶν θυγάτηρ.“ καὶ προσέθηκε καὶ τὸν Τηρέα καὶ τὴν βίαν καὶ τὴν ἀποκοπὴν τῆς γλώττης κτλ.¹⁾ Contra fabulatores Graecos usque ad incipientem aetatem Romanam sat saepe locum commemorasse uel ex tenuibus eorum reliquiis concludi potest: uelut apud Simonidem fr. 8. 9 prodit in scaenam ἔγγελος Μαιανδρείης cum aranea et falcone (cf. fr. 11 χηρὸς ὄρεον Μαιανδρείου); apud Callimachum fr. 6. 7. 8 M. = 91 Schn. laurus et oliua ἐν κοτε Τρώλῳ certasse dicuntur; apud Luc. pisc. 32 (= H. 333^b) legimus τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλόμενος ἦξιλον λέων ἀντὸς εἶναι²⁾; F. 264 (H. 30) — quam fabulam iure laudat I. Grimm. R. F. p. XV — uolpes ἐπὶ τὸν Μαιάνδρον ποταμὸν conueniunt, una autem audaciam ostentatura temere desilit in flumen atque undarum ui

1) Versuum frustula aliquot seruata uidentur. Propono βασίλισσα βασιλέως τε τῶν Ἀθηναίων (Ἀθηνῶν B.) et in exitu ὅπου λαλεῖς τοσαῦτα (κάπο) τμηθείσης (ὅπου τμ. τ. λ. B.); ἀποκοπὴν τῆς γλ. supra habes.

2) Cf. Nicol. in Walz. rhett. Gr. I p. 266 = H. 336 et Bodl. Kn. 99 = H. 335 = Babr. 164. Ad Babrium non redit Tzetz. chil. IV, 932 (X, 261): ἐν Κύμῃ ὄνος γερονῶς μέγας ὑπὲρ τοὺς ὄνους κτλ., nam sequitur: ὡς δ' ἡ φωνὴ τὸν δειλαῖον εἰδειξε πᾶσιν ὄνον, quocum concinit F. 141 = H. 336: ἐτύγγανε γὰρ αὐτοῦ φθνεγαμένον προακηκονῖα, cum Babr. Bodl. 99 habeat: ὡς δὲ ἀνέμου πνεύσαντος ἡ δορὰ περιηρέθη. Neque quae sequuntur uu. 945 sqq. = F. 242. H. 363 e Babrio hausta sunt aut VIII, 500 sqq., cum Babr. f. 72 hirundo secundas partes agat, apud Tzetzam γλαυξ sicut F. 217 = H. 200. Nihil omnino inueni quo Tyrwhitti opinio firmetur Knochio p. 35 probata 'Tzetzam saepius sub Aesopi nomine fabulas exponere, quas ex Babrio hauserit', atque certum est praeter Babrium eum etiam pedestres fabulas adhibuisse, cf. e. g. XIII, 494 sqq.: τοῖς μύθοις τοῦ Διόσωπον τε καὶ στίχοις τοῦ Βαβρίου.

ubi proripitur ἀπόκρισιν ἔχω εἰς Μίλητον inquit καὶ ταίτην ἐκέισε ἀποκομίσαι βούλομαι¹⁾. Atque idem usu uenit in eis fabularum frustulis, quae apud Aelianum, Plinium, peripateticos illorum auctores disiecta reperiuntur: quorum nonnulla infra p. 214 inuenies composita, ubi de fabula 95 agetur. Certe Alexandrinus si Babrius esset uel omnino Graecus aetatis uetustioris, iucundissimo hoc ornatu haud facile careret.

Sed ipsae quoque fabularum haud paucarum et mythorum formae aetatem produunt recentiorem, cum uideantur transformatae excerptae corruptae ex uetustioribus, saepe illis ipsi Phaedro aliisque fabulatoribus²⁾ notis: quo de loco si neque plena est disputatio mea neque omni ex parte satis bene firmata, ueniam me impetraturum esse confido, quippe cum fabularum Graecarum historiae a philologis de fabulatoribus optime meritis uix fundamenta sint iacta³⁾. Iam singula in unum tamquam conspectum conferam.

1) Similis est etiam H. 313 simius κατὰ τὸ Σοῦμιον naufragus (quamquam cf. Grimm. p. XV adn.), contra plane diuersa Demosthenis narratio [Plut.] dec. orat. p. 401 (= H. 339, Babr. syll. II, 95) et Timocr. fr. 4. 5 p. 1293 Bergk.

2) Ad auctores Babrio uetustiores melioresque ex fabulis pedestribus redeunt haud paucae. Nam minime uerum est quod dicit Tyrwhittus l. s. s. p. CLXXX 'collectiones omnes . . . ab opere Babriano originem suam duxisse': quam sententiam Hartungio p. 6, Nicolao gr. L. G. I p. 104, Zachariaeo p. 1 probatam iure restrinxit Feddius 'Ueber eine noch nicht edirte Sammlung aes. Fabeln' p. 15. Multa autem in hoc genere melius poteris exponere, quando et fabularum editionem uere criticam — quam utinam parauisset Eberhardus ea quae obs. p. 19 promiserat exsoluens — et accuratiorem de singularum collectionum origine ac uirtute nactus eris notitiam.

3) Fontes unde amplissima de historia fabularum testimonia haurire possis praeter scriptores qui obiter eas commemorant tres potissimum sunt hi: peripateticorum de historia naturali libri et qui fragmenta eorum seruauerunt compilatores recentiores (exempla proponam in fabb. 95 et 177 illustrandis); populi prouerbia in litteris passim dispersa et a paroemiographis collecta (cf. ed. Gott. II p. 839 et quae contuli ad fab. 92. 125. 130. 173); artis humilioris monumenta, uelut picturae parietum (Jahn, Abh. der bair. Akad. VIII p. 272 et Helbig, Unters. p. 93) et uasorum (Mus. Borb. XII, 9 = H. 55 et mea ad Babr. 177) atque opera sculpta (Pervanoglu, Grabst.

Fabulae 2 impiae forma uetustior est F. 113 = H. 286, in qua non deus deridetur, sed *μάντις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθεζόμενος ἀργυρολογῶν*. Sed fortasse haec quoque fluxit ex F. 310 = H. 312, in qua pro uate coruus est inductus.

Fabulae 6 finis languet frigetque et uere scholasticus est. Summa argumenti addito exitu lepidissimo reperitur F. 86 = H. 231, ubi piscatoris partes lupus explet, piscis canis.

In fabula 9 nota quod minus apte *ἀλιεύς* in scaenam prodit, cum etiam apud Ennium p. 161 V.¹⁾ subulo sit, sicut *ἀύλη-τῆς* apud Herodotum I, 141.

Fab. 12, 22 sqq. satis mira sunt luscinae uerba:

*μετὰ τὰς Ἀθήνας ἄνδρα καὶ πόλιν φεύγω·
οἶκος δὲ μοι πᾶς κάπμιξις ἀνθρώπων
λύπην παλαιῶν συμφορῶν ἀναξάινει.*

Interpretatur Schneidewinus l. s. s. p. 15 assentiente Kellero p. 360 'mitunter mischen sich leise Andeutungen von Ironie gegen Athen ein: die Schwalbe 12, 21 *μετὰ τὰς Ἀθήνας κτλ.*' Sed haec acerrime pugnant cum colore uniuersae narrationis, quam 'ein empfindsames Stück' Bernhardy l. s. s. p. 797 recte nominat; praeterea non loquitur hirundo, sed luscinia, cf. u. 19. Certe collatis uu. 3 sq. *ἢ δ' ἀπεθρήνει* || *τὸν Ἴτυν ἄωρον ἐκπεσόντα τῆς ὄρης* quin ad Ityli mortem etiam illa uerba spectent uix quisquam dubitabit: at non Athenis interfectus est, sed in Thracia Dionysiis trieteridibus testium omnium consensu²⁾. Poeta igitur mythum aut non satis recte

p. 33 = H. 70) et figlina (Jahn, Abh. der Züricher antiqu. Gesellsch. XIV p. 100).

1) Etiam fabulam 89 multo iucundiores exhibet Ennius apud Gellium II, 29 (= Vahl p. 160), ubi imprimis placet, quod tribus quasi actibus drama continetur, cum apud B. *ἀθύρτως* contineatur duobus. Sed propter fr. 146 Eberh. et Auian 21, 9 sq. hoc quidem loco de Athoi fide dubitare possis. Ceterum primas partes cassitam agere etiam Theocr. X, 50 confirmat.

2) Vid. Welckerum l. s. s. p. 376 et Ribbeckium röm. Trag. p. 38 et 577 sq. Grauius locus est Thuc. II, 29: *ὁ μὲν ἐν Λαυλία τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρέυς ἄκει, τότε ὑπὸ Θρακῶν οἰκουμένης καὶ τὸ ἔργον τὸ περὶ τὸν Ἴτυν αἱ γυναῖκες ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἐπραξάν.* Praeterea uniuersa fabulae uetus forma hoc flagitat.

intellexisse aut temere mutasse censendus est, sicut in fab. 58, de qua postea.

Ad fabulam Babrianae 20 similem neque tamen ad Babrianam ipsam spectant quae leguntur apud Zenobium V, 93 p. 158: *εἴρηται δὲ (σὺν Ἀθηναῖ καὶ χεῖρα κίνει prouerbium) ἀπὸ ἀνηλάτου, οὗ ὁ μὲν ὄνος εἰς πηλὸν ἐπεπτώκει· ὁ δὲ, δέον βοηθεῖν, ἐπεκαλεῖτο τὸν Ἡρακλέα¹⁾*. Magis ni fallor his fabulis popularis est S. 30 = H. 300 (*ἀνὴρ Ἀθηναῖος ναυαγός*) sententiam eandem illustrans, nam quae in fine leguntur *σὺν Ἀθηναῖ καὶ χεῖρα κίνει* nobilissimum sunt prouerbium: cf. Zenob. V, 93; Diog. VIII, 11; Macar. VII, 84; Themist. or. XXII p. 267 extr. Sed dubito an etiam uetustiora sint quae seruauit Zenobius l. s. s. p. 158, 6 sqq.: *ἕτεροι δὲ φασιν ὅτι μέλλων τις ἀγωνίσασθαι χρησμὸν παρὰ τῆς Ἀθηναῖς εἴλησεν, ὅτι νικήσει· ἐπιστάτος δὲ τοῦ ἀγῶνος εἰσελθὼν εἰς τὸ θέατρον καὶ κάτω βαλὼν τὰς χεῖρας εἰστίχει, ἕως τυπτόμενος ἐπὶ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ ἐνικήθη*: certe cum tali narratiuncula optime concinit prouerbii forma Laconica *σὺν Ἀθηναῖ καὶ χεῖρα κίνει* ab Hesychio seruata, cf. *τὰν χεῖρα ποτιμέροντα τὰν τύχαν καλεῖν simile prouerbium Laconicum Plut. inst. Lacon. p. 239 A = Apost. XV, 92.*

In fab. 33 u. 4 sq. haec legimus:

μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων

ψᾶρες τ' ὄλεθρος σπερμάτων ἀρουραίων —

nihil autem in ipsa fabula de graculis audimus, sed soli *ψᾶρες* commemorantur²⁾, cf. u. 7 sq.:

1) Haec — sicut alia multa — diasceuastra recentior inseruisse uideatur, neque enim quadrant in prouerbium supra exscriptum et explicatum, in quo Minerva est pro Hercule.

2) Ceterum haec narratiuncula fieri potest ut ex *Ψαραμαχία* epica repetita sit, quam Pseudoherodotus (uita Hom. § 24) Homero ipsi tribuit. Ita ex *Batrachomyomachiae* uu. 9 — 100 orta est fabula 175 Eberh. atque fragmentum 136 Ebh.: *σοφῆς ἀράχνης ἰστὸν εἶρε κωλώτης κτλ.* coll. Aristot. hist. an. IX, 14 *πόλεμος... ἀσκαλαβώτη καὶ ἀράχνη* et Plin. n. h. XI, 84 *lancertarum catulos uenantur os primum tela inuoluentes...* non sine ueritatis specie ad *Ἀραχνομαχίαν* referes quam inter Homeri opera Suidas nominat: cf. Kinkel, epic. Graec. fr. p. 2 et 63.

... οἱ δὲ ψᾶρες ἐκ συνθηθείης
ἤκουον εἰ τὴν σφενδόνην ποῦ ἤτίθει κτλ.

et 15 sq.:

οἱ ψᾶρες ἤλθον κἀνέμοντο τὴν χώρην.
ὁ δ' ἄρτον ἤτει, καθάπερ εἶχε συνθήκη.
οἱ δ' οὐκ ἔφευγον κτλ.

Contra in uersibus ultimis, de quibus dubitat Eberhardus, graculus iterum producitur, ut gruibus occurrentibus praeceptum det fabula expressum. Pristinam ni fallor formam Phaedrus exhibet Romul. app. 6 = Burm. app. 11, Dressl. app. II, 10: 'Grus et cornix inter se coniuratione unita firmauerunt, ut grus cornicem ab aliis auibus defensaret et cornix illi futura praeuidento narraret. Quae dum ad agrum cuiusdam saepius aduenirent et grana quae olim sata fuerant radicibus euellerent, uidens dominus agri doluit et ait puero: da mihi petram. Monuit gruem et caute se egerunt. Alia uero die audiens cornix, quod petram quaereret, commonuit gruem, ne mali aliquid pateretur. Perpendit homo ille, quod cornix diuinaret <et> dicit puero: quando dixero, da mihi offam, porrige lapidem. Ille ueniens dixit puero, ut daret offam, at ille porrexit lapidem, qui gruem percussit et crura eius fregit. Vulneratus grus dixit cornici: ubi sunt diuina auspicia tua, cur me non monuisti, quia mihi taliter habuit prouenire? Respondit: mea hic intelligentia culpabilis non est, sed omnium malorum sunt dolosa consilia, qui aliud dicunt et aliud agunt.'¹⁾ Certe hac in fabula — quae simillima est ueteris illius H. 312 de cornice uate²⁾ — sicut in bono dramate nihil est quod non sit necessarium, personae singulae ab initio usque ad finem agunt, omnia concinna sunt et consequentia. Babrius igitur exemplar corruptum adhibuisse uidetur, in qua graculorum uel cornicis partes exciderant uel certe mutilatae erant: quo

1) Satius habui barbara retinere integra, quam audacissima supponere commenta hominum doctorum.

2) Ad exemplar eius ficta uidetur fabula medii si recte iudico aevi Rom. app. 66 'quomodo passeris a trituratoribus occiduntur', in qua corui locum hirundo explet.

ipsum fabulae acumen praefractum est et obtusum. Verum ut sententia illa, quam apud Phaedrum simplicissime cornix se defendens profert, aliquo modo exprimat, tamquam dei ex machina in fine *γέρανοι* illi ueniunt ¹⁾, ut grauissimum accipiant praeceptum:

... φεύγετ' ἀνθρώπων
 γένος πονηρόν, ἄλλα μὲν πρὸς ἀλλήλους
 λαλεῖν μαθόντων, ἄλλα δ' ἔργα ποιούντων.²⁾

Fab. 34 (*παιδίον ἐσθίον σπλάγχνα*) orta est ex populari illa cuius mentionem facit Plutarchus *περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανεῖζεσθαι* VIII: καὶ τὸν τῶν γυπῶν λόγον ἄκουσον· ἐμοῦντος τοῦ ἑτέρου καὶ λέγοντος τὰ σπλάγχνα ἐκβάλλειν, ἕτερος παρῶν 'καὶ τί δεινόν;' εἶπεν 'οὐ γὰρ τὰ σεαυτοῦ σπλάγχνα ἐκβάλλεις, ἀλλὰ τοῦ νεκροῦ, ὃν ἄρτι ἐσπαράττομεν.' Pro uulturis, qui nunquam in scaenam prodeunt apud Babrium (cum prodeant apud Phaedr. I, 27 in argumento simili), mater — ne pauper quidem, qualem melius exhibet C. 262 p. 391 — et filius substituti sunt: quo fabula lepidissima conuersa est in narrationem omni sale carentem et fastidium creantem.³⁾

In fabula 44 leo tres tauros amicos subdolis sermonibus inimicos reddit singulosque facili negotio uincit. At calumniae non sunt leonis Aesopei ⁴⁾, sed ministri eius uolpis, cf. fabulam antiquissimam 95. Meliorem quam Babrius auctorem secutus est Themistius *περὶ φιλίας* p. 337 Dind.: ταύρω δίο μιᾶς ἡγεσθον ἀγέλης ξυγνόμω τὲ ὄντε καὶ ὅτι μάλιστα φίλω· ὁ λέων δὲ αὐτοῖν τὴν ξύστασιν ἔδεδιει καὶ οὔτε αὐτοῖς ἐθάρασει οὔτε δι' αὐτοῖς τὴν ἀγέλην· κακῶς οὖν ἐπὶ λιμοῦ διακείμενος ἔρχεται ἐπὶ τὴν κερδῶ καὶ ξυμμαχίαν ὁμολογοῦσι· τῇ δὲ ἄρα

1) Qui haud scio an in alia Graeca fabulae forma sicut apud Phaedrum sturnorum in loco fuerint.

2) His perpensis uersus istos 21—24 Eberhardo suspectos, in quibus uitium metricum uel grammaticum non inest, Babrii ipsius esse uix negabis. Praeterea summi est momenti, quod simillima Phaedrus habet in fine ('qui aliud dicunt et aliud agunt').

3) Nullum quod poeta secutus sit inuenies consilium. Certe in animo non habuit ea quae profert Keller p. 391 extr.

4) Aliae insidiae sunt leonis aegrotantis fab. 103.

τοσοῦτον κακουργίας καὶ δεινότητος περιῶν ὥστε προσενεγκοῦσα τὴν μηχανὴν διέστησέ τε αὐτῷ καὶ ἐξέμηγε κατ' ἀλλήλοιν καὶ παραδέδωκε τῷ λέοντι δίχα ἑκάτερον εὐτρεπῆ καὶ εὐκόλον θήραν· τοῦτο μὲν ἢ τοῦ Αἰσώπου κερδῶ κτλ. De simili Indorum fabula, in qua leo taurus thos¹⁾ 'producuntur, egit Benfeius Panschat. I p. 93 etiam de Graecis recte iudicans²⁾. Ceterum formam Athoam non deberi diasceustae, sed Babrio ipsi cum paraphrastae Bodleiani f. 36, tum Auiani f. 18 testimonio efficitur.

Fab. 53, 1—4 legimus:

Εἰς λύκον ἀλώπηξ ἐμπεσοῦσα δειλατῆ
ζωγρεῖν ἐδεῖτο, μηδὲ γραῦν ἀποκτείνειν.
ὁ δ' ἄν λόγους μοι τρεῖς ἀληθινοὺς εἴπῃς
ἐγὼ σε νῆ τὸν Πᾶνα' φησὶ 'ζωγρήσω'.

Haec bene se habent. Simili ratione Rom. III, 5 = Phaedr. Dressl. app. II, 18 (cf. Mueller 'de Phaedro' p. 18) accipiter Iusciniae pro pullis raptis supplicanti se obsecuratum esse promittit, si bona uoce cantet³⁾. Λόγοι autem ἀληθινοί, pro quibus aenigmata uel alias quaestiones soluenda exspectaueris, ne te offendant, nam celebres sunt in fabellis. Ita in Gestis Rom. 103 mercator 'ueritates tres' regi uendit, atque Rom. app. 64 nauta a lupo, quem transportat⁴⁾, nauli loco 'tria uera' petit: quorum unum ('beneficat qui bene facit') statim ille profert, alterum ('qui sic non facit, peius facit') in medio flumine; deinde tertium nauta exigente 'non habeo prae mani-

1) Thos in fabulis Indorum sollemnis uolpis Graeciae est uicarius, cf. Benfey, Pansch. I, 102 sqq. et Keller p. 337 sqq. (qui de ipsa re minus recte iudicat quam Benfey).

2) Coniecerit fortasse quispiam pro tauris olim aprum fuisse et ursum, pictura Pompeiana huc relata Helbigii 'Wandgem.' 1584: 'Eber und Bär im Kampf, hinter dem Felsen ein grimmig blickender Löwe' (quam ad fabulam aliquam spectare iam Helbigius sensit 'Unters.' p. 93). Sed eis quibus nunc instructi sumus praesidiis nihil possumus efficere.

3) Haec in memoriam nos reuocant Sileni uincti Verg. ecl. VI (cf. Nemes. ecl. III), qui carmine suo ut soluatur efficit.

4) Pro lupo bene restituit uolpem Pauli 'Schimpf u. Ernst' 380, ex meliore fortasse fonte hauriens.

bus' inquit 'sed interim quod littori approximamus cogitabo'; subito autem e nauī exsilit et in sicco constitutus ait: 'quid quid boni fit peruerso perditum est ex integro'. Simillima autem omnium est fabula Boisson. Anecd. IV, 79 (Barlaam et Josaphat) = Gesta Rom. 167 ab oriente si Benfeio Pantsch. p. 380 credimus profecta. In qua auis capta a uiscatore uitam redimit tribus his sententiis ¹⁾: *μηδέποτε τινος τῶν ἀνεφίπτων ἐπιχειρήσης ἐφικέσθαι, καὶ μὴ μεταμελοῦ ἐπὶ πράγματι παρ- ελθόντι, καὶ ἄριστον ῥῆμα πῶποτε μὴ πιστεύσης*; soluta autem hominem ut tentet in uisceribus suis margaritam latere dicit *ἐπιερέχουσαν τῇ μεγέθει στρουθοκαμήλου ὄον*, atque ille ubi luget et domum suam eam inuitat, *νῦν ἔγγων* inquit *ἰσχυ- ρῶς ἀνοηταίνειν σε* κτλ.

Iam apud Babrium sequitur u. 5 sqq.:

*ἦ δ' εἶθε μὲν μοι πρῶτα μὴ σννηγνήσεις·
ἔπειτα δ' εἶθε τυφλὸς ὢν ἐπηγήσεις·
τρίτον δ' ἐπ' αὐτοῖς εἶθε μὴ σέγ' εἰς ὕρας
ἵκοιο, μὴ δὴ μοι κάλιν σννατήσης*.

Hae non sunt sententiae uerae — id quod unus Eberhardus obs. p. 11 recte monet —, immo uota et execrationes. Praeterea mirum est quod uolpi quid factum sit omnino non docemur: quare haud iniuria Naber l. s. s. p. 429 fabulam 'ne micam quidem salis habere' dixit. Itaque huius quoque fabellae exemplar dissolutum et mutilatum adhibuisse uidetur poeta ²⁾, in qua nonnulla quae ad argumentum recte intellegen-

1) De sententiarum in fabellis orientalibus nobilitate cf. Benf. Pantsch. I § 127 p. 320 (quamquam nimius uidetur uerbis 'Diese Erzählung gehört in den Kreis der vielen wahrscheinlich allsamt aus dem Orient stammenden, in denen der hohe Werth von Lebensregeln und Sprüchen verherrlicht wird').

2) Similis est condicio fabularum 33. 44. 93. 145. 153 etc. Nullum exstat indicium, cur hanc fabulam a diasceuaasta corruptam esse putemus; formam Athoam paraphraetae et Bodleianus f. 31 et Parisinus Cor. p. 379 habent, atque leniter mutatam paulloque in fine pleniorē fabulator Augustanus S. 156 = H. 271 (*λύκος καὶ παιδίον*), qui plerumque non hausit e Babrio. Babrianam esse fabulam et uersus arguunt omni numero ab-

dum necessaria erant exciderant. Integram narrationem indagare mihi non contigit¹⁾.

Fab. 58 ficta est ex nobilissimo Pandorae mytho, de quo pluribus exposuit Welcker Götterl. I p. 757—770 et app. trilog. p. 314 (de Sophoclis Pandora et mythographorum narrationibus). Sed a pristina eius forma (Hesiod. op. et d. u. 70 sqq.) quam maxime abest Babriana. Pandora enim omnino non inducitur, sed ipse

*Ζεὺς ἐν πίθῳ τὰ χρηστὰ πάντα σιλλέξας
ἔθρηκεν αὐτὸν πωμάσας παρ' ἀνθρώπων·
ὁ δ' ἀκρατῆς ἀνθρώπος εἰδέναι σπεύδων
τί ποτ' ἦν ἐν αὐτῇ καὶ τὸ πῶμα κινήσας
διήκ' ἀπελθεῖν αὐτὰ πρὸς θεῶν οἴκους κτλ.*

Ita grauissima et pulcherrima mythi parte deleta²⁾ siccus efficitur et exilis apologus. Summi autem momenti est quod Babrius in uase illo bona omnia infuisse narrat, quae operculo amoto abierint πρὸς θεῶν οἴκους. Apud testes uetustiores omnes mala insunt inde ab eo tempore inter homines uagantia, atque unus Macedonius consul (saec. V) Anth. Pal. X, 71 haec habet Babriani simillima³⁾:

*Παρδώρης ὁρώων γελῶ πίθον οὐδὲ γυναικᾶ
μέμφομαι, ἀλλ' αὐτῶν τὰ πτερὰ τῶν Ἄγαθῶν.*

soluti, et sermo, e. g. νῆ τὸν Πᾶνα, cf. 3, 7 (23, 4) et φησὶ ζωγήσω, cf. 107, 16 ἀντιζωγήσας (utrumque in fine).

1) In fabulae forma pristina dubito an uolpes nescio quo modo — ipsis fortasse λόγοις ἀληθινοῖς, sicut auis in fabula supra commemorata, miles fugitiuus in narratiuncula simillima Gesta Rom. 58, Artus rex in fabella Cambriana Robert, Cambr. popul. ant. p. 94, Grimm, Märchen III p. 373 ed. 2 — lupi unguibus elapsa sit (sicut asinus f. 122, haedus H. 134, bos Rom. app. 19, capra ib. 56): deinde e tuto loco exsecrationes istas addere poterat, sicut 'in sicco constitutus' lupus, 'per aerem uolitans' auis fabularum supra exscriptarum homines deceptos ludunt. Sed 'ignoramus ignorabimusque', nisi fabula uetustior inueniatur.

2) Obturbatus uidetur fabulator Homeri uersibus II. Ω 528 sqq., ubi Iuppiter hominibus ex doliis duobus bona et mala distribuit (cf. Lehrs, popul. Aufs. p. 43 et Friedl. Darstell. III p. 651).

3) Memorabilem hunc locum non respexerunt Welcker Götterl. p. 758 adn. 2 et Flach. ad Hes. op. u. 94 Babrii ipsius memores.

Ὡς γὰρ ἐπ' Οὐλύμποιο μετὰ χθονὸς ἦθεα πάσης
 πωτῶνται, πίπτειν καὶ κατὰ γῆν ὄφελον κτλ.

Ceterum nouicii hi poetae mera inscitia mythum mutasse uidentur; certe mutauerunt ineptissime, nam singula ni fallor cum singulis nunc pugnant. Iuppiter Hesiodaeus hominem puniturus est: quid Babrianus? Num donaturus? at inutile erat donum operculo clauso. An tentaturus? at uas aperiri non uetat, neque homo aut aperto eo damnum accipit aut non aperto praemium. Aegre denique intellegitur, quomodo spes, ἣν κατελήφει || τεθρὲν τὸ πῶμα cum hominibus esse possit repressa et inclusa.

Aptius quam apud Babrium fab. 59 Iuppiter, apud Lucianum Hermet. 20 Vulcanus in certamen descendit cum Neptuno et Minerua¹⁾: quare et ipse Bergkii anthol. p. XI Lucianum 'fortasse germanam Aesopi fabellam seruasse' suspicatur. Aristoteles autem de partt. anim. III, 2 ab utroque eo recedit, quod Momus in tauro non reprehendit τὰ κέρατα μὴ τῶν ὀμμάτων κάτω κείσθαι (Babr. 59, 9; ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς Luc. uer. hist. II, 3 et Nigr. 32), uerum ὅτι οὐκ ἐπὶ τοῖς ὄμοις ἔχει τὰ κέρατα, ὄθεν τὰς πληγὰς ἐποιεῖτο ἰσχυροτάτας, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἀσθενεστάτου μέρους, τῆς κεφαλῆς: cf. Benteleium apud Furiam I p. CXLIII sq.

In fabula 74 — ubi animalia grata homini uitae suae partem dono dant²⁾ — mirum est, quod nihil dicitur de annis homini propriis neque in initio neque u. 10 sqq. Plenior est fabula S. 104 = H. 173^b: Ζεὺς ἄνθρωπον ποιήσας ὀλιγοχρόνιον αὐτὸν ἐποίησεν· ὁ δὲ τῇ ἑαυτοῦ συνέσει χρώμενος ὅτε ἐνίστατο ὁ χειμῶν οἶζον ἑαυτῷ κατεσκεύαζε καὶ ἐνταῦθα διέτριβε κτλ., et in fine: οὔτω τε συνέβη τοῖς ἀνθρώποις ὅταν

1) Contra fabulam S. 100 = H. 155, in qua hominem Prometheus, Iuppiter taurum creat Neptuno proprium, Keller p. 361 et Furia Aes. II not. p. 83 iniuria pro antiquiore habuerunt quam Babrianam. Atque alia quoque in ea minus sunt apta, uelut quod Momus tauri oculos ἐπὶ τοῖς κέρασι poni uult et mentem hominis ἐξωθεν suspendi.

2) Similis allegoriae inuolucro usi sunt iam Phocylides fr. 3 p. 446 Bgk. et Simonides fr. 7 p. 739.

μὲν ἐν τῷ τοῦ Μιδας χρόνῳ γένονται, ἀκραίους τε καὶ ἀγαθοὺς εἶναι· ὅταν δὲ εἰς τὰ τοῦ Ἰηπου ἔτη γένονται κτλ. Similem narratiunculam Babriana plenior etiam Iudaicus scriptor aetatis mediae incipientis apud Landsbergerum l. s. s. p. LVIII (ex Midraschim) ante oculos habuisse uidetur, cum dicit Landsbergero interprete: 'Im ersten Lebensjahre gleicht jeder Mensch einem Königssohne: er ruht auf einem Kissen und wird von Allen geherzt und geküsst . . . Der zwanzigjährige ist dem wiehernden Rosse ähnlich: stolz schmückt er seinen Leib und sucht eine Ehegenossin. Als Ehemann gleicht er dem arbeit-samen Esel, der einen Sattel trägt. Ist er Vater geworden, so zeigt er sich kühn und aufdringlich wie ein Hund, um Nahrung herbei zu schleppen; im Alter gleicht er dem Affen': nam fabulas Graecas saepissime illi et exscribunt et in usum suum conuertunt¹⁾, cf. Landsb. p. XXX = Phaedr. I, 8, Babr. 94; p. XXXV = Babr. 37. H. 113 coll. H. 115^b; p. XLIII = Phaedr. II, 2, Diod. fr. Vat. 33, 3, Babr. 22; p. LX = Hor. ep. I, 7, 29 sqq., Babr. 86, coll. Theocr. id. I, 48 sq.²⁾; p. LXII = Rom. III, 14. Babr. 143; p. LXXXVI = Archil. fr. 86, Arist. auu. 652, H. 5. Ipsam formam integram etiam Germanorum populus seruauit suauis-sima fabella Grimmii 176, cf. Friedländer Darstell. I p. 517.

Fab. 92 uenator pauidus (οὐχὶ τολμίεις) lignatorem inter-rogat:

ἄρα γινώσκεις
ἔγνη λέοντος, ὅστις ὧδε φωλεύει,

ille autem cum respondisset ipsum leonem statim se indica-turum, uenator

ἄχρηστος γομφίους τε συγχρούων
'μή μοι χαρίζον' φησὶ 'πλεῖον οὐ χερίζω,
τὸ δ' ἔγνος εἰπέ· τὸν λέοντα μὴ δείξῃς.'

Ad aliam formam, in qua leonis partes ursus in fabulis rarior

1) De futilibus Landsbergeri, qui Iudaeos fabulae 'inuentores' esse contendit, opinionibus recte iudicauit Keller p. 329.

2) Nam haec cohaerere cum fabula Aesopea haud improbable est. Ipsum Theocriti uinetum saeptum pro Horatii crumera et Babrii arbore exesa habet scriptor Iudaicus l. s. s.

agebat, redit prouerbiū ἄρκτου παρούσης ἔχνη μὴ ζή-
 τει, de quo Zenobius II, 36: ἐπὶ τῶν δειλῶν κνηγῶν
 εἴρηται ἡ παροιμία. Μένηται δὲ αὐτῆς Βακχυλλίδης ἐν
 Παιᾶσιν (Bergk. Iyrr. p. 1231), atque geminum illud ἄρκτου
 παρούσης τὰ ἔχνη ζητεῖς Diogen. II, 70 et Suidas s. u., quo-
 rum ille addit ἐπὶ τῶν δειλῶν κνηγῶν, hic ἐπὶ τῶν τὰ παρ-
 όντα ζητεῖν προσποιουμένων (similiter ἐπὶ τῶν προδύλων Greg.
 Cypr. M. I, 54 et Macar. II, 42 atque ἐπὶ τῶν ἀδύλων Apost.
 II, 24 aperto errore). Usus est eo Aristaenetus ep. II, 12 (p. 165
 Boiss.) ἄρκτου παρούσης . . . οὐκ ἐπιζητήσω τὰ ἔχνη atque ad
 narrationem similem spectant quæ habet Plutarchus in Lucullo
 c. 8 p. 496: [Lucullus] οὐκ ἔφη δειλότερος εἶναι τῶν κνηγῶν,
 ὥστε τὰ θηρία παρελθὼν ἐπὶ κενὸς αὐτῶν τοὺς φωλεοὺς
 βαδίζειν: cf. editt. Gott. ad Zenob. II, 36.

Fab. 93 luporum legati pacem ouibus offerunt ea condi-
 cione, ut canes ad supplicium sibi tradantur. Quam condi-
 cionem cum grex stolidus acciperet, aries senex

‘καινῆς γε ταίτης’ εἶπε ‘τῆς μεσιτείης.
 ἀγύλατος ἐμῖν πῶς ἐγὼ συνοικήσω,
 δι’ οὓς νέμεσθαι μηδὲ νῦν ἀκινδύνως
 ἔξεστι, καίτοι τῶν κνηῶν με τηρούντων;’

Quid factum sit ouibus non narratur. Paulo pleniore sunt
 ceterae uel Graecae huius argumenti fabulae (C. p. 155 sq. in-
 que primis S. 151), sed pulcherrima omnium exstat Rom. III, 13
 = Phaedr. Dressl. app. II, 20¹): ‘Oues et lupi inter se bellum
 gerebant, ita ut nulla pars alii cederet. Illae [oues] erant plures,
 et cum eis canes et arietes. Visum est signum uictoriae esse
 ouium. Tunc lupi legatos mittunt pacem petentes iurando (cf.
 Babrii ὄρκους φέροντες καὶ βέβαιον εἰρήνην), si canes obsides
 darent (aliter Babrius) et oues catulos eorum ab eis accipe-
 rent. Ita fecerunt et iurando fidem dederunt illis. Ouibus in
 pace positus lupini catuli ululare coeperunt; lupi natos uexari
 putantes ueniunt undique, simul dicunt pacem ab illis ruptam.

1) Phaedro eam uindicat etiam L. Mueller ‘de Ph.’ p. 18.

Haec dicentes oues laniare coeperunt nullo tutore adiutorium praestante, nullo patrono defendente.' Certe probabilius est exilem fabulam Babrianam excerptam esse ex Phaedrea concinna et ampla — sicut fab. 33 —, quam hanc correctam et auctam ortam esse ex illa.

Ne in fabula 95 quidem, Babrianarum omnium longe pulcherrima, pristina forma plane integra seruata uidetur. Legimus enim apud Aelianum auctores Alexandrinos exscribentem IV, 13: 'Ο ἔλαφος, ὡς ἀκούω, τὰ παρόντα ἀγαπᾷ καὶ οὐκ ἐρᾷ πλειόνων, ἀλλὰ σωφρονεῖ περὶ τὴν γαστέρα τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον. Περὶ γοῦν τὸν Ἑλλησποντιόν ἐστι λόφος καὶ νέμονται κατὰ τοῦδε ἔλαφοι, καὶ τῶν ὠτων αὐτοῖς τὸ ἕτερον διέσχισται, περαιτέρω δὲ οὐ χωροῦσι τοῦ λόφου, οὐδὲ νομῆς ἐρῶσι ξένης, οὐδὲ λειμῶνας ποθοῦσιν ἑτέρους, πόας χρεῖα περιττοτέρας κτλ. Quocum componendum est Aristot. hist. an. VI, 28: ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ Ἑλαφῶντι καλουμένῳ, ὃ ἐστὶ τῆς Ἀσίας ἐν τῇ Ἀργινοῦσῃ . . . αἱ ἔλαφοι πᾶσαι τὸ οὖς ἐσχισμέναι εἰσίν, ὥστε κἂν ἐκποπίσσωσι γινώσκουσαι τούτῳ κτλ.¹⁾, atque Plin. hist. nat. VIII, 225: 'in Hellesponto in alienos fines non conmeant cerui et circa Arginussam Elaphum montem non excedunt, auribus etiam in monte fissis' — quibus locis res probabilior ut fieret pro altera aure scissa ambae aures scissae sunt substitutae — et XI, 136: 'aures . . . ceruis tantum scissae ac uelut diuisae' — ubi singularis illa proprietates omnibus ceruis falso tribuitur²⁾. Mira illa, quae de cerui altera aure scissa narratur, ex hac fabula hausta esse (cf. u. 40 οὐατ' ἐσπάραξεν et 71

1) Talia apud ipsum Aristotelem inueniri non miraberis, si quibus subsidiis opus suum ille perfecit tecum reputaueris. Quode in primis consulendus est Plinius n. h. VIII, 17: 'Alexandro . . . inflammato cupidine animalium naturas noscendi delegataque hac commentatione Aristoteli . . . aliquot milia hominum in totius Asiae Graeciaeque tractu parere iussa omnium, quos uenatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque uiuaria, armenta, aluearia . . . in cura erant . . . Quos percontando quinquaginta ferme uolumina . . . de animalibus condidit'. Cf. Stahr, Aristotelia I p. 116.

2) Cf. Montigny 'quaestiones in Plinii nat. hist. de animalibus libros' p. 58.

ἔψαυσεν ὠτός et Aelian. 30, 1—4)¹⁾ recte perspexit Prantelius Philol. VII p. 72, sed minus si quid uideo recte dicit: 'der Hirsch ... verlangt sich wirklich weiter nichts mehr, auch keine Ansprüche auf Thronfolge, sondern ist zufrieden mit dem was er hat.' Nempe quae de cerui continentia et de pratis alienis apud Aelianum et Plinium narrantur, ad uolpis dolum spectare apparet, quae longe aliter atque Babriana pascuus promissis ceruum pellicere studeat. Quae coniectura per se satis opinor probabilis certa fit eo quod in Panschatantra IV, 2 (uol. II p. 296) thos, qui in fabulis Indicis substituitur pro uolpe, asino, qui in cerui locum successit²⁾, famem querenti dicit Benfeio interprete³⁾: 'Freund, wenn dem so ist, so

1) Alexandrina aetate nobilem fuisse hanc fabulam inde quoque efficitur, quod expressa uidetur pictura Pompeiana Helbigii 'Wandgem.' 1584: cf. 'Unters.' p. 92. Archilochi autem uersum *χολήν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἧπατι* (fr. 131) uolpem potuisse dicere ut iterum leonem uisat ceruo persuadentem Bergkio non credo; multo probabilius referes ad fabulam Halmianae 183 similem, neque tamen — quae Bergkii est sententia — ad illam ipsam, nam in ueteribus his fabulis elephas uix habet locum, ne in Libycis quidem. Contra fr. 107: *πάρειθε· γενναῖος γὰρ εἰς* iure composuit Bergkio p. 720 extr. cum Babr. 95, 81: *ἀλλ' ἔλθ' ἀ καὶ τὸ λοιπὸν ἴσθι γενναία*: quamquam certam de fab. 95 coniecturam ex uno illo uersu non facies. Vix autem recte apologi exitum fictum esse censuit, cum 'antiquissima fama, quae ceruum corde carere perhiberet, rerum naturae aduersaretur': uereor enim, ut Homeri *καρδίην ἐλάφιοιο ἔχειν* recte explicauerit 'plane nullum cor habere'. Nam scholii Victoriani II. A 224 *λέγεται καρδίαν οὐκ ἔχειν τὸ ἐλάφιον, μᾶλλον δὲ χολήν οὐκ ἔχει* prior pars, qua caret schol. B, ex ipsa potius fabula orta uidetur.

2) Num ad similem formam spectat Plin. n. h. VIII, 225: 'in Lycia ... non transeunt ... onagri montem qui Cappadociam a Cilicia diuidit'?

3) Eadem ratione quae Ael. nat. an. I, 35, Philostr. uit. Apoll. II, 14, Plin. n. h. X, 17. XXX, 130 = Gest. Rom. 37, Horap. II, 49 (cf. Leem. p. 342) legimus de aquila nidum aetita lapide a draconibus fascinantibus defendente, haud scio an bene illustrentur fabula Indica Pansch. I, 6 (Benf. uol. I p. 166), ubi cornix in nido serpentis pullis insidiati gemmas ponit regi surreptas, quas quaerentes ministri hostem interficiunt. Alia ex Germanorum fabellis popularibus ingeniose explicauit Prantelius l. s. s. Quae omnia componere et accuratius tractare operae pretium erit, nam cum fabularum historia aliquam hinc capiet utilitatem, tum historia scientiae naturalis et quodammodo ipsius hominum intellegentiae.

giebt es eine überaus schöne Gegend mit einem Fluss, der reich an smaragdgleichen Gräsern; komm dahin' etc.¹⁾ Neque cum iterum ad insidiarum locum ceruum pertraheret, ueteris huius fabulae uolpes eodem quo Babriana u. 69—86²⁾ dolo uti potuit, quippe qui et a priore pendeat et solis moribus Romanis explicetur (cf. p. 185). Verum sicut thos Indicus dicit l. s. s. p. 298: 'Das war eine vom Waldvergnügen überaus stark gewordene Eselin, welche sowie sie dich kommen sah, herbeilief aus Begierde . . . dich zu umarmen'³⁾, ita etiam uolpes Graeca ceruum decepisse uidetur eo, quod ceruam amplexabundam et osculaturam auribus eum prehensisse (ἐρωτικῶς: cf. p. 185) dixerit⁴⁾.

Fabulam 106 ex maiore excerptam uideri, p. 144 exposui. Similis autem condicio sit fabulae 102, quacum cf. Phaedr. IV, 13 = Rom. III, 20 et Aristot. Polit. III, 13 = C. p. 225.

Narratiunculam 116 subobsenam⁵⁾ notandum est apud Apuleium Metam. IX, 26 sqq. inueniri forma sub finem potissi-

1) Similiter Graecum exemplar Stephan. et Ichnel. p. 326 = C. p. 233: λοιπὸν ἐλθὲ μετ' ἐμοῦ· οἶδα γὰρ ἐγὼ τόπον χλοηφόρον καὶ ἰδατώδη, ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἐκεῖ ὄνος δεδεμένη κτλ.

2) In uersu 78 saepissime tentato mutatione admodum leni βασιλῆα φρσι τ. λ. κ. scribere poteris, si post 76 colo interpunxeris atque comma post 77 deleueris. Simile asyndeton habes 91, 5—8. Eadem ratione Soterichi choliambus emendatur apud Pseudocallisth. I, 46 p. 52 M. καὶ τοὺς γονέας τοὺς τεκόντας ἐβριζέεις: scr. γονῆας.

3) Similiter Stephan. et Ichnel. l. s. s.: διὰ τί πέφηνγας τὴν ὄνον; ἐκείνη γὰρ ἀπὸ τῆς χαρᾶς περιπλεχθῆναι σοι ἤθελε κτλ.

4) Parum probabiliter Prantelius l. s. s. et Bergkiius lyrr. p. 720 ad hanc fabulam rettulerunt, quod legimus Ant. hist. mir. 70: τῶν δὲ ἐλάφων τοὺς ἀχαιῖνας καλουμένους δοκεῖν ἐν τῷ κέρκῳ τὴν χολὴν ἔχειν. Quae non uiderunt hausta esse — sicut etiam Plin. n. h. XI, 74 'esse fel . . . ceruo in cauda aut intestinis': cf. Montigny p. 59 — ex Aristot. hist. an. II, 15: τῶν δ' ἐλάφων αἱ Ἀχαιῖναι καλούμεναι δοκοῦσιν ἔχειν ἐν τῇ κέρκῳ χολὴν (non dixit τὴν χ.)· ἔστι δ' ὃ λέγουσι τὸ μὲν χρώμα ὅμοιον χολῆ, οὐ μὲντοι ὑγρὸν οὔτως, ἀλλ' ὅμοιον τῷ τοῦ σπληνός τὰ ἐκτός: quod re uera inueniri in quodam ceruorum genere adnotauerunt Aubertus et Wimmer.

5) Plurimi critici (Fix., Schneidew., Hertzsb. p. 173. 211, Schenk Philol. XXII p. 330, Keller p. 412, Naber l. s. s. p. 440) a Babrio eam abudicauerunt dubiamque nominat etiam Eberhardus praef. p. VIII. Pri-

num et meliore et pleniore. Quamquam quando ubique orta sit, minime certum est, nam fabellis Milesiis adnumeranda uidentur¹⁾, de quibus consulatur E. Rohde, 'Verhandl. der 25. Philologenversammlung' p. 66 et 61 adn.

num omnes fere quattuor uersuum 2. 3. 10. 13 ultimas breues cum arte Babriana non conuenire dixerunt: at *α* (2. 3) et *οι* (10) omnium saepissime in sedem illam poeta admisit (cf. Eberh. obs. p. 8, praef. Babr. p. IV), *ος* autem (13), quod et ipsum minime singulare est (cf. 68, 6. 106, 26. 127, 4), in loco grauius corrupto legitur, ubi haud scio an apte *κακείνη* restituatur commate post *τηδ'* posito (maritum in puero deprehensum uxor obiurgat Mart. XI, 43). Deinde a sermone argumenta repetiuit Keller l. s. s.: *νικτὸς μεσοῦσης* recentissimorum esse confirmat — at inde a Luciani tempore hanc locutionem satis frequentem esse similesque iam apud Atticos inueniri recte monuit Zachariae p. 36; *ἐλθεῖν* uerbum u. 6 sqq. repetitum uituperat — sed talia saepius admisit poeta neque igitur emendatione opus est quamuis facili *εῖπον* (coll. 7, 8. 37, 11); *ζητῶν ἱποδασί* u. 9 a Babrii sermone alienum esse contendit — sed cf. 112, 6. 130, 5, Eberh. obs. p. 15; haeret in *εἰς δόμους εὔδειν* — apertus librarii est error iam dudum correctus. Denique uniuersum argumentum obscenum Babrio indignum esse putauerunt, cum nihil unquam turpe apud eum (Keller p. 411) inueniretur: at turpes sunt etiam fab. 34. 40. 48. 82 turpissimaque Bodl. Kn. 121 *ἀσπάλξι καὶ μήτηρ*, Milesias autem fabellas Phaedrus quoque uersibus tradidit, uelut celeberrimam illam de uidua Ephesia Rom. III, 9 = Phaedr. app. 13 (de qua accuratius nuper egit Rohdus in censura libri Grisebachiani Jen. L.-Z. 1877 p. 438 sqq.). Paraphrasis uero quod non exstat minime mirum est, neque enim tale argumentum in usum suum conuertere poterant magistelli Byzantini. Itaque nihil remanet, cur fabulam Babrii esse posse negemus: Babrii eam esse cum Athoi testimonium confirmat, tum uersus — ut Bernhardy quoque p. 748 sensit — graciles et sonori euincunt, et sermo suauis planeque Babrianus (uelut *μηδὲν ἐκπλήττον* u. 11 etiam 36, 9 in uersus fine legitur more Babrii plane singulari, cf. 1, 4 = 31, 12 coll. 25, 8. 2, 4 = 112, 7 coll. Vat. 9, 2. 3, 8 = 50, 5. 16, 9 = 55, 6. 106, 20. 132, 9. 22, 9 = 45, 3. 33, 23 = 108, 3. 37, 9 = 124, 13 coll. 17, 4. 42, 3 = 97, 3. 42, 4 = 119, 4. 75, 20 = 83, 4. 84, 2 = 108, 24. 96, 1 = 112, 5 coll. 108, 24 etc.).

1) Cf. Apul. metam. I, 1 'sermone isto Milesio uarias fabulas conseram' et IV, 32 'Apollo quamquam Graecus... propter Milesiae conditorem sic Latina sorte respondit' (quo de loco mirum quantum errauerunt interpretes apud Hildebrandum). Qua occasione data moneo metam. V, 23 (p. 92, 12 Eyss.) in suaui de Psyche fabula 'deus... prorsus ex oculis et manibus... coniugis... auolauit' scribendum esse 'protinus' — quod etiam

Fab. 125: asinus in tectum egressus ibique saltans ¹⁾ tegulas fregit, atque cum deprehensus fustibus caederetur

‘καὶ μὴν πίδακος ἐχθρὸς’ εἶπε ‘καὶ πρόην
ἔτερεπεν ἑμᾶς ἀπὸ τοῦτο ποιήσας.’

Pro asino caprum legerit poeta, ad quem redit uersus prouerbialis αἰξ οὐπω τέτοκεν, ἔριφος δ’ ἐπὶ δώματι παίζει Zenob. I, 42. Diog. I, 40. Macar. I, 54. Apost. I, 88: quae fabulae forma primaria uidetur, nam cum asinus in fabulis celeberrimus facillius substituitur pro capro raro (H. 134), quam hic pro illo, tum caper pro natura sua sine negotio in tectum ascendere potest, non potest asinus ²⁾. Irrepsit autem asinus ex fabula similis argumenti 132 = H. 331 (quid asino catelli more domino blandienti factum sit), in qua et per se aptissimus est et ceterarum collectionum (S. 92, C. 212), Galeni (C. p. 137 extr., cf. p. 425), ipsorum paroemiographorum (I p. 439 s. u. ὄνος τὰ Μελιταιῶν) testimonio confirmatur ³⁾.

In fabula 130, quae non exstat nisi in paraphrasibus Babrianis, Iuppiter Mercurio imperat, ut omnium hominum peccata in testulis scripta reponat in arca:

Rohdus proposuit — ‘ex osculis et manibus’ (= amplexu), nam Cupidinem ‘adpendix miseranda’ (p. 92, 15) comitatur Psyche, delapsam autem inuolans ‘proximam cupressum’ ille adfatur (p. 92, 20).

1) In initio ὄνος τις ἀναβᾶς εἰς τὸ δῶμα καὶ παίζων || τὸν κέραμον εἶθλα κτλ. uix sanum καὶ παίζων illud: neque enim est ‘aus Muthwillen’ (Hartung) — nempe καὶ sensum nullum haberet —, sed exsultans, insiliens sc. in tecto. Scribo igitur καὶ παίζων coll. Eur. Bacch. 866 ὡς νεβρὸς χλοεραῖς || ἐμπαίζουσα λείμακος ἀδοναῖς, quo oratio magis fit et perspicua et Graeca, cf. interprett. ad Eur. Bacch. 508, Arist. auu. 38, Theocr. V, 10.

2) E. g. legitur F. 75 (= H. 135) ἔριφος ἐπὶ τινος δώματος ὑψηλοτάτου ἐστὼς ἐπειδὴ λύκον εἶδεν, ελοιδόρει αὐτόν. Ubi iterum minus apte Babr. 96, 1 sq. Λύκος παρῆει θριγκόν, ἐνθεν ἐκκύψας || ἀρνεῖός αὐτόν ἔλεγε πολλὰ βλασφύμως κτλ., neque enim agnus Aesopeus est maledicus.

3) Praeterea hunc fabulae asinum habes in narratiuncula Luc. Macrob. 25: Φιλήμων . . . κατέκειτο μὲν ἐπὶ κλίνης ἡρεμῶν, θρασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα . . . καὶ ἀθρόω γέλωτι εἰπὼν προσδοῖναι τῷ ὄνφ ἀκράτου ῥοφεῖν ἀποπνιγῆς ὑπὸ τοῦ γέλωτος ἀπέθανεν. Quae uel ideo fictis est adnumeranda.

ὅπως ἐκάστον τὰς δίκας ἀναπράσση.
 τῶν ὀστράκων δὲ κεχυμένων ἐπ' ἀλλήλοις
 τὸ μὲν βράδιον τὸ δὲ τάχιον ἐπιπίπτει
 εἰς τοῦ Διὸς τὰς χεῖρας, εἴ ποτ' εὐθύνοι.
 τῶν οὖν πονηρῶν οὐ προσῆκε θανατᾶζειν
 ἂν θάσσον ἀδικῶν ὅψέ τις κακῶς πράσση.

Bellum illum Iouem, qui testulas confundi grauissimumque negotium casui permitti sinit! Alius aetiologus hic mythus est apud ueteres et Ioue et re dignior, cf. nobile Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας prouerbium, de quo Zenobius IV, 11: ὅτι οὐκ ἀπρονόητα κἄν βραδέως ἢ δίκη τοὺς πονηροὺς μέτεισι. Φασὶ γὰρ τὸν Δία εἰς διφθέρας τινὰς ἀπογράφεσθαι τὰ πραττόμενα τοῖς ἀνθρώποις; Diogenianus V, 95^a: ἐπὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων. Λέγεται γὰρ τὸν Δία πάντα τὰ πραττόμενα εἰς διφθέρας ἀπογράφεσθαι; scholl. Venet. B II. A 175: ἐπὶ τῶν ποτε ἀμειβομένων ἐπὲρ ὧν πράττουσι καλῶν ἢ κακῶν, ὅτι οὐκ ἀπρονόητά φησι τὰ πάντα, ἀλλὰ τὸν Δία εἰς διφθέρας τινὰς ἀπογράφεσθαι καὶ ποτε ἐπεξιέναι¹⁾, atque huc spectat etiam ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγεις Suidae s. u. et Diogeniani III, 2, qui addit: ἐπὶ τῶν σαθρὰ τινα καὶ μωρὰ διγγομένων. Ἡ γὰρ διφθέρα, ἐν ἣ δοκεῖ ὁ Ζεὺς ἀπογράφεσθαι τὰ γινόμενα, παμπάλαιος; neque multo propius ad Babrium accedit Lucianus de merc. cond. 12: κἄν μὲν τις . . . ἐκ τινος εὐτελοῦς αἰτίας προσχερονκῶς ἀνακρινόμενος εἴπη μοιχὸν . . . τοῦτ' ἐκεῖνο, ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς κλ., cf. Macar. III, 68: ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς ἐπὶ τῶν ἀληθῆ μαρτυρούντων. Festiuissime autem Plautus hoc mytho usus est in Rudentis prologo u. 5 sqq., ubi Arcturus narrat ab Ioue se missum esse, ut hominum facta nosceret et bonorum malorumque nomina exscripta ad eum deferret.

In fab. 145 (= Bodl. Kn. 134) hircus sitiens in puteum descendisse narratur neque potuisse escendere. Itaque cum

1) De sententia cf. Il. A 160, Solo fr. 13, 25 sqq. Bgk., Eur. Bacch. 682. 889 cum interpret., Plut. 'de sera num. uind.'. Simili imagine Goethius noster: 'Aber sie treiben's toll; Ich fürcht', es breche. Nicht jeden Wochenschluss Macht Gott die Zeche'.

auxilium peteret, uolpem ei dixisse: 'ὦ ἀνόητε, εἰ τόσας φρένας εἶχες, ὅσας ἐν τῷ πώγωνι τρίχας¹⁾, πρότερον οὐκ ἂν κατέβης, εἰ μὴ τὴν ἀνοδὸν ἐσκέψω.' Exile est argumentum uolpesque, ut solet apud Babrium, casu superueniens nihil facit nisi quod dictum profert satis frigidum. Longe aliter Phaedrus IV, 9:

Cum decidisset uulpes in puteum inscia
 Et altiore clauderetur margine,
 Deuenit hircus sitiens in eundem locum;
 Simul rogauit, esset an dulcis liquor
 5 Et copiosus? Illa fraudem molians:
 'Descende, amice; tanta bonitas est aquae,
 Voluptas ut satiari non possit mea.'
 Inmisit se barbatus. Tum uulpecula
 Euasit puteo, nixa celsis cornibus,
 Hircumque clauso liquit haerentem uado.

Primaria haec forma etiam copiosius narratur a fabulatore Augustano S. 9 = C. p. 282 sq., H. 45 et Florentino F. 4, minus bene a Neueletiano N. 4 (ubi deprauatum est initium, cf. Huschkius apud Furiam p. CCXLIV), quamquam omnes frigidum illud dicterium habent de ingenio cum barba comparato (quod a fabula Babriana in ceteras translatum esse haud scio an recte coniecerit Bentleius, quamquam cf. Huschk. p. CCXLVI)²⁾.

In fab. 153 (C. p. 83. Neuel. tetrast. 11. Bodl. Kn. 118) anguis agricolae filium interficit; iratus igitur ille cauerna exeuntem securi petit neque tamen ipsum ferit sed saxum uicinum. Itaque salem et panem offerens ad pacem redintegran-

1) Cf. Pallad. Anth. Pal. XI, 430: καὶ τρίχας ἐν πώγων αἰψ' ὄλος ἐστὶ Πλάτων et sim. 419. 420.

2) Formam Babrianae similem habet etiam Syntipas qui dicitur fab. 10 (apud Coraëm p. 283) et Locmanus Arabicus ex illo ductus (Grauert. de Aes. p. 105 sqq.), nisi quod etiam ineptius pro hirco leporem ille (Benfey l. s. s. p. 182), hic ceruum substituit, cf. Grauertus de Aesopo p. 100. Formam Babrianam Neueletianae praetulit Lessingius op. XI p. 97 L., in qua uolpem nimis incautam esse recte uituperat. Verum hoc diasceuastae recentiori tribuendum esse Phaedrus et ceterae fabulae Graecae similes arguunt, cf. Huschk. l. s. s. p. CCXLIV.

dam eum euocat; sed anguis cantus fidem pacemque esse non posse dicit, dum bustum filii ille, ipse saxum laesum uideat. Exilis est narratio neque cur agricola in anguis amicitiam redire uelit bene intellegitur (Benfey Pantsch. I p. 360), nisi fortasse in hac quidem fabulae forma de dolo et mala fraude cogitandum est. Iam conferas Rom. II, 11 — Phaedr. Dressl. app. III, 29: 'In domo cuiusdam pauperis uenire semper consueuerat serpens ad mensam eius et inde fouebatur ex micis. Non longo post tempore <diues effectus est pauper. Dehinc>¹⁾ coepit [pauper] irasci serpenti, quem securi uulnerauit. Interposito tempore ille ad egestatem rediit. At ubi intellexit, fortuna serpentis hoc accidisse [et causa illius diuitem fieri antequam ab illo laceraretur] uenit deprecans ut ignosceret peccanti. Contra sic serpens ait . . .' In hac fabula anguis, qui apud Babrium nihil est nisi animal, pro daemone habetur ex nobilibus ueterum religionibus²⁾, uniuersumque eius argumentum quamuis misere traditum uberius est et concinnius: quare quin uetustior sit et uerior dubitari nequit. Sed plane integra ne haec quidem est forma, nam frustra curnam irascatur agricola serpenti quaerimus. Supplementum repetere possumus ex Pantschatantra III, 5 (uol. II p. 244) et ex Gestis Romanorum 141, ubi aut homo (Gest.) aut hominis filius (Pantsch.) serpentem interfectorus est, ut omnes eius diuitias in cubili ut putat abditas simul auferat³⁾.

1) Verba 'diues' . . . 'Dehinc' ex Parisino C inserui.

2) Cf. Welck. Goetterl. I p. 65 sqq. al., Herm. antiquitt. II, 20, 12, Tylor, Anf. d. Cult. II, 240, Schmidt, Volksleben p. 185 sqq. Sollemnis est anguis in epulis, quas Graeci ueteres in cippis sepulcralibus exprimere solebant, cf. Friedl. de op. anagl. p. 39 sqq., Pervanoglu, Grabsteine p. 40, 12. 13. De similibus Italarum religionibus (Seru. ad Aen. V, 95) uide Henzenum Ann. dell' Instituto 1872 et Helbigium 'Wandgem.' p. 10 sq. *ἄλστρον ἱδωρ καὶ μέλι* sacro similia — pro quibus *ἄτρον καὶ ἄλας* Babrius habet — F. 155 angui offerri (lac in Pantsch. et Gest. Rom. 141) recte monuit Zuendel Mus. Rhen. V, 442 (Herm. antiquitt. II, 25, 18), sed ex eo quod anguis daemon est, Aegyptiacam fabulam esse nullo iure conclusit.

3) Fabulam ex India in Graeciam translata esse Benfeyus contendit Pantsch. I p. 360 assentiente Kellero p. 348, mutilatas enim esse formas

Fabulae 173 formam pleniorē Pseudodositheim et Romulum praebere pluribus p. 188 exposui.

Fab. 177 testudo et lepus uolpe iudice certant uelocitate; illa autem hunc qui uiribus fretus intempestiue quiescit, enixe currens uincit. Aliam huius fabulae formam — in qua erinaceus testudinis partes explens pro natura sua¹⁾ dolo uicisse uidetur, sicut in Grimmii fab. pop. 187 (p. 646) — respexit qui uas pinxit apud Gerhardum 'auserl. Vasenbilder' tab. 317, ubi inter erinaceos duos lepus currit et a dextra uolpes stat designatrix alterum proferens pedem²⁾. Atque magna probabilitate huc referes alterum uas etiam antiquius Monum. dell' Instit. uol. X, tab. 4. 5, in quo inter pedes Amphiarai currum conscendentis, spatium inane ut expleretur³⁾, erinaceus pictus est et lepus saliens. Huius formae in litterarum monumentis uix ullum inuenies uestigium, sed cognata Germanorum de aquila et regulo fabella (Grimmii 171 p. 600) nota erat Plutarcho πολιτ. παραγγ. XII: . . . ὁ Αἰσώπων βασιλισκος ἐπὶ τῶν ὄμων τοῦ ἀετοῦ κομισθεὶς αἰφνίδιον ἐξέπτῃ καὶ προέφθασεν, atque Aristoteli hist. an. IX, 11, 75: ὁ δὲ τροχίλος . . . τὸ ἴθρος ἀσθενής, ἐύβλιτος δὲ καὶ τεχνικός. καλεῖται δὲ πρέσβυς καὶ βασιλεύς· διὸ καὶ τὸν ἀετὸν ἀντιῶ φασὶ πολεμεῖν: unde hausit

Graecas et Latinas, fere integram Indicam. Sed hinc de fabulae origine nihil consequitur, nam nonnullas Phaedri Babriique fabulas transformatas esse et corruptas ex Graecis uetustioribus et integrioribus — quales extiterint in Demetrii Phalerei collectione — etiamnunc demonstrare possumus. Praeterea ad fabellam similem referendum uidetur quod legitur Plin. n. h. XXIX, 69: 'caput (uiperae) quidam dissecant Scythae ad eximendum lapillum, quem aiunt ab ea deuorari territa', cf. ib. II, 159: 'inter serpentes fodimus et uenas auri tractamus cum ueneni radicibus'. Itaque certe eandem habet probabilitatem, fabulam plenam ex Graecia in Indiam migrasse, immo maiorem fortasse, cum non inueniatur in uetustioribus fontibus Indicis, cf. Benf. l. s. s. p. 359.

1) Cf. Plin. n. h. VIII, 133 sqq., Ael. nat. an. III, 10. IV, 17., Archil. fr. 118 p. 715 Bgk., Ion. fr. 38 N., Claudian. carm. min. 20. 28 Ieep., Romulus app. 50. 63, Gubernatis zoolog. mythol. II p. 11.

2) Parum probabilia sunt quae de hac pictura protulerunt Gerhardus l. s. s. et Stephani, Compt. rend. 1865 p. 145.

3) Cf. Annali dell' Inst. 1874 p. 90.

Plinius n. h. X, 204: 'dissent, . . . aquilae et trochilus, si credimus quoniam rex appellatur auium.' Alia dabit Gubernatis zoolog. mythol. II p. 208.

Bodl. 23 (H. 92. C. 307; paraphrasis Parisina C. p. 403)¹⁾ agricola aquilam captam, pulchritudinem eius admiratus, liberam dimittit; aquila beneficii memor sub muro putrido sedentem eum uidens fascem a capite eius abreptum auferit; excitatus ille persequitur auem, quae statim praedam deicit, reuersusque parietem collapsum inuenit. Alia similis argumenti fabula exstat Neuel. p. 344 (Aphthon. f. 28, C. p. 303, H. 120): agricola aquilam serpente circumplicatam liberat; iratus serpens uenenum immittit in potum eius, sed bibituro aquila aduolans e manibus calicem decutit. Hanc formam quamuis laceram uetustiore esse magisque popularem probabile est uel propter aquilam cum serpente pugnantem: cf. Aristot. hist. an. IX, 10. Plin. n. h. X, 17. Athen. IX, 393. Ael. nat. an. II, 26. X, 14; Plin. n. h. XXXV, 28 (aquila draconem complexa a Philochara picta); Stephani Compt. rend. 1865, p. 99 (de frequentissimis picturis uasculariis nummisque similis argumenti). Sed discrimen facit, quod eadem narratio plane integra ex fonte Alexandrino hausta exstat apud Aelianum nat. an. XVII, 37²⁾, cuius in fine haec sunt: *Λέγει δὲ Κράτης ὁ Περγαμηνὸς ὑπὲρ τούτων καὶ τὸν Στησίχορον ἄδειν ἔν τινι ποιήματι οὐκ ἐκφροινήσαντί που εἰς πολλοὺς κτλ.* (fr. 66 Bergk. Iyrr. p. 992). Cui testimonio, quo quam uetus haec fabellae sit forma perspicitur, cur fidem derogemus cum Welckero kl. Schrr. I p. 213³⁾ et Bernhardyo l. s. s. p. 786 extr. non intellego, praesertim cum etiam aliae duae Babrii fabulae (cf. huius disputationis p. 141)

1) Bodl. et Paris. ad eundem archetypum uidentur redire.

2) Ex Aeliano eam repetiisse uidetur Tzetzes Chil. IV, 302 sqq. sicut alia multa: quare nullum habet momentum, quod Stesichori nomen non addit. Apud Aelianum quod pro codicum *ἀλοῶντες* Reiskius coniecit *ἀμῶντες* eo confirmatur quod Tzetzes u. 302 *Φεριστήν* habet.

3) Dicit: 'Sie ist viel zu gesucht und gekünstelt . . . um nicht sogleich Verdacht der Unächtheit . . . zu schöpfen' — at praeter sophisticam narrandi rationem, quae Aeliano debetur, artificiosi nihil in ea reperies. Neque ipsorum Aeliani uel Cratetis fidem iure in suspicionem eum uocasse credo.

ad Stesichorum redire uideantur¹). Memorabile autem illud, quod collapsum murum putridum, in quo summa duarum istarum formarum differentia est posita, simili ratione adhibuit Palladas Anth. Pal. IX, 378 exeunte fere quarto p. Chr. n. saeculo²).

Bodl. 56 (ad Babrium redit etiam F. 352 et H. 207^b do-decasyllabis concepta, cf. Eberh. p. 94) miluus a serpente, quem in altum abstulit, mordetur praecipitatusque statim moritur; anguis autem 'cur tam insanus fuisti' inquit 'ut eos, qui nul-lam tibi iniuriam intulerunt, laedere uelles' etc. Fabula similis eaque sub finem hac scholastica laetior exstat S. 127 (H. 207): *Κόραξ τροφῆς ἀπορῶν ὡς ἐθεάσατο ὄφιν ἐν τινι εὐηλίῳ τόπῳ κοιμώμενον, τοῦτον καταπτὰς ἤρπασε. Τοῦ δὲ ἐπιστραφέντος καὶ δακόντος αὐτὸν, ἀποθνήσκειν μέλλων ἔφη· 'ἀλλ' ἔγωγε δέλιαιος, ὅτι τοιοῦτον ἔρμαιον εὖρον, ἐξ οὗ καὶ ἀπόλλυμαι.'* Sed magis etiam popularis Archiae Mitylenaei forma uidetur Anth. Pal. IX, 339, in qua pro angue est scorpio³):

*Ἐν ποτε παμφαίνοντι μέλαν πτερόν αἰθέρι νωμῶν
σκορπιὸν ἐκ γαίης εἶδε θορόντα κόραξ,
ὄν μάρψων ὤρουσεν· ὁ δ' αἰῆαντος ἐπ' οὐδας
οὐ βραδὺς εὐκέντρῳ πέζαν ἔτυψε βέλει,*

1) Falso igitur Benfeius Pansch. I p. 363 fabulae originem ab India repetiuit; nam Stesichori aetate fabulae Indicae in Graeciam non sunt translatae. Quamquam uel per se minime credibile est pulchram fabellam Graecam ex orientali illa 'ortam' esse, in qua nihil nisi serpentem ab aquila raptum uenenum in uas immisisse narratur (cf. uit. Aes. p. 87 Eberh.). Nam quod Benfeius dicit 'die Verfolgung der Schlangen durch Vögel oder speciell den schlangentödtenden Garuda [ist] ein so eigenthümlich indischer Zug, dass ich diese Fabel darum allein schon . . . für indisch halte' id plane nihil ualere ex eis quae supra conguessi intelleges.

2) Simile est quod de Simonide Ceo a Dioscuris seruato narratur, cf. Schneidew. Sim. p. XIV sq., Welck. Goetterl. II. 423, Lehrs popul. Aufa. p. 199 sqq. Neque omittendum quod Ael. nat. an. XI, 49 animalia Helices urbis ruinas praesagiunt, atque nat. an. VI, 41 et uar. hist. I, 11 mures ex domo cui ruinae impendeant emigrare dicuntur.

3) Scorpio etiam in simili narratione prodit satis uetusta Zenob. II, 14, ex qua ἀλισὺς πληγὴς τοῦν οἴσει prouerbiū fluxit ab ipso iam Sophocle in Amphiarao fr. 118 Dind. usurpatum.

καὶ ζωῆς μιν ἄμερσεν. Ἴδ' ὡς ὄν ἔτευχεν ἐπ' ἄλλω
ἐκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἔδεκτο μόνον.

Certe cum hac una κορώνη τὸν σκορπίον prouerbiū netus conuenit, quod explicat Zenobius IV, 60 παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερέσι καὶ βλαβεροῖς ἐπιχειρούντων· ἑλλειπτικὴ δέ ἐστι· λείπει γὰρ τὸ ἦρπασε. Καὶ γὰρ ἄρπασθεῖς ὁ σκορπίος οὐκ ἔλαττον ἔδρασεν, ἐμβάλων τῷ κέντρῳ τὸν λόν, ἤπερ ἔπαθε, Diogenianus V, 59 = Gregor. Cypr. M. III, 85 ἐπὶ τῶν βλαβεροῖς ἐπιχειρούντων, Macarius V, 19 λείπει ἦρπασεν. ἐπὶ τῶν κακὰ σφίσιν αὐτοῖς ἐπαγομένων, Apost. IX, 99 ἐπὶ τῶν ἐαντοῖς λανθανόντως κακόν τι ἐπισπωμένων ¹⁾).

Bodl. 117 (= tetrast. 23 Neu. p. 208 Cor., cf. Eberh. p. 93) in notissima Stesichori fabula pro equo ab Aristotele rhet. II, 20, Horatio ep. I, 10, 34 sqq., Plutarcho Arat. 38, Conone narrat. 42, Nicephoro (ex Hermogene) Walz rhett. I, p. 424, 1 tradito apud Babrium aper substitutus est, quem primum quantum scio inuenies apud Phaedrum IV, 4. Simili ratione apud Anianum fab. 30 = Babr. 95 in cerui Graeci locum aper successit.

Vides igitur, quam saepe in his fabulis formae antiquae nouatae sint ac dissolutae, hebetatae corruptae, idque grauius interdum quam apud Phaedrum: quare fictae non sunt a poeta Alexandrino neque haustae ex ipsa prima primariaque Demetrii Phalerei collectione — id quod putarunt Coraës p. κ', Schneidewin l. s. s., Wagener 'rapports entre les apologues' p. 15, Keller p. 385 —, immo maximam partem ex populari aliquo et recenti libello repetitae, qui — sicut populares nostri libelli — saeculis praetereuntibus casus uarios grauesque perpessus erat.

1) Quamquam suspicari possis ad fabulam prioribus illis similiorem spectare quod Aristophanes habet equitt. 197: ἀλλ' ὅπῳταν μάρπη βυρσαίετος ἀγκυλοχῆλης || γαμφηλῆσι δράκοντα κοάλεμον κτλ.: ubi postea (u. 210) illum ab hoc uictum iri dicitur. Certe quod in simili oraculo legimus u. 1038 [λέων] . . . πολλοῖς κώνωφι μαχεῖται aptissime referes ad fabulam κώνωφι καὶ λέων Ach. Tat. II, 22, Nicet. Chon. annal. p. 317, H. 234: quae Aristophani si nota erat, uix repetita est ex India, ut Benfeius opinatur Pansch. I p. 245 sq. assentiente Rohdio Rom. p. 452.

Sed aliae apud Babrium fabulae exstant, quae omnino alienae uideantur ab antiquitate Graeca. Velut Bodleiani 131 = Auian. 39¹⁾, H. 386 iam Grauertus de Aesopo p. 79, nulla ille quidem praëiudicata opinione captus, 'tempore posteriore a rethore arguto fictam esse' sensit. Quod multo etiam maiore iure contendì potest de Athoi 118 *χειδῶν δικασταῖς συνοικοῦσα*²⁾, Bodleiani 148 (de qua cf. p. 186 sq.) Vaticani 130 (= Babr. Ehb. 138)³⁾, quorum argumenta artificiosa et pusilla fere controuersiis scholasticis sunt similia. Atque rethorum scholam etiam allegoriae siccae redolent fab. 70 *Πόλεμος καὶ Ὑβρις*, 128 (127) *ἀλήθεια*, Bodl. 137 (= H. 1) *ἀγαθὰ καὶ κακὰ*, sophistaeque Graeculi ingenium prodit tenella Bodl. 130 *ῥόδον καὶ ἀμάρανθον* (cf. Rohd. Rom. p. 335 adn. 1, ubi adde Aphthon. prog. 2 *διήγημα τὸ κατὰ ῥόδον*). Sed certissimum huius aeuì indicium inest in ipsa fabula 12 nobilissima, cuius epitoma 4)

1) Babrii eam esse Bodleiani et Auiani consensus euincit. Quamquam uersuum uestigia in Bodleiano inuenies satis pauca (clausulas *ικέτετε μὴ κτείνειν* [cf. 13, 3 *ικέτετε χαλεύων*] et *μηδὲν ἰσχύων* [cf. 76, 16 *οὐκέτ' ἰσχύων*]?), et Auiani auctor formam Graecam — sicut fabulae 95 = Auian. 30 — grauius mutauit pro tubicine tubam substituens.

2) Quamquam uetus est et popularis in fabellis anguis auium pullis insidiatus, cf. Benf. Pansch. I p. 167—171, II p. 57. 61, quocum compone Plin. hist. nat. 36, 21. 37, 10 (Ael. nat. an. I, 35), qui fabellam popularem pro ueritate accepisse putandus est. Ceterum hanc fabulam Babrii esse — quode dubitare uidetur Bernhardy l. s. s. p. 748 — et metrum gracile canorumque clamat et sermo dulcissimus, quem ipse Naber 'satis purum' esse concedit p. 440; praeterea uersui octauo simillima poeta dixit 12, 4. 12, 24, uersui nono 7, 14.

3) Ipse etiam Suidas s. u. *βουκολήσας* fragmentum eius seruauit.

4) Epitomam dico, non aliam recensionem — nedum meliorem —, nam u. 12 aG *δὲ* particula, quae in 20 A bene intellegitur, locum non habet et *οἶκος* nullo uocabulo interposito *οἰκῆτοις* insequens parum eleganter dictum est; praeterea singula quae in aG ab A recedunt uerba aut languidiora sunt (9 aG *κούχι* 13 A *οὐχι*, 12 aG *ἤτε μίξις* 23 A *κἀπίμιξις*, 13 aG *μνήμην* . . . *ἀναφλέξει* 24 A *λίπην* . . . *ἀναξάινει*) aut falsa (5 a *ζῶσις* salutandi formula male inducta pro *ζῴσις* 7 A, quod optime conuenit cum Procnes fabula). Miror contrarium esse iudicium Fixii l. s. s. p. 66, Hermannii l. s. s. p. 815, Duebneri p. 33, Hochii p. 28, Saupprii l. s. s. p. 247, Naberii l. s. s. p. 421.

codicibus Aldinis seruata primum poeseos Babrianae specimen hominibus doctis praebuit. En habes summam: hirundo (olim Pandionis filia) ab agro euolans reperit lusciniam (sororem, Terei uxorem), Itylum suum deflentem (uu. 1—6), et postquam salutem ei dixit deque infelici eius suaque ipsius sorte quæstæ est, ad agrum domiciliumque hominum secum ut ueniat persuadere ei studet (uu. 7—18). Luscinia autem:

20 ἔα με πέτραις ἐμμένειν ἀοικήτοις
καὶ μὴ μ' ὄρεινῆς ὄργαδος σὺ χωρίσσης.
μετὰ τὰς Ἀθήνας ἄνδρα καὶ πόλιν φεύγω
ὄϊκος δέ μοι πᾶς κἀπίμξις ἀνθρώπων
λύπην παλαιῶν συμφορῶν ἀναξάινει.

A ueteribus poetarum Graecorum fabulis hæc narratiuncula diuersissima est neque in Phaedreis aut Aesopeis quas dicunt omnibus similem uel unam inuenies: neque enim aut sententia aliqua illustratur¹⁾ aut αἴτιον exponitur aut iocus inest uel dicerium. Ad uetustissimam autem fabulae formam quam nunc dicimus 'Thiermärchen' — quæ quidem propriis illis interdum caret — quominus referamus, uniuersum argumentum nimis molle et artificiosum impedit et plane illud singulare, quod nullum omnino in ea inest factum, sed nihil nisi orationes duæ. Iam si quam potissimum aetate talis fabella oriri potuerit quaeris, iterum uix aliam inuenies nisi sophistarum sub imperatoribus Romanis florem: nam ii primi argumenta tractabant Babriano huic similia (Rohd. Rom. p. 352 adn. 1) — uelut ἦρος ἐπαινοῦς ἢ χελιδόνων ἢ ἀηδόνων (Themist. or. 26 p. 329 D.) et τὰ περὶ τὴν χελιδόνα (scholl. Hermog. π. ἰδεῶν p. 415 Ald.) — atque quid certa quadam condicione aliquis

1) Nihili sunt quæ epimythista (Hoch. p. 21. 26) adiecit u. 25 sqq. (ex quibus Keller p. 390 colligit: 'zeitweise hasste er das Getreibe der grossen Welt. Fernab von der Menge suchte und fand er in litterarischer Beschäftigung Trost für die Wunden, die ihm ein feindliches Geschick geschlagen hatte'), lepidissima autem paraphrastæ Marciani sententia est (Kn. p. 1 adn.) ἡ μὲν χελιδὼν τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώποις παρεικάζεται, ἡ δὲ ἀηδὼν τοῖς φιλερήμοις κατὰ θεὸν μοναχοῖς, οὔτινες τὸν κόσμον ἐφυγον. Hertzbergius p. 120 ex uersibus ultimis falso sententiam generalem elicuit.

diceret exponebant (*τίνας ἂν εἴποι λόγους*): cf. Walz rhett. Grr. I p. 95. 102 sq. 382 sqq. atque Brunck. Anall. III p. 141 sqq., Anth. Pal. IX, 148—180¹⁾.

Haec autem et alia artis sophisticæ specimina, cum quibus optime concinunt quæ de dicendi genere et arte narrandi p. 200 sq. disputauit, unde Babrinius repetiuerit coniectura admodum ni fallor probabili etiam nunc assequi possumus. Scripsit enim Nicostratus, rhetor et sophista celeberrimus decadis iunioris²⁾, Marco Aurelio imperatore *Δεκαμῦθον* i. e. decem μύθων libros³⁾. Qui quales fuerint intellegitur ex Hermogene π. ἰδεῶν II, 12, 3 *Νικόστρατος . . . ὅς γε καὶ μύθους αὐτὸς πολλοὺς ἐπλασεν, οὐκ Αἰσωπειοῦς μόνον, ἀλλ' οἷους εἶναι πως καὶ δραματικοῦς*, ad quæ uerba scholiasta (Planudes) Walz rhett. Grr. V p. 561 *ὡς ὅταν διηγῆται τὰ περὶ τῆν χελιδόνα καὶ λάμειαν καὶ ὅλως τὰ ἐν τῇ Δεκαμῦθῳ εἰρημένα, οὐ πολιτικὰ⁴⁾, ἀλλὰ δραματικά τε καὶ ποιητικά*. Videmus igitur a Nicostrato tractatos esse μύθους *Αἰσωπειοῦς*, i. e. fabellas in quibus animalia agant; *δραματικοῦς*, i. e. narratiunculas fictas quæ per rerum naturam fieri possint et comœdiis sint similes⁵⁾; alios in scholio commemoratos (*τὰ περὶ*

1) Haec epigrammata breues sunt declamationes uersibus traditæ (duo 448. 449 Iuliani, cetera adespotæ). 451 legimus *τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς Πρόκνην τὴν ἀδελφὴν Φιλομήλη*: en habes lusciniam et hirundinem nostras. Ceterum ex hac parte similis est fab. S. 71 = H. 67 *Λεῖλος φιλάργυρος λέοντα χρυσοῦν εἰρῶν ἔλεγεν*: sequitur sermo longus, sed leoui quid factum sit non narratur. Idem argumentum forma exili exstat Anth. Pal. IX, 431 *εἰς κλέπτῃν εὐρόντα σπάθην χρυσοῦν· καὶ χρυσὸν φιλέω καὶ δῆϊον ἄρα φεύγω*.

2) Cf. Suidas s. u. *Νικόστρατος . . . ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπιδεντέροις δέκα ῥήτοροι*: Bernhardt I p. 622. Quantam ætate illa famam habuerit pluribus illustrauit Rohdinus Rom. p. 326 adn. 1.

3) Suid. l. s. s. *ἦν γὰρ ἐπὶ Μάρκον Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε δεκαμῦθον . . . καὶ ἐγκώμια εἰς τε τὸν Μάρκον καὶ ἄλλους*. Nicolai II p. 463 *'Nikostratos . . . unter Kaiser Pius, dessen Enkomion er schrieb'* unde hauserit nescio.

4) De *λόγῳ πολιτικῷ* in capite quod antecedit egit Hermogenes.

5) Vide quæ luculenter Rohdinus disputauit Rom. pp. 351. 352 adn. Hoc ipsum alia ratione expressit scholiasta Walz V p. 561 *μῦθος μὲν ὁ πάντη*

τὴν χελιδόνα καὶ λάμειαν), qui mythologici possunt nominari ¹⁾. Ab ultimis ut incipiam, magni est momenti quod Nicostratus τὰ περὶ τὴν χελιδόνα fabulis tractavit, nam Babrii fabellae duae plane singulares 12 et Bodl. 45 ²⁾ idem habent argumentum. Itaque sicut has fabulas magna probabilitate ad Nicostratum referes, ita alias quoque quae simile ingenium spirant. Primario autem auctore Babrium Nicostrato usum esse crederem, si certum esset quod Suidas tradit fabulas Babrianas sicut Nicostrati decem libris esse diuisas, praesertim cum tribus illis fabularum Nicostratearum generibus etiam Babrianae comprehendantur ³⁾. Ceterum talem fontem ipsum prooemium alterum indicat exili illa de fabularum originibus doctrina: cui simillima legimus apud ceteros huius aetatis rhetores ubi de μύθῳ agunt, cf. Hermog. progymn. 1, Aphthon. prog. 1, Theon prog. 3 p. 73 Sp. (ubi inuenitur etiam Κυβισιὸς ἐκ Αἰβύης), Diogen. praef. prouerb. (paroemiogr. I p. 178 sqq.) ⁴⁾.

Atque hoc cum aëuo, quod tot iam indicibus prodi uidimus, instituta mores religiones apud Babrium expressa optime con-

ψευδῆς (Αἰσώπειος), μυθικὸν δὲ τὸ ἐγγίζον τῷ μύθῳ καὶ δυνάμενον καὶ ἀληθὲς εἶναι δοκεῖν (μυθικὸν — δραματικὸν); similiter iam Aristoteles poet. 4: Ομηρος μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν. Falsi sunt Bernhardt I p. 624 et Nicolai II p. 463.

1) Quamquam nimius est Tyrwhittus l. s. s. p. CLXXXI adn. 35 Nicostratum scripta quaedam 'mere mythologica' edidisse hinc concludens. Quae de lamiis narrat Dio Chrysost. de regno or. V (I p. 188 R.) μύθον Αἰβυκὸν nominavit: unde colligas haec eodem fere loco habita esse atque fabulas Aesopeas.

2) De hac cf. p. 202 et Aes. H. 416^b.

3) Aesopeae sunt plurimae; dramaticae haud paucae, in primis 116 (moechus et maritus), Auianique 25 (puer et fur) et praeterea 2. 15. 34. 75; mythologicae 12. 57. 58. 59. 66. 68, Bodl. 45 all. Quamquam haec genera iam apud Phaedrum inueniri notandum est.

4) Non sine ueri specie conicias fabulas priores, ad quas spectet prooemium I populare, ex uetere aliqua collectione Babrium repetisse, posteriores, quarum sit prooemium II scholasticum, ex Nicostrati decemythia. Duo autem Auiani uolumina apte ad duo haec corpora fabularum referes, decem Suidae libros ad alterum: quo omnis horum testimoniorum tollitur discrepantia. Quamquam certi quicquam uix efficies.

gruunt: uenationes amphitheatrales, quas Bodleiani fabula 69 (et Athoae 173 pristina forma) describi uidimus, imperatoriae potissimum aetatis esse constat; Galli mendicantes et scelerati fabulae 127 (126)¹⁾ — quos poeta ipse saepe uidisse censendus est propter uniuersum carminis illius colorem — eadem ratione tunc temporis et descripti sunt (a Luciano asin. 35. 36. 37 et Apuleio metam. VIII, 24 sqq., cf. Hildebr. p. 721) et depicti (in columbario uillae Pamphili, cf. Jahnius Ber. d. Bair. Akad. VIII [1857] tab. II)²⁾; Tychae quae primarium inter deos Babrianos locum tenet³⁾ religiones antiquitate labente omnium maxime florebant: cf. Rohd. Rom. p. 280 sqq. 378, 1. 436, 2. 475, 2. 477, 3. 493, 2. Adde quod mos deorum lucernis colendorum fab. 10, 6 sq. expressus Hermannum (l. s. s. p. 805) auctorem in his rebus locupletissimum si sequimur, omnino

1) Singulare est in ea et si recte iudico nouicium, quod unus Gallorum — scilicet qui omnium saeuissime bacchatur, cf. Apul. VIII, 27 extr. 'inter haec unus ex illis . . .' — *Ἄττις* uocatur, cuius usus exempla non inueni nisi quod similiter Iulianus or. V (mat. deor.) p. 159. 161. 165 haec nomina confudit, ita tamen ut deum Gallum uocaret. Quae ni fallor causa fuit cur Boisson. p. 245 adn. de Attis dei imagine cogitaret; sed apertum est *ὡς ἐπιρρώθη* uerba ad rabiem Gallorum spectare a Luc. c. 37 et Apul. c. 27 sq. descriptam, quam ubi expleuerant stipes (u. 8) colligebant, cf. Luc. 37. Apul. 38 extr.

2) Inter *Θύτην* autem fabulae 54 et *μάντις δι' ἐμπύρων μαρτυρομένων* Graecorum (Herm. antiquitt. II 38, 20) Romanorumque haruspices quid interesset, uelim Hermannus l. s. s. p. 809 et Keller p. 392 exposuissent. Singulare nihil est nisi nomen quod, cum non inueniatur ante Herodianum, propter haruspex uocem Romana aetate fictum uidetur. Nam frustra Keller l. s. s. prouocauit ad Apollod. bibl. II, 7, 2, 4, ubi *συνθύτης* legitur: nihil enim ex composito de simplici consequitur notione longe diuersa usurpato, neque omnino Apollodori liber interpolatus et contractus in his rebus ullam habet fidem. Vix autem credes Kellerum ex Esaia propheta, qui altero a. Chr. saeculo Graece est redditus, de huius ipsius temporis condicione coniecturam fecisse atque ubi de haruspicina agitur tres locos attulisse quibus laruae describuntur et daemones.

3) Cf. fab. 49 (ubi notabilia Tychae uerba *ἐμοὶ γὰρ ἐγκαλοῦσι πάντα σιλλήβδην* || ὅσ' ἂν παρ' αὐτοῦ δυστυχῆ τις ἢ πταίη) et 163 = H. 101 Au. 12 (ubi simillima in fine legitur sententia): quocum cf. Plin. n. h. II, 7: 'Fortuna sola inuocatur . . . una accusatur, una agitur rea' etc.

non inuenitur ante imperatorum aetatem ¹⁾; quamquam dolendum est quod testimonia quibus sententiam suam firmaret et illustraret non addidit, nam mihi quidem duo tantum quae huc spectare uiderentur innotuerunt, unum inscriptionis ab Henzeno ind. arch. 1858 n. 113 p. 201 editae (uir . . . corpus uxoris mortuae):

ut numen colit anxius merentis;
 parcas, oro, uiro puella parcas,
 ut possit tibi plurimos per annos
 cum sertis dare iusta quae dicauit,
 et semper uigilet lucerna nardo,

alterum etiam aptius Orell. inscr. 4838 (= Momms. I. R. N. 166, Ritschl P. L. M. tab. XCVI, opusc. IV, 404): 'Haue Septima, sit tibi terra leuis. Quisque huic tumulo possuit ardente(m) lucernam, illius cineres aurea terra tegat': quorum testimoniorum supplementum — nempe egent supplemento, cum a lapide sepulcrali utrumque depromptum sit — a nobili Christianorum ritu repetere possumus ²⁾.

Sed multo magis etiam sententiae meae patrocinantur poetae ipsius de dis rebusque diuinis opiniones, quae non modo antiquas religiones dilabentes, sed etiam nouas prouenientes significare uideantur. Veteres deos despiciatui eum habuisse multis exemplis intellegitur ³⁾. Velut fab. 30 lapidica, qui utrum pro

1) Certe diuersi generis sunt *λόγνοι ἱεροὶ* qui erant in templis Graecorum, cf. Herm. antiquitt. II 19, 11. 24, 18.

2) Etiam Valerius Babrius nomen (gentium duarum nomina coniuncta) hanc aetatem indicat: cf. Marquardtii antiquitates I p. 25. Sed coniectura utere nolo pro argumento.

3) Quamquam in hoc genere nimius ne sis summopere cauendum est. Nihil concludi potest ex fabulis 57 et 165, in quibus *ψεύσματα* uel *ἀπάτην* et *πανουργίην* Mercurius in mundum inuehit — nam uetustissimus est *Ἐρμῆς δόλιος*, quode errauit Keller p. 391 extr. —, neque ex fabula 48, in qua deridetur ille narratiuncula subobscena — tales enim ioci etiam in optima aetate ficti sunt —, uel ex 162 *δηθσεις ὑπὸ ψήλλης καὶ Ἡρακλῆς* — nam dubitari potest de uerbis ultimis et ueram sententiam perspexisse uidetur epimythista et Apostolius VII, 38 (= paroem. II p. 404, 11) *ὅτι οὐ δεῖ ἐπ' ἐλαχίστων τοῦ θείου δεῖσθαι κτλ.*

cippo sepulchrali an pro simulacro Hermam quendam uendat dubitat, deum conspicit ἐν πύλαις ὄνειρειαίς

‘σὺ δὴ’ λέγοντα ‘τάμὰ νῦν ταλαντεύη·
ἢ γὰρ με νεκρὸν ἢ θεὸν σὺ ποιήσεις’,

atque fab. 119 homo cui res prospere non succedunt Hermam ligneum iratus humi discutit, et ubi ex discussi capite aurum effluens uidet ridens dicit:

Ἑρμεία,

σκαιὸς τίς ἔσσι καὶ φίλοισιν ἀγνώμων,
ὃς προσκνυῶντας οὐδὲν ὠφέλεις ἡμᾶς,
ἀγαθοῖς δὲ πολλοῖς ἐβρίσαντας ἡμείψω.
τήν εἰς σὲ καινὴν εὐσέβειαν οὐκ ἤδειν¹⁾.

Maxime autem memorabilis est fabula 2, in qua agricola uicinos propter furtum ad ius iurandum adigit (ὄρκοι), sed postquam praeconem audiuit praemium ei pollicentem qui sacrilegos indicaturus sit

εἶπεν ‘ὡς μάτην ἦκω·
κλέπτας γὰρ ἄλλους πῶς ὁ θεὸς ἂν εἰδείη,
ὃς τοὺς ἑαυτοῦ φῶρας οὐχὶ γινώσκει,
ζητεῖ δὲ μισθοῦ μὴ τις οἶδεν ἀνθρώπων;’²⁾

Atque sicut deos antiquos contempsit, ita etiam imaginum uenerandarum morem cum deridet fabularum 30 et 119 argumento supra exposito, tum conceptis uerbis uituperat fab. 30, 4:

1) Haec narratiuncula quasi parodia est fabulae 169 = H. 102, ubi agricola in arbore infecunda caesa mel inuenit: cuius aliam formam Babrianae magis etiam cognatam — ubi thesaurus inest in arbore — seruauit Russorum populus, cf. Afanassieff fabb. V, 52, Gubernatis zool. mythol. I p. 177. Ceterum et ipsa imperatorum aetate factum est ut uulgus cum res minus prospere cessissent simulacra deorum castigaret abiceret diffringeret, cf. Suet. Calig. 5, Friedl. Darstell. III p. 503. Idoneam igitur causam non habeo cur cum Benfeio Pansch. I p. 478 et Kellero p. 345 fabellam Babrianam ex Indica quadam longe diuersa deducam.

2) Haec quidem etiam Alexandrina aetate omnium in religionibus liberrima — liberiore scilicet primis p. Chr. n. saeculis — scribi potuisse scio, sed cum eis quae sequuntur coniuncta scriptorem recentissimum indicant. Iuuat etiam cum fab. 2 componere similia argumenta ab aliis longe aliter tractata, cf. H. 55. 301. 354 all.

ὃ δὲ χειροτέχνημ' ὡς θεὸν καθιδρίστων:

quibus plane similia uix inuenies nisi apud scriptores ecclesiasticos et admodum recentes. Neque religiones modo antiquas spreuit, sed mythos etiam inutiles esse profitetur fab. 15, 3 sq.:

θέων δ' ὁ μῦθος ἦλθε μέγρις ἡρώων·
μακρῇ μὲν ἄλλως ῥήσις οὐδ' ἀναγκαίη . . .

Quid igitur mirum quod cum Terei tum Pandorae fabulam — siquidem recte supra disputauit — pro uirili parte corruptit? Quid mirum quod dei, quos in fonte suo innenerat, quid in singulis argumentis sibi uellent non semper satis recte intellexit? Velut in fab. 20 legimus bubulcum, cum in terrae hiatum raeda decidisset, cessantem stetisse atque Hereuli supplicasse,

ὃν μόνον πάντων
θεῶν ἀλιθῶς προσεκίνει τε κἀτίμα.

Haec iam Photius habet p. 860 ipseque Naber p. 423 Babrii esse disertis uerbis profitetur¹⁾, nisi quod *μῦθον* coniciens dilectum suum spondeum in quintum pedem inducit. Quis autem quaeso Graecus unquam uel Romanus antiquus solum Herculem pro deo coluit? Haec a poeta ficta esse apparet, qui ueram causam cur Herculem potissimum rusticus uocaret non intellexisset²⁾. Quae in eo est posita, quod Hercules unus est ex deis *σωτήρσι* (Babr. fab. 50, 3) uel *ἀλεξικάκοις* (Arist. ran. 299; Plaut. Most. 513 Lor.; Welcker Götterl. II, 791 sq.; Preller gr. Mythol. II, 184 sq.) atque in tali difficultate in qua Iouem uel Apollinem morari ridiculum erat, solus fere auxilio uocari poterat utpote deus rusticus rusticorumque (cf. Mueller, Handb. § 411, 5; O. Jahn, arch. Beitr. p. 62; Froehner, notice

1) Nimirum ut Babrium ueterem poetam esse demonstraret ex antiquo fonte Photium hausisse debebat contendere, sed suo se laqueo irretiuit.

2) Poetam Herculem e fonte suo deprompsisse cum pro uniuersa eius arte probabile est, tum confirmatur Zenobii uerbis V, 93 e Babrio non haustis (cf. p. 237 adn. 3): *εἰρηται δὲ ἀπὸ ἀνηλάτων, οὗ ὁ μὲν ὄνος εἰς πηλὸν ἐπεπτάκει· ὁ δὲ θεὸν βοηθεῖν ἐπεκαλεῖτο τὸν Ἡρακλῆα* (ubi aut miro casu trimeter fere integer *θεὸν βοηθεῖν κτλ.* [dele τὸν] legitur aut fabula iambis olim fuit inclusa, cf. Eberh. p. 95).

de la sculpt. ant. 24 p. 56). In illum autem errorem haud scio an poeta etiam fabulae 15 argumento inductus sit, in qua Thebanus Herculem patriae suae heroem nimiis laudibus effert. Sed in huius ipsius uersum 5 simile uitium Babrius intulit, cum dicit:

τέλος δ' ὁ μὲν Θηβαῖος υἱὸν Ἀλκμήνης
μέγιστον ἀνδρῶν, σὺν δὲ καὶ θεῶν ὕμνει! —

nam quis Graecus antiquus — etiamsi Thebanus est cum Atheniensi de heroum uirtute certans — Herculem deorum maximum nominabit, maiorem scilicet quam Iouem patrem?

Certe haec omnia scriptoris sunt in uera antiquitate peregrini. Sed aliis indiciis nouae aetatis ingenium plus minusue plane notatur. Sine idonea quidem causa in Ioue fabulae 68, qui uno gradu ab Olympo uadit ad ultimum mundi finem, Hartungius p. 14 Iudaeorum Iehouam agnouit²⁾; nam si quid alieni ille habet multo melius ad Orphicorum *Ἰα Πᾶνα* prouocabimus, de quo Orph. hymn. fr. 28, 35 sq.:

πτέρυγες δὲ οἱ ἐξεργύοντο
τῆς ἐπὶ πάντα ποτᾶθ' ἱερῆ δέ οἱ ἐπλετο νηδὺς
γαῖά τε παμμήτωρ ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα
μέσση δὲ ζώνη βαρυχέος ὄμμα θαλάσσης
καὶ πόντου· πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι ῥίζαι κτλ.

1) A exhibet *νῦν δὲ καὶ θεὸν ὕ.*; correctione certa Minas scripsit *θεῶν*, in quo acquieuerunt Boisson. Lachm. Schneidew. Sed inepte *νῦν* cum praeterito coniungitur (*ὑμνει*). Egregie igitur Hercher *σὺν* proposuit Eberhardo probatum, quod nunc confirmatur Vaticani 9, 9 (Knoell. l. s. s. p. 685) *χαλασθείσης* || *ῥάβδου μέτωπα σὺν τε ῥίνας ἐπλήγη*. Naberī *ἐν δὲ καὶ θεῶν* commemorasse satis habeo.

2) Omnia fere quae Hartungius p. 14 protulit argumenta similia miris erroribus nituntur: fabulae 10 acumen non perspexit (cf. p. 53) — dicit enim Venus: marito tuo irascor ideoque feci ut pulchra ei uidereris —; fabulae 117 sententiam supponit quae non inest — cf. Aesch. Sept. 601 et Plant. Rud. 305 —; fab. 66, 1 *θεῶν Προμηθεὺς ἦν τις, ἀλλὰ τῶν πρώτων* cum non intellexisset — *θ. τ. πρ.* Prometheus dicitur, quia unus est ex Titanibus ab Ioue pulsus, nam merus error uidetur Bodleiani *πρωτων ανθρωπον πλαττων* scriptura — *ἀλλ' οὐ τῶν πρώτων* scripsit contra metri leges haec addens: 'und wie seltsam nimmt sich oft auch diese Ueberlieferung in dem Munde dieses Dichters aus wenn er sie wiedergiebt, z. B. Fab. 66 ...'

Gravius est quod fab. 11, 4 legimus:

*τήν (uolpem ardentem) δ' ἐπισκοπος δαίμων
ἔς τὰς ἀρούρας τοῦ βλαβόντος ὠδήγει κτλ. 1),*

dubito enim an his uerbis noua illa opinio exprimat daemones quosdam uitae nostrae 'custodes et curatores' (Plut. de fat. 9) esse perhibens: quae a philosophis potissimum Neoplatonicis (Zeller III, 1 p. 155 sqq., Friedlaender Darstell. III p. 431) ex-culta uolgatissima erat in ultima antiquitate, cf. praeter Zelle-rum et Friedlaenderum ll. s. ss. Rohdus Rom. 435 et simillima illa: *δαίμονες . . . ἀνθρώπων ἀθεμίτων ἔφοροι τε καὶ τιμωροὶ* Heliod. VIII, 9 p. 231, 11 Bekk. et *δαίμων τις τιμωρός* Charit. III, 4 p. 56, 5 Herch. Sed omnium maxime insignis est fa-bula 63, in qua heros homini pie eum colenti:

*'ἀγαθὸν μὲν' inquit 'οὐδ' ἂν εἰς τις ἠρώων
ὦ τῶν παράσχοι· ταῦτα τοὺς θεοὺς αἶτει·
κακῶν δὲ πάντων, ἅτε σύνεστιν ἀνθρώποις,
δοτῆρες ἡμεῖς. τοιγὰρ εἰ κακῶν χηρῆεις
εἶχον· παρέξω πολλά, κἂν ἐν αἰτήσῃς.
πρὸς ταῦτα λοιπὸν αὐτὸς οἶδας οἷς θύσεις.' 2)*

Haec contraria sunt religionibus ueterum qui heroes hominibus calamitate afflictis *τὸ ἀγαθὸν ἀναπέμπειν* credebant (Welcker, gr. Götterl. III p. 262 sq.). Quamquam primo oculorum obtutu Babrianis similia uidentur quae leguntur Zenob. V, 60 (par-
oemiogr. I p. 145): *οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἠρώων: αὐτῆ τέτακ-*

1) Nihil scit Ouidius fastt. IV, 700 sqq. de deo malum hominem puniente.

2) Longe aliter fabulator F. 80: *ὁ ἦρωε . . . ἔφη· ὦ οὐτος, πέπανσο τὴν οὐσίαν διαφθείρων· ἐὰν γὰρ πάντα ἀναλώσῃς καὶ πένης γένη, ἐμὲ αἰτιάσῃ*, de quibus lepide dixit Furia adnot. p. 33. Ceterum gra-uissimum hunc locum Hertzbergius p. 109 his uerbis 'illustrat': 'Nun ist jener Heros . . . eine Art Hauskobold, der einzig und allein die Macht hat dem Menschen Böses zu thun. Mag diese Macht noch so gross sein, so schliesst sie doch . . . die Möglichkeit einer sittlichen, ja beinahe auch einer verständigen Existenz aus' — reliqua *μυστικώτατα* omitto —, et addit p. 207: 'Ueber die Ansicht von den Heroen . . . haben wir nichts ermitteln können. Vielleicht ist auch hier eine Spur asiatischer Superstition'. Ne-que Keller p. 392 utile quicquam profert aut Boissonadius p. 121.

ται ἐπὶ τῶν βουλομένων εὖ ποιεῖν· οἱ γὰρ ἥρωες κακοῦν ἔτοιμοι μᾶλλον ἢ εὐεργετεῖν, ὡς φησι Μένανδρος ἐν Συμφηβόις (fr. 447 M.): cf. Suid. s. u. οὐκ εἶμι κτλ. et schol. Arist. auu. 1490, ubi loci Menandrei (qui intercidit excepto titulo) explicandi causa additur: ὅτι ἀγαθὸν γάμον χειμῶνος (?) ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐδ' ἥρωσιν εἰς τοῦτο δύναμις, ἀλλ' ἀποπλήκτους μὲν ποιεῖν δύνανται, τὸ δὲ ὠφελὲς οὐ κέκτηνται. Sed ubi consulueris Hesych. s. κρείττονας· τοὺς ἥρωας οὕτω λέγουσιν. δοκοῦσι δὲ κακωτικοὶ τινες εἶναι. διὰ τοῦτο καὶ οἱ παριόντες τὰ ἥρῃα σιγὴν ἔχουσι μὴ τι βλαβῶσι. καὶ οἱ θεοὶ δέ. Αἰσχύλος Αἰτναίαις¹⁾; Alciphr. ep. III, 58 τρέμω ἐνδακῶν τὸ χεῖλος, ὡς οἱ τὸν Σιγηλὸν ἥρω παριόντες; Arist. auu. 1490 sqq. εἰ γὰρ ἐντίχοι τις ἥρω || τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὁρέστη || γυμνὸς ἦν πληγεῖς ὑπ' αὐτοῦ || πάντα τὰ πιδέξια cum scholl. (= Suid. s. u. Ὁρέστης) οἱ ἥρωες δὲ δυσόργητοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσιν ἐγίνοντο . . . διό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ τὰ ἥρῃα παριόντες σιγὴν ἔχειν, ὡς Μυρτίλος ἐν Τιτανόπασί φησιν (fr. 156 M.) . . . ἢ ὅτι οἱ ἐντυγχάνοντες νυκτὸς ἥρωσι διέστρεφον τὰς ὄψεις; Athen. XI, 461, C . . . διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς ἐπιφανείας τῶν δαιμόνων . . . χαλεποὺς γὰρ πλήκτας τοὺς ἥρωας νομίζουσι καὶ μᾶλλον νύκτωρ ἢ μέθ' ἡμέραν: Menandri illa (Com. IV, p. 204) toto caelo a Babrianis distare intelleges, cum fluxerint ex eo quod ueteres heroem praesentem si uiderent apoplexia uel simili malo se corripi credebant. Scholium autem Aristophaneum, in quo Babrianis simillima leguntur, et ipsum recentissimae aetatis esse uniuerso eius efficitur tenore. Manet igitur Babrii, qui 'heroas cum diabolo habet eodem loco' (Naber p. 431), opinio in bona antiquitate plane singularis. Iam in memoriam reuoco Iudaeos et Christianos

1) Hinc falso Welcker gr. Götterl. III p. 285: 'Es scheint darauf — opinionem dicit supra expositam — schon Aeschylos nach dem von Hesychios u. κρείττονας angeführten Anfang eines Fragments aus den Aetnaeerinnen (7 Dind.) Rücksicht genommen zu haben'; nam καὶ οἱ θεοὶ δὲ uerba non sunt fragmenti initium, cum post ea supplendum uideatur κρείττονας λέγονται uel simile quid: neque igitur quae de heroibus nocentibus dicuntur, ad ultima haec referri possunt.

ueteres paganorum deos, quos esse non negabant, pro malignis nocentibus 'diabolicis' habuisse (Zeller III, 2, 298, Friedlaender III, 457 sq. 504)¹⁾: uelut apud Originem Babrii ni omnia me fallunt aequalem c. Celsum III, 38 Antinous heros Antinopoli cultus δαίμων est, qui homines decipit et agitat, atque V, 2 legimus: . . . ἢ οὐ θεοὶ εἶεν ὁ Ἀπόλλων καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς καὶ ὅσοι ἐπὶ γῆς τι ποιεῖν πεπιστευμένοι εἰσὶν, ἀλλὰ τινες δαίμονες τῶν ἐν ἀνθρώποις σοφῶν . . . πολλῶν χεῖρους; VII, 69 γαίλους δὲ δαίμονας . . . λέγομεν ἡμεῖς . . . καὶ θεραπεία δαιμόνων ἐστὶν ἢ θεραπεία τῶν νομιζομένων θεῶν, πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια; VIII, 3 εἴπερ ταῦτα δαιμόνων ἐστὶν ἔργα, φήσομεν ὅτι λιμοὶ καὶ ἀφορλαὶ σταφυλῆς καὶ ἀκροδρότων καὶ ἀνχοὶ ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀέρος διασφορὰ ἐπὶ λέμῃ τῶν καρπῶν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τῶ τῶν ζώων θανάτῳ καὶ τῶ κατὰ τῶν ἀνθρώπων λοιμῶ. πάντα ταῦτα δαίμονες ἀντοργουῶσι δῆμιοι κτλ. Certe ea aetate qua talia uulgata erant singularis illa quam apud Babrium inuenimus opinio facillime oriri poterat²⁾.

Totus igitur quantus est recentissimi temporis est Babrius. Atque cum ante tertium p. Chr. n. saeculum nulli eum scriptores neque nominauerint neque imitati sint³⁾, inde a tertio in-

1) Talia etiamnunc credunt Graeci: Schmidt, Volksleben p. 185 sq. al.

2) Simili fortasse ratione olim explicabantur miri uersus fab. 2, 6 sqq. a Nabero p. 419 damnati: τῶν γὰρ θεῶν δοκοῦσι τοὺς μὲν εὐθήσεις ἢ ἀγροὺς κατοικεῖν, τοὺς δ' ἐσωτέρω τείχους ἢ εἶναι τ' ἀληθεῖς καὶ τὰ πάντ' ἐποπιτεύειν, de quibus falsus est Keller p. 391 extr., ceteri tacuerunt, ego certum iudicium proferre non audeo. Faciunt tamen ut recorder uersus Seueri Sancti Endelechii Anthol. Lat. ed. Ries. 893, 105 sqq.: 'signum quod perhibent esse crucis dei ἢ magnis qui colitur solus in urbibus..'

3) Leuia sunt quae Keller p. 401 adn. 107 disputauit de Meleagro et Antipatro. Grauius uidetur quod apud Zenobium (saec. II extr.) V, 93 in fabula Babrianae 20 simili legitur: ὁ δὲ δέον βοηθεῖν, ἐπεκαλεῖτο τὸν Ἡρακλέα, quocum cf. Babr. 20, 3: δέον βοηθεῖν, αὐτὸς ἀργὸς εἰσήκει, τῶ δ' Ἡρακλεῖ προσήχεθ' κτλ. Sed quamquam mirum est uerba illa prius trimetri colon explentia apud paroemiographum exstare, tamen ex Babrio eum sua hausisse non credo, cum cetera nimis diuersa sint a Babrianis atque ipsa illa uerba simplicia aut ab utroque seorsim dici (ita uersus 66, 7 initium legitur etiam schol. Arist. auu. 1490) aut ex communi

eunte usque ad ultima antiquae doctrinae tempora plurimi — uelut Titianus ¹⁾, Pseudodositheus ²⁾, Auianus ³⁾, imperator Iulia-

fonte peti potuerint (nam saepe fere ad uerbum uetus exemplar Babrium secutum esse intelleges fab. 131 collata cum Xenoph. memorab. II, 7, 13). Praeterea de tempore hinc uel ideo nihil consequitur, quod narratiuicula illa apud Zenobium addita uidetur ab interpolatore, cf. p. 205 adn. 1.

1) Auson. epist. XVI ad Probum legimus: 'Apologos Titiani . . . ad nobilitatem tuam misi', et postea u. 74 sq.: 'Apologos en misit tibi (Ausonius) || . . . Aesopiam trimetriam, || quam uertit exili stilo || pedestre concinnans opus || fandi Titianus artifex'. Aesopiam hanc trimetriam Babrii esse plurimi argumentis non expositis plus minusue confidenter affirmauerunt: Cannegieter Auian. p. 275, Bernhardy, röm. L. G. p. 668, Lachm. Babr. p. X (sed cf. p. IX extr.), Kerler, röm. Fabeld. p. 224, Keller p. 410 (cf. Paulyi Real-Encycl. I, 2 p. 2211), Teuffel, röm. L. G. § 27. Knochius autem p. 34 prudenter dubitauit. Sed primum fabularum collectio iambis Graecis conscripta praeter Babrianam nulla aut exstat aut commemoratur — nam aliud est quod et magistelli discipulius aetatis recentissimae (Eberh. p. 95, 2. 3) et poetae cuiusuis temporis (Apollonid. Anth. Pal. IX, 264, Gregor. Naz. C. p. 104, anon. apud Eberh. p. 95, 1, Buechel. Rh. M. XXXIV p. 341, supra p. 233 adn. 2) unam alteramue fabulam iambis tradiderunt. Deinde fabularum Babrianarum paraphrasin Latinam confectam esse docemur Auiani cuius fabulae ad Babrium redeunt uerbis hisce p. 4, 19 sqq. Fr.: 'de his ego (fabulis Aesopeis) ad quadraginta et duas dedi quas, rudi latinitate compositas, elegis sum explicare conatus' (quae a Muellero 'de Phaedro' p. 32 falso sunt explicata). Quo accedit quod Ausonius qui Titiani paraphrasin commemorat Babrii fabulam 75 Phaedro et Romulo ignotam expressit epigrammate miro casu et ipso 75 (Schneidew. Philol. I p. 420), quamquam hauseritne ex Titiano an ex ipso Babrio dubitari potest (uix autem hausit ex Dositheo, quae Schneidewini est opinio). Quae argumenta coniuncta efficiunt, ut Titianum Babrium uertisse credam. Obiter moneo nullo iure Teuffelium § 421, 2 Ausonio 'apologos Aesopi' tribuere: nam quae ep. XVI leguntur omnia ad Titianum spectant neque aliud exstat testimonium simile.

2) Pseudodositheum dico, nam interpretamenta non esse eiusdem auctoris atque artem grammaticam cui Dosithei nomen praefixum est, ex codicum lacunis aliisque indiciis recte conclusit Boucherie l. s. s. p. 280 sqq. Nouum argumentum addo, quod in arte p. 36, 15 Keil. legitur 'bene apud Sacerdotem studetur' et p. 42, 2 'ad Sacerdotem πρὸς Σακίρδωτα': M. Plotius Sacerdos, ad quem haec pertinere apparet, uixit saeculo III exeunte. Ceterum de Iulio Polluce suo Boucherie mihi non persuasio.

3) Auianus haud dubie uixit post Titianum — cuius paraphrasin adhibuisse censendus est — i. e. post medium saeculum tertium. Quam-

nus¹⁾, Gregorius Nazianzenus²⁾, Photius, Georgides, Tzetzes, Suidas —, ipse autem fabulas suas celerrime nobilitatas esse testetur prooem. II u. 9 sqq.: certe non multum ante saeculum illud eum floruisse probabile est.

Iam igitur — ut eo finem faciam unde alii profecti sunt — si scriptor Graecus *ῥωμαϊζῶν* huius aetatis *βασιλέα Ἀλέξανδρον* commemorat — de quo melius cogitari potest, quam de Alexandro Seuero Boissonadii? Nam cum imperator Romanus ab illius aetatis Graecis fere semper *βασιλεὺς* uocatur³⁾, tum Alexander Seuerus *Ἀλέξανδρος*⁴⁾. Filium autem eum habuisse

quam propter sermonem et artem in aetatem etiam recentiorem eum referendum esse probabile est: cf. Mueller de re metr. p. 55, qui 'ultimis imperii Romani temporibus', et Froehner p. XII, qui ipsi quinto saeculo eum assignat. Quare Theodosium illum praefationis Macrobius esse ueri non est dissimile: Mueller 'de Phaedro' p. 32. Lachmannum, qui (kl. Schrr. p. 51–56) Auianum finxit prorsus nouum, ut in saeculum II eum reuocaret, nemo iam sequitur; atque obstat etiam Titiani aetas.

1) In ep. 59 ad Dionysium missa legimus: *τὸν μῦθον ἀκίχουας (τὸν Βαβρίον* uerba quae in codicibus suis deesse testatur Heyler p. 441 recte eiecit Knochius p. 31, negligentia ut uidetur seruauit Hercher-Westerm. epistologr. p. 376 in adnotat. crit. p. XLIX de loco tacens) *γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα* (= Babr. 32, 1) *τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε*: unde Babrii choliambos illo tempore peruulgatos fuisse inter doctos certe homines recte concluderunt Tyrwhittus apud Fur. p. CLXXXI adn. 36 et Knochius p. 31. Ceterum etiam ep. 8 quae leguntur *πάντως ποὺ καὶ παρὰ τῶν ἡττόνων εἶναι τι χρηστὸν, ὃ μῦς τὸν λέοντα τῷ μισθῷ σώσας ἀρκοῦντως δεικνύσιν* ducta uidentur e Babr. 107 (praecipue propter *μισθῷ* uocabulum, quod habet Babr. in uersu ultimo, cum C. 217 et p. 373 *ἀμοιβὴν* et *χάριν* praebeant), atque fabula de miluo equi uocem imitante quae narratur in Misopogone (= C. 393, H. 107^b) ficta est ad Babrianae 73 nunc decurtatae exemplar.

2) Fabula eius quae legitur in epistulis tom. I p. 767 (= C. 336, H. 416^b) *χελιδόνες καὶ κύνες* contaminata uidetur ex Babrii 12 et Bodl. 45, quamquam cogitari potest ex ipso fonte Babrii (Nicostrato?) eam haustam esse. In fabula iambica *γαλῆν καθίξει μῦθος κτλ.* 'de se ipso' u. 701 sqq. Toll. (Cor. p. 104), quae est Babrii 32, certa dictionis Babrianae uestigia non inueni (quare hoc testimonium recte omisit Eberhardus).

3) Herodian. I, 2, 1. 8, 4. 6. 9, 2. 3. 5. 10, 3. 11, 3. 12, 3. 6. 13, 1. 2. 4. 5. 14, 5. 7. 8. 16, 3. 5. 17, 7. 10. 12 etc. Anth. Pal. IX, 137. 368. 656 al. — Vid. Eckhel doct. numm. VIII p. 366, Steph. Thes. II p. 166.

4) Herodian. VIII, 1, 1. 6. 8. 9. 10, 2, 3. 4 etc.

etiamsi non traditum ueri tamen est simile, cum tres habuerit uxores ¹⁾; quamquam etiam de filio adoptato cogitari potest. Sed obstat Schneidewino Lachmanno Eberhardo ceteris iudicibus quod Pseudodositheus qui genealogiam Hygini in interpretamentorum fine (p. 65 sqq. B.) positam scripserit 'Maximo et Apro consulibus', i. e. anno p. Chr. n. 207 (cf. C. I. L. III, 2 p. 1125), in priorem operis partem duas Babrii fabulas recepit. At nimium huic testimonio tribuisse mihi uidentur. Quid enim, si poeta priusquam fabulas collectas ederet pauculas aliquas publici iuris fecit uel amicis impertiit? Aut si Pseudodositheus — qui interpretamentorum singulas partes singillatim diuersisque temporibus conscripsisse censendus est — fabulas illas loco nunc priores scripsit post genealogiam, sed in uniuerso opere disponendo ante eam collocauit? Quamquam etiamsi grammaticum illum ante annum 207 peruolgata aliqua fabularum Babrianarum editione usum esse concedimus, sententia nostra non cadit. Prior enim collectio, cuius prooemium I uidetur Brancho inscriptum, necesse est multis annis ante alteram in lucem prodierit propter imitatores, qui in prooemio II filio Alexandri dedicato commemorantur: cf. p. 153. Iam omnes quidem Bernhardum si exceperis ²⁾ uiri docti ambas eidem iuueni missas esse haud cunctanter statuerunt. Sed certa cur hoc credas causa non adest — nam prooemii II uersus 16 *ἐκ δευτέρου σοι τήνδε βιβλίον ἀείδω* dubito an uerti possit 'altera uice hunc tibi librum cano' (Boisson. Hartung) et explicari 'alteram hanc collectionem tibi dedico' —, contra ut non credas cum alia suadent, tum quod Branchus nunquam nomen est hominis atque quod Alexandri filius, qui in prooemio II tractatur tamquam discipulus admodum iuuenis, editio prior cum emitteretur pue-

1) De Alexandro marito quae tradit Lampridius 29, 2. 49, 3 digna sunt quae legantur. Ceterum una ex uxoribus (quinto imperii anno, i. e. 227) Sallustia Barbina Orbiana fuit, cf. Eckhel. doctr. numm. VII p. 284: itaque hariolari si quis uelit, Babrium (= Barbium) cum Alexandro necessitate coniunctum fuisse suspicetur.

2) Prudenter dicit Hall. Lit. Zeitung 1845 p. 864: '... wobei doch immer die Frage bleibt, ob beide Bücher derselben Person zugeeignet seien'.

rulus fuerit et fere infans. Quid igitur, si Pseudodositheus fabulas illas hausit ex priore collectione ad Alexandri filium non missa, quae fieri potest ut uel triginta annis ante alteram sit edita?

Verum ab alia quoque parte infirmum est Pseudodosithei testimonium. Uniuersum enim eius opus, quod ipse se composuisse dicit *ἵνα ἔχῃς ὅπου σεαυτὸν γυμνάσης ἀλλὰ καὶ εὐτυχῶς τέχνῳις σοῖς καταλλίπης μνημόσυνον καὶ ἐπόδειγμα φιλοπονιῶν σου*, summa licentia tractatum est a ludi magistris discipulisque temporum insequentium: id quod postquam Lachmannus ratiocinando assecutus est paene ante oculos nostros posuit Boucherie codicis Parisini fragmento 'Notices et extraits' XXIII, 2 p. 495 sq. edito, in quo non modo uerba innumeralia integraeque enuntiata sunt mutata addita omissa ¹⁾, sed cum ipse fabularum ordo plane alius est ²⁾, tum Vossiani 16 Babriana omnino non legitur. Iure igitur moueri potest suspicio fabulas Babrianas duas, quae tam aperte discrepent a ceteris omnibus e fonte longe diuerso haustis ³⁾, additas esse saeculo tertio quartoue, quo tempore Babrium lectitatum esse supra uidimus ⁴⁾.

1) Verba consulto mutata quaeuis pagina plurima habet; causa plerumque est quod scriptor ad uerba aut Graeca aut Latina propius accedere uoluit, uelut in fab. 1 *ἔλαφος εὐμεγέθης* ceruus bonae magnitudinis V habet, ceruus immanis P rectius, *ἄρα θέρους* aestiuo tempore V, *Θερινοῦ χρόνου* male P (cf. fab. Babr. B. 17 *χειμῶνος ἄρα* hiemis in tempore V, *χρόνω* iterum P p. 522 metrum laedens), *λέων λιμῶ ἐκλιπῶν* leo fame deficiens V p. 29, *λ. λιμῶντων* rectius P p. 515. Enuntiata fere nouata habes p. 496. 498 (*τοῦτο γὰρ κτλ.*), addita p. 521 (*πολλάκις οὖν κτλ.*).

2) P 1 = V 1. 2 = 2 || 3 = 9. 4 = 10. 5 = 11. 6 = 12 || 7 = 3. 8 = 4. 9 = 5 || 10 = 8 || 11 = 6. 12 = 7 || 13 = 13. 14 = 14. 15 = 15. 16 = 16. 17 = 18. Paginis transpositis et turbatis hoc uix explicabis. Ceterum Romulus IV, 11—19 ordinem Vossiani sequitur.

3) Aut tractatae non sunt a Babrio (4. 5. 8. 13. 14), aut ita sunt diuersae a Babrianis, ut ne a liberrimo quidem paraphrasta ex illis fingi potuerint, cf. 1. 2. 3 (mures duces ornant *χρυσέοις κέρασιν* sicut cornibus Phaedr. IV, 6, cum *κάρφη* habeat Babr. 31, 14), 7 (ipsum acumen aliud atque B. 75, 10 sqq.) 9. 10. 11. 12. 15 (plenior quam Babr. 173). Parum accurate Teuffelius § 27.

4) Certum est multo ante saeculum VIII additas eas esse, cum in

Sed Titiani quoque tempora conueniantne in coniecturam nostram uidentur, quae quaestio et ipsa satis est intricata, cum ne de persona quidem eius constet. Duo enim Titiani fuerunt rhetores, pater et filius, cf. Apoll. Sidon. ep. I, 1: '... quem (Ciceronem) nec Iulius Titianus sub nominibus illustrium feminarum digna similitudine expressit. Propter quod illum ceteri quique Frontonianorum utpote consecraneum aemulati, cur ueterosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupauerunt', et Iul. Capitolinus Maximin. Iun. I, 5 (= Peter script. hist. Aug. II, 22, 20): 'Grammatico Latino usus est (Maximinus iunior) Philemone, iuris perito Modestino, oratore Titiano, filio Titiani senioris, qui prouinciarum libros pulcherrimos scripsit et qui dictus est simia temporis sui, quod cuncta esset imitatus'. De Titiano iuniore etiam accuratiora docemur ab Ausonio grat. act. p. 711 sq. Toll., 270 Bip.: 'Et rursus aliquis adiciet... Nonne olim et apud ueteres multi eiusmodi doctores fuerunt? an tu solus praeceptor Augusti? immo ego cum multis coniunctus officio, sed cum paucissimis secretus exemplo. Nolo Constantini temporum taxare collegas: Caesares docebantur; superiora contingam. Diues Seneca, nec tamen consul... Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus... Quomodo Titianus magister? sed gloriosus ille municipalem scholam apud Visontionem Lugdunumque uariando, non aetate quidem sed uilitate consenuit...': unde iam Vinetus p. 713 Toll. et Cannegieter l. s. s. p. 274 extr. collegerunt hunc Titianum a discipulo Caesare ad summos honores euectum esse, sed post necem eius 'in contemptum uenisse ob odium tyranni et ludente Fortuna a consulatu ad scholam rediisse'¹⁾. Iam Titianum pa-

fabula Parisini — qui Bouchierio p. 495 teste illius est aetatis — omne iam genus inueniatur corruptelarum (glossemata, uerba corrupta omnia addita transposita). Quo accedit quod haec fabula latine reddita omnibus uerbis recepta est in corpus illud perantiquo medii aevi saeculo (Merouingorum aetate ex Muellero 'de Phaedro' p. 19 sententia) conflatum, unde ante saec. X Romulus et anonymi Nilantianus Wissenburgensisque sua hauserunt. Testimonii igitur in crisi Babriana auctoritas eo non infringitur.

1) Ausonii hunc Titianum non deprimendum esse in ipsius scriptoris aetatem — quod facit Teuffel § 401, 11 — uerbis quae antecedunt ('nolo

trem recentiores fere omnes — Knochius p. 33; Kerler p. 209; Lachm. p. X; Teuffelius § 360, 10 — fabulas uertisse putauerunt, argumentis non propositis Cannegieteri p. 275 auctoritatem secuti¹⁾. Quod si uerum esset certumque, tamen contra coniecturam nostram non ualeret — ut Lachmannus opinatur p. X —; Titianus enim et ipse priorem editionem adhibere potuit neque quicquam obstat quominus fere ad Alexandri usque tempora eum uixisse putemus (nam ex Sidonii uerbis ipsius Frontonis discipulum eum fuisse concludi uix potest). Sed ne Cannegieter quidem argumento usus est nisi hoc uno exili et inani p. 275: 'Ad hunc Iulium Titianum patrem reuertor, is enim est, de quo . . . dicendum, quod ille fabulas Aesopias scripsit, non a se inuentas, sed ex Graecis . . . conuersas Latine. In qua re Titiani huius ingenium est animaduertere, quem simiam oratorum Sidonius, simiam sui temporis Capitolinus cognominatum tradunt; quod, ut hic addit, cuncta imitaretur²⁾.' At hoc nomen Frontonianorum maleuolentia fictum esse Sidonius testatur, cum magistri partes ille deserens Ciceronem sequeretur: neque igitur hinc de fabulis Graecis in Latinum sermonem conuersis — quae imitatio ne dici quidem potest — quicquam potest colligi. Maiore si quid uideo iure iam Vossius de historicis Lat. cap. II p. 173 (ed. a. 1651) apologos filio tribuit³⁾, nam fabulas alienas uertere magis est praecep-

Constantini temporum taxare collegas . . . superiora contingam') efficitur; atque cum inter imperatorum magistros nominetur, Titianus iunior quin sit non dubito.

1) Nam Keller, qui p. 410 contrariam Cannegietero tribuit sententiam, libro eius non euoluto confusa Baehrii disputatione (Pauly, Real-Encycl. IV p. 496) in errorem est raptus. Neque Kerlerum accuratius inspexit, qui p. 208 Cannegieteri sententiam se referre expressis uerbis dicit.

2) Deinde quod dicit p. 275 'Huic autem nomen Iulium discriminis causa ut a filio dignoscatur additum puto, quod uno tantum nomine citari solent . . . scriptores huius temporis' sententiae eius non modo non prodest, sed obest potius, nam in epistula et u. 81 solo Titiano nomine utitur, u. autem 102 non consulto sed metro cogente Iulium eum dicit. Iulium nomen gentile patri et filio commune fuisse consentaneum est.

3) Verba eius haec sunt: 'Alterutrius quoque, filii puto, apologi fuere Ausonio memorati'.

... cui magistri, quem filium fuisse vidimus, quam scrip-
 ... qualis Capitolino et Sidonio testibus fuit Titianus
 ... praeterea cum Ausonius patrem a filio non distinxerit
 ... loco expresse filium significauerit, etiam priore filium
 ... eum habuisse probabile est. Filii autem quem sub
 ... Alexandrum insequentibus floruisse scimus aetas
 ... hypothese illa egregie congruit.

Nihil igitur est cur *Ἀλέξανδρον* proemii II Alexandrum
 Sauerum esse non putemus, atque ut putemus scriptoris et origo
 et aetas suadet. Videtur autem Babrius, cum sicut alii multi
 illius aetatis Romani studiis Graecorum grammaticis et sophisti-
 cis se dedisset, filii Alexandri, qui et ipse Graecas potissimum
 litteras fouit (cf. Lampr. Alex. 3. 27, 5), magister fuisse¹⁾, nam
 — ut supra iam dixi — color tenorque proemii II docentis
 est et fabulae in disciplina rhetorum recentiorum primarium
 locum tenebant. De reliqua eius vita nihil scimus²⁾.

1) Memorabile est quod etiam Titianus, qui fabulas Babrianas uertit,
 Maximini Iunioris Caesaris magister fuit.

2) Mera somnia sunt quae Keller p. 388 disputauit de Babrio Athenis
 morante litteris studente. Maiore fortasse iure Zachariae p. 24 e ser-
 mone 'auguratur' Babrium — licet in alia terra oriundus sit — longum
 uitae tempus Alexandriae degisse, atque Aegyptum inferiorem haud scio
 an indicent etiam Vat. 130 uu. 5 sq.: *πρὸ γὰρ εἰαρος λιποῦσα τὰς καίτω*
(num ἄνω? sed cf. Herodot. I, 183 init.) Θήβας || ἐφάνη χελιδῶν κτλ. Prae-
 terea in hac regione facillime cognoscere poterat Arabes: cf. quae p. 131
 exposui. Unde coniecerit quispiam Babrium post Alexandrum interfectum
 aut cum filio discipulo in Aegyptum relegatum esse aut relegatum in exilio
 eum cognouisse. Ceterum si Babrius tertio saeculo medio in Aegypto uer-
 sabatur, admodum probabile fit et choliambos apud Pseudocallisthenem
 Aegyptium (cf. Zacher p. 5. 102) I, 46 seruatos, qui in partibus minus cer-
 ruptis omnibus artis Babrianae indicia (accent. in paenult., ultimam long.,
 anapaestum) aperte prae se ferunt, Soterichi Oasitae esse saec. III ex-
 tremo florentis (de qua Muellere [p. XXIV: cf. Zacher p. 125] hypothese
 iure adhuc dubitauerunt Bernhardt II p. 542 et Rohdus Rom. p. 185 adn. 1)
 et legem ultimae uersus syllabae producendae per Soterichum et dacty-
 licos Babrii imitatores in Nonni (qui Soterichi *Βασσαρικά ἢ Διονυσιακά*
 haud dubie adhibuit) Nonnianorumque poetarum artem transiisse. Sed
 haec accuratius flagitant examen.

DISPUTATIONIS SUMMARIUM.

Proemii loco quaestionis historia datur. Accuratius disseritur de sententiis Boissonadii p. 128, Duebneri p. 129, Schneidewini p. 130, Fixii p. 131, Schneideri p. 132, Bergkii p. 133, Lachmanni p. 136, Hertzbergi p. 137, Heckeri Polylae Kelleri p. 145, Gutschmidii p. 152, Maennelii p. 154, Buchholzii Zachariaei p. 157, Naberi p. 158.

Deinde p. 164—192 Romanum Babrium fuisse demonstratur. Ars uersuum pangendorum Babriana a Romanorum disciplina metrica est deprompta: paenultima accentu elata (p. 164), arsium soluendarum modus (p. 166), anapaesti usus et dactyli tribrachique frequentia (p. 172). — Sermonis Latini uestigia quaedam indagantur p. 177 sqq. — Poeta fabulam Italicam narrauit (p. 183) atque Romanorum instituta quaedam denotauit, uelut testamentum per mancipationem factum (p. 185), sepulcra imaginibus mythicis exornata (p. 187), uenationes amphitheatrales (p. 188). — Babrius nomen gentile est Romanorum (p. 190) a barba uoce oriundum (p. 191). Valerium Babrium poetae nomen fuisse dubitanter conicitur p. 192.

Ad ipsam aetatem definiendam transitur. Altero potissimum et tertio p. Chr. n. saeculo Graeca lingua Romani sunt usi (p. 192 extr). — Anapaesti et arses frequenter solutae non inueniuntur ante saec. p. Chr. n. I exiens: p. 193. Spondeus in quintum pedem admissus atque lex ultimae uersus syllabae producendae tempus etiam recentius indicant: p. 193 sqq. — Sermo Graecus Babrii nouicius: p. 196. Uniuersum dicendi genus ipsaque narrandi ars ad sophistarum recentiorum studia referenda uidentur p. 200. — Poeta aliter atque uetustiores locum quo res quae narrantur gestae essent nunquam commemorauit: p. 202. Fabellarum mythorumque formae nouatae dissolutae corruptae: p. 203—225. Fabulae nouellae et quae rhetorum et sophistarum recentiorum disciplinam prodant (p. 226), fortasse e Nicostrati decamythia repetitae (p. 228). Mores et instituta a poeta expressa (p. 230) atque de dis rebusque diuinis quae iactauit eisdem sunt aevi (p. 231—237).

Concluditur disputatio. Floruerit poeta tertio fere p. Chr. n. saeculo ineunte (p. 239), ante quod tempus nemo eum nouit (p. 237). Alterius proemii βασιλεὺς Ἀλέξανδρος Seuerus Alexander uidetur esse: p. 239 sq. Pseudodosithei (p. 240) et Titiani (p. 242) testimonia uix obstant. Babrius filii imperatorii magister: p. 244.

Coniectanea his quaestionibus subiuncta alio tempore in lucem emitti placuit.

INDEX.

I.

Aelian. nat. an XVII, 37 p.	223	31, 9 emend.	p. 139 adn. 3
Aeschyl. Aetn. fr. 7	236	33	205
Aesop. Halm. 44	144	33, 21 sqq.	207 adn. 2
67	228 adn. 1	34	207
102	232 adn. 1	39, 3 sqq.	196 adn. 1
135	218 adn. 1	40	137
155	211 adn. 1	44	207
255	144	50, 11	178 adn. 4
416 ^b	239 adn. 2	53	208 sq.
Anacr. fr. 52 Bgk. emend.	177 adn. 1	57	131. 141
Anthol. Pal. IX, 339	224	58	210
Antig. hist. mir. II, 70	216 adn. 4	59	211
Apollon. lex. Hom. u. ἄεθε	162	63	235
Apul. met. IV, 32. V, 23 em.	217 adn. 1	65, 1 Suid. 197 adn. 2,	201 adn. 1
IX, 26	216	66, 1	234 adn. 2
Archiloch. fr. 107. 131 Bgk.	215 adn. 1	70	137 adn. 5
Aristid. Quint. p. 53 M.	195 adn. 2	73, 2 sq.	201 adn. 1
Aristoph. equitt. 197. 1038	225 adn. 1	74	211
pax 153 cum schol.	199 adn. 1	79, 8	170
Auian. praef. p. 4 Fr. 129.	238 adn. 1	84, 6	194 adn. 1
Auson. epigr. 75	238 adn. 1	85	148 sqq.
Babrius Eberh.		88	204 adn. 1
prooem. I, 12. 17	179 adn. 3	91, 7	180
15 expl.	163	93	198 adn. 1
2	204	95, 69 sqq.	155
2, 6	237 adn. 2	78 emend.	216 adn. 2
6	204	98	187 adn. 4
6, 1	179	106	142 sqq.
8, 2	167	106, 10	179
8, 4	167 adn. 2	prooem. II, 10 sq.	195 adn.
9	204	116, 7. 13	216 cum adn.
10	234 adn. 2	16	145 adn. 1
11	146	117	234 adn. 2
11, 3	184 adn. 1	125, 1 emend.	218 adn. 1
11, 9	179 adn. 3	127, 3	200 adn. 3
12	227 sq.	130. 132	215
12, 11—15 transp.	155 adn. 1	145	219
12, 18 emend.	164 adn. 1	153	220
12, 22 sq.	204	162	231 adn. 3
14	180 adn. 1	173	186 sq.
15	138	175	205 adn. 2
15, 5	234	177	222
19, 6 rest.	137 adn. 5	Bodl. 23	223
20	205. 233. 237 adn. 3	45	202 adn. 1. 229
29	167	56	224
29, 2 emend.	167 adn. 2	69	198 sq.
31	150 adn. 2	117	225

130. 131	p. 226	Lucian. macrob. 25	p. 218 adn. 3
148	186 adn. 3. 226	Mythica	194 adn. 3
Vatic. 9, 8	168 adn. 2	Ouid. fast. IV, 700	183
192, 8	160 adn. 3	Plantus Rud. prol.	219
Callim. fr. 875 Schn.	134 adn. 1	Plin. n. h. XXIX, 69	222 adn.
935	135 adn. 1	Pseudocallisth. I, 46 em.	216 adn. 2
fr. anon. 63	195 adn.	Romulus II, 11	221
Ennius p. 160. 161 V.	204 cum adn. 1	app. 6. 66	206
Epigramm. Kaib. 549	195 adn. 1	Stesich. fr. 64 Bgk.	141
Herodas p. 794 Bgk.	172 adn. 3	66	223
Homer. II. A 224 cum schol.	215 adn. 1	Theocr. I, 48 sq.	212 adn. 2
Inscr. C. I. L. V, 1691 em.	190	Valerius, Inl. I, 42 emend.	193 adn. 4
Iulian. ep. 59 emend.	239 adn. 1	Varro fr. 104. 282. 523 B.	174 adn. 2

II.

- Aetita lapis p. 215 adn. 3.
 angues culti 221 adn. 2.
 aquila et regulus 222; et serpens 223.
 Arachnomachia epica 205 adn. 2.
 Aristoteles et peripatetici fabellas acceperunt pro ueris p. 214 sqq. al.
 arses qua ratione iambographi et Graeci et Romani soluerint 166 sqq.
 arses solutae frequentes apud uetustissimos et recentissimos Romanorum choliambographos 174 sqq.
 asyndeti usus Babrianus 182 adn. 1.
 Auianus quando uixerit 238 adn. 3;
 ex Titiano sua hausit 190 adn. 1 et 238 adn. 3.
 Ausonius 'apologos Aesopi' non scripsit 238 adn. 1.
 Batrachomyomachia 205 adn. 2.
 Caesius Bassus 175.
 choliambi Graeci paenultima ictu non feritur 165. 195 adn. 2; choliambi Romani historia 174 sqq.
 collectiones duae a Babrio emissae 153. 229 adn. 4. 240.
 Demetrius Phalereus Babrii auctor non est 225.
 Dositheus interpretamenta non conscripsit 239 adn. 2.
 δραματικοί μῦθοι 228.
 epici Nonniani accentus rationem non habuerunt in uersus fine 164; legem trochaei in sexto pede uitandi fortasse a Babrio uel imitatoribus eius deprompserunt 244 adn. 2 et 191.
 erinaceus et lepus 222.
 fabula Menenii Agrippae 182; fabulae iambicae 233 adn. 2. 238 adn. 1; Itolorum 182; fabularum historiae fontes 203 adn. 3; fabulis nonnullis origo Graeca uindicatur 231 adn. 3, 224 adn. 1, 225 adn. 1, 232 adn. 1. Cf. 'monumenta', 'prouerbia', 'scriptores rerum naturalium'.
 felis 152 adn. 2. 160.
 Gregorii Cyprii fabulae 145 adn. 1.
 Gregorii Nazianzeni fabulae 239 adn. 2.
 hemistichia repetita apud Babrium 217 adn.
 heroum religiones 235 sq.
 Homerum sequitur poeta 150.
 Iuliani fabulae a Babrio depromptae 239 adn. 1.
 leo et simius 144 adn. 3.
 lucernae dis oblatae 230 sq.
 Lycophronis ars 170 adn. 1.
 Martialis choliambi 171. 175.
 monosyllaba a Graecis in choliambi finem non admissa 195 adn. 1; a Romanis enclitica tantum alio antecedente 166. 195 adn. 1.
 monumenta artis (picturae sculpturae) ad fabulas spectantia 203 adn. 3. 208 adn. 2. 215 adn. 1. 222.
 Mythicorum poeta Babrii imitator 195; spondeo utitur in uersus fine 194 adn. 3. 244 adn. 2.
 Nicostratus Babrii auctor 228 sq.
 Nonnus u. epici.
 Pandorae mythus 210.
 paraphr. Parisina 223 adn. 1.
 πύθμα 179.
 Πύθοι Graeci 181.

- proueria ad fabulas referenda 159
 adn. 1. 203 adn. 3. 205. 213. 218.
 219. 224 adn. 3. 225.
- Psaromachia epica 205 adn. 2.
- recensiois duplicis a Babrio insti-
 tuta uestigia non exstant 155 adn.
 1. 198 adn. 1. 226 adn. 4.
- repetitio uocabulorum 200 sq.; hemi-
 stichiorum 217 adn.
- Romul. IV, 11—19 ex Pseudodosi-
 theo Voss. haustae 188. 241 adn. 2.
- scriptores rerum naturalium fabula-
 rum frustula seruauerunt 203 et
 adn. 3. 214 sqq. 222 adn. 226 adn. 2.
- 'sententiarum uerarum' in fabellis
 usus 208 sq.
- Soterichus fortasse choliambos scrip-
 sit apud Pseudocallisthenem ser-
 uatos 244 adn. 2.
- συζῆν conuiuere 179.
- θύτης 140. 230 adn. 2.
- Titiani fabulatoris aetas 242; Ba-
 brium in prosam Latinam uertit
 238 adn. 1.
- Valerii, Iulii, choliambi 193.
- Varronis choliambi 174; quando spon-
 deum admiserit in quintum pedem
 174 adn. 1.
- uenationes 189 cum adn. 3.
- ξύειν ἤόνα litora radere 179.
- ἴλας pluralis 177.
- Zonaræ fabula 182 adn. 2.

DE
M. AEMILII SCAURI CAUSA REPETUNDARUM
ET DE
CICERONIS PRO SCAURO ORATIONE

SCRIPSIT

HERMANNUS GAUMITZ



I.

DE M. AEMILII SCAURI CAUSA REPETUNDARUM

(a. 700/54).

L. Domitio Ahenobarbo Appio Claudio Pulchro consuli-
bus¹⁾, h. e. anno 700/54, M. Aemilius Scaurus²⁾ candi-
datus consularis, qui ex praetura Sardiniam Corsicamque in-
sulas³⁾ administrauerat ibique neque satis abstinenter se ges-
serat et ualde arroganter⁴⁾, a P. Valerio Triario et tribus
subscriberibus⁵⁾ repetundarum postulatus est. Quam accusa-
tionem cum Sardi, qui de prouincia male gesta querimoniam
habuerunt⁶⁾, instituerent, tum M. Valerius Messalla, Cn. Domi-
tius Caluinus, C. Memmius Gemellus, qui in eundem annum
consulatum petebant⁷⁾, eo consilio amplexi sunt, ut Scaurum
a consulatus petitione submouerent⁸⁾.

De die autem, quo Scauri nomen delatum sit, uiri docti
inter se dissentiunt. Nunc quidem apud Asconium ex optimis
codicibus SM habes 16, 18: (*Cato erat absolutus a. d. IIII.
Nonas Quint.* (= 4. Juli); et paulo post 17, 2: *ut in Actis
scriptum est, pridie Nonas Quintil.* (= 6. Juli) *post diem
tertium quam <C.> Cato erat absolutus* (sc. Scaurus postula-
tus est). Antea autem legebatur (de coniectura; nam in libris
est *pridie*, in edit. princ. *pri.*) 17, 2: *postridie Nonas Quintil.*
(= 8. Juli) et 16, 18 cum deteriore libro P: *a. d. III. Nonas*

1) Asconius ex rec. Kiesslingii et Schoellii. Berol. 1875, p. 16, 4.

2) Cic. pro Scauro §. 24. 3) Asc. 17, 5. Marquardt, Staatsverw. I, Leipz. 1873, p. 97. Anno demum 727/27 diuisae sunt in duas prouincias. Cass. Dio 53, 12. 4) Asc. 16, 13. 5) Asc. 16, 20. 17, 4. 6) Cic. pro Scauro §. 39. 7) Cic. ad Att. 4, 17, 5 (= 4, 16, 8). Numeri epistularum sunt editionis Baileri et Kayseri. 8) Cic. pro Scauro §. 30.

Quint. (= 5. Juli). Quod etiam in epistula ad Atticum 4, 15, 4 legitur: *a. d. III. Nonas Quintilis Suffenas et Cato absoluti*, uix alicuius momenti est, cum et numerorum fides in epistulis pessima sit et Fabricius eodem loco *a. d. IV.* legerit, ut ex eius historia Ciceroniana patet¹⁾.

Primus autem Rau²⁾ monuit Asconium dicere *post diem tertium quam Cato erat absolutus*: postridie uero Nonas Quint. (= 8. Juli) ex Romanorum computandi ratione non tertium esse diem, sed quartum post *a. d. III. Non. Quint.* (= 5. Juli). Ex Raui igitur sententia nobis probata Cato *a. d. IV. Nonas Quint.* (= 4. Juli) absolutus et tertio die post, pridie Non. Quint. (= 6. Juli), Scaurus postulatus est. Sed huius sententiae aduersarius Rinkes³⁾ exstitit, qui *post diem tertium dici die quarto* contendit eiusque rei exemplum Liuium 7, 18 affert. Qui locus minime aptus est, et quod de annis ibi agitur, et quod alius fontis alia ibidem temporum ratio est⁴⁾. In annis enim computandis Asconius aliam rationem sequitur, ut cum alii uiri docti uiderunt, tum John, qui in libello *Die Entstehungsgesch. der Catilinar. Verschw.* inscripto (= VIII. Supplbd. d. Fleckeisensch. Jahrb.) p. 785 haec dicit: *weil Asconius bei dergleichen Zählungen ganz in der modernen Weise den terminus a quo nicht mit einrechnet.* Hoc, ut ex Asc. 50, 9. 57, 8. 68, 8. 71, 22. 72, 6 apparet, de annis quidem recte dictum est, minus recte de diebus, ut statim uidebimus.

Itaque quaestio iam est, quid illud Asconii *post diem tertium* sibi uelit, utrum ualeat *quarto die post* an *tertio die post*. Etsi autem per se utrumque significare potest, tamen sensu *tertio die post* accipiendum esse ut ex analogia locutionis *ante diem tertium* (= *tertio die ante*) ueri simile est, ita exemplis cum Ciceronis, tum Asconii probatur. Cicero enim pro Mil. 16, 44 dicit: *Vos ex M. Fauonio audistis Clodium sibi dixisse . . . periturum Milonem triduo. Post diem tertium gesta res est, quam dixerat.* Cf. Asc. 47, 28: *Nominauerat quoque cum*

1) Cic. ed. Orelli VI, p. 76. 2) Rau, uariae lectiones ad Cic. orationes. L.-B. 1834, p. 99. 3) S. H. Rinkes, Mnemos. X, p. 212. 4) Cf. Weissenbornii adnot.

(sc. Catonem) *Cicero praesentem et testatus erat audisse eum a M. Fauonio ante diem tertium, quam facta caedes erat, Clodium dixisse periturum esse eo triduo Milonem . . . Cic. Phil. 2, 89: Itaque cum ceteri consulares irent, redirent, in sententia mansi: neque te illo die, neque postero uidi . . . Post diem tertium ueni in aedem Telluris. Et apud Asconium post diem . . . ter legitur: 17, 30. 30, 12. 31, 19; quo postremo loco spatii definiendi facultas nobis datur. Agitur enim de illo die, quo Pompeius, consul sine collega creatus, consulatum iniit. Sed ante Kal. Mart. anni 702/52 propter mensem intercalatum hos fuisse fastos teneamus necesse est:*

d. 23. mens. interc. = VI.	}	ante Kal. Mart.
" 24. " " = V.		
" 25. " " = IV.		
" 26. " " = III.		
" 27. ¹⁾ " " = prid.		
" 1. " Mart. = Kal. Mart.		

Et Asconius quidem 31, 18 haec habet: *V. Kal. Mart. mense intercalari consul creatus est (sc. Pompeius) statimque consulatum iniit. Deinde post diem tertium de legibus nouis ferendis rettulit: duas ex S. C. promulgauit, alteram de ui, qua nominatim caedem in Appia uia factam et incendium curiae et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit, alteram de ambitu: poena grauiore et forma iudiciorum breuiore . . . idemque postea 39, 4: in quibus (sc. Actis) cognoui, pridie Kal. Mart. S. C. esse factum, P. Clodi caedem et incendium curiae et oppugnationem aedium M. Lepidi contra rem p. factam; ultra relatum in Actis illo die nihil; postero die, id est Kal. Mart., <T.> Munatium in oratione exposuisse populo quae pridie acta erant in senatu . . . Ex quibus uerbis uides has deinceps res accidisse: die 24. mens. interc. = V. Kal. Mart. Pompeius consul sine collega creatur; post diem tertium, i. e. die 26. mens. interc. = III. Kal. Mart. refert in senatu de legibus nouis ferendis; die 27. mens. int. = prid. Kal. Mart.*

1) Ratio eadem est, si mensi intercalari duodetriginta dies fuisse putas.
Leipsiger Studien. II.

S. C. promulgantur ¹⁾. Hoc igitur loco Asconius Romanorum consuetudine numerat; itaque facere quin in commentario Scauriana orationis meliorem auctoritatem secutus Ranioque assensus Catonem esse absolutos die 4., Scaurum accusatum die 20^{ma} Iulii ²⁾ statuam.

Accusavit Scaurum P. Valerius Triarius, quem Asconius ³⁾ adulescentem paratum ad dicendum et notae industriae dicit; subscripserunt ei L. Marius L. f., (M.) et Q. Paucii fratres ⁴⁾, de quibus nihil praeterea traditum est ⁵⁾.

Quoniam Scaurus, ex quo reus factus erat, candidatum consularem se profiteri non potuit, A. W. Zumptio ⁶⁾ assentior, qui eum antea id fecisse dicit, quam accusatus sit. Et cum huius uiri docti sententia optime concinunt uerba Asconii 16, 18: *Ipsa cum ad consulatus petitionem a. d. III. Kal. Quint. Romam uenisset . . . postulatus est.* Scaurus igitur e provincia reuersus, cum statim candidatum consulatus se esset professus, quamquam paulo post accusatus est, tamen a petendo honore non destitit, quia praeter ambitus reos nemo reus lege prohiberi potuit quominus petere pergeret. — Triarius et subscriptores inquisitionis in Sardiniam Corsicamque insulas dies tricenos acceperant, neque uero ad inquirendum profecti sunt; considerabant enim secum Scaurum comitiis consularibus in-

1) Errat uir doctissimus L. Lange, Röm. Alt. III², Berl. 1876, p. 369: *Am zweiten Tage nach dem Antritte des Consulats legte er dem Senat die Entwürfe einer lex de ui und einer lex de ambitu vor, am vierten (dicendum erat: am dritten) Tage, dem letzten des Schaltmonats wurden die zustimmenden Senatsbeschlüsse gefasst.* 2) Ergo corrigendi uidentur esse ei loci, qui deprauatis Asconii lectionibus nituntur: Drumann, Gesch. Roms. Königsb. 1834. I, p. 31. VI, p. 36. Lange, Röm. Alt. III², p. 350. Pauly, Encycl. I², Stuttgart. 1864. p. 373. A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Proc. Leipz. 1871. p. 541. 3) Asc. 17, 4. Cf. A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Proc. p. 68. 4) Quae Drumannus (Gesch. Roms VI, p. 36, n. 12) ex Cic. ad famil. 2, 17, 4 et 5 (non 2, 17, 1) coniectat probari nequeunt. 5) A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Proc. p. 163. 6) — 28. Juni, cf. Lange, Röm. Alt. III², p. 347. Errat Drumannus (Gesch. Roms I, p. 30) fastos Iulianos secutus: *Am 29. Juni 51 kam er als Candidat nach Rom.*

terea consulem posse designari timebantque, ne nouum magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret quam praeturae male administratae redderet rationem (Asc. 17, 5).

Etsi de historia comitorum anni 700/54¹⁾ in Ciceronis epistulis²⁾ eiusdemque in oratione Scauriana multa traduntur atque non pauca de Scauri causa praeterea nota sunt: tamen singulorum eius iudicii dierum ratio difficillima est. Nam praeter illud spatium triginta dierum de tribus tantum rebus, quae ad hanc quaestionem diiudicandam alicuius momenti sunt, constat: primum in diem V. Kal. Sext. (= 28. Juli) comitia tribunicia constituta erant³⁾ et consularia comitia paulo post futura erant⁴⁾; deinde Cicero ad Q. fr. 2, 15 (= 2, 16), quae epistula, ut ex §. 3 exeunte apparet, mense Sextili scripta est, dicit §. 3 comitia consularia in mensem Septembrem reiecta esse; summus denique iudicii Scauri dies fuit a. d. III. Non. Sept. (= 2. Sept.: Asc. 16, 5). — Quodsi Triarius triginta illis diebus ad inquirendum usus esset, actiones causae Scaurianae non prius incipere potuissent, quam post a. d. VIII. Id. Sext. (= 6. Aug.); sed interea Scaurus, quoniam comitia in exeuntem mensem Quintilem indicta erant, consul designari potuit. Itaque Triarius, ne frustra inquisitionem remisisse uideretur, id uidetur egisse, ut ante comitia primum indicta actionem institueret, qua Scaurum opprimeret. Id tamen ei quamuis contententi laborantique non contigit, nam a. d. VI. Kal. Sext. (= 27. Juli), quo die consularia comitia nondum reiecta erant, Cicero indicat Scauri causam nondum actam esse et fieri posse, ut consul designatus etiam ambitus reus euadat; scribit enim ad Atticum 4, 15, 9: *fortasse accedent etiam consules designati,*

1) Cf. edit. Peyronis, Stuttg. 1824. p. 137 = edit. Beieri, Lips. 1825. p. 286. Lange, Röm. Alt. III², p. 343. 2) Quae tamen mira quadam confusione, ex transpositione foliorum archetypi orta, in codicibus leguntur; cf. Mommsen in Zeitschrft. f. Altw. Cassel 1845. p. 98 et 780. 3) Cic. ad Att. 4, 15, 8, quae epistula non IV. Kal. Sext. = 29. Juli (edit. Bait.-Kays.), sed VI. Kal. Sext. = 27. Juli conscripta est, cf. §. 8: *haec ego pridie scribebam, quam comitia (sc. tribunicia) fore putabantur, sed ad te quinto Kal. Sext. si facta erunt, . . . tota comitia perscribam.* 4) Ibid. §. 9: *fortasse accedent etiam consules designati.*

in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabil. Quod autem Cicero dicit *fortasse*, id nihil aliud significat nisi fieri potuisse, ut ipse etiam consulum designatorum ambitus scilicet reorum causam defendat. Nam ambitus rei omnes, qui tum consulatum petebant, haud dubie futuri erant.

Reiecta autem sunt comitia consularia sine dubio paulo ante illum diem, in quem indicta erant. Causa reiiciendi fuit, quod ambitus adeo ardebat¹⁾, ut nunquam par fuisse diceretur, et faenus ex triente Idibus Quint. (= 15. Julii) factum erat bessibus²⁾. Facta deinde coitione C. Memmii Gemellus et Cn. Domitius Calpinus, candidati consulares, cum Appio Claudio Pulchro et L. Domitio Ahenobarbo consulibus pactionem turpissimam inierant: consules enim se illos in petendo consulatu esse adiuturos polliciti erant; candidati pecunia data promiserant sese, ipsi si essent consules facti, legem curiatam de imperio Appio Claudio et L. Domitio, quae lata non esset, latam testaturos esse³⁾. Quam pactionem Cicero iam a. d. VI. Kal. Sext. (= 27. Julii) compererat⁴⁾. Quae cum ita sint, si comitia eis ipsis diebus dilata esse putamus, uix in errore uersemur. Mense autem Sextili de ambitu in senatu atrocissime multos dies agebatur, cf. ad Q. fr. 2, 15, 2 (= 2, 16, 2).

Iam altera quaestio eaque difficilior est, qui factum sit, ut summus Scauri iudicii dies a. d. IIII. Non. Sept. esset. Neque enim ab initio hunc diem constitutum esse crediderim, cum tanto spatio interposito Triarius, cur inquisitionem remitteret, non fuerit habiturus. Et quoniam Scauri causa artissime cum re publica cohaerebat⁵⁾ magisque comitorum quam iudicii causa uidebatur comparata esse⁶⁾: omnia optime intellegentur, si comitiis in mensem Septembrem h. e. post ludos Romanos 4. — 19. Sept.) reiectis Scauri quoque iudicium esse prolatum,

1) Cic. ad Att. 4, 15, 7. 2) h. e. Der Zinsfuß stieg von $\frac{1}{3}\%$ auf $\frac{2}{3}\%$ monatlich, oder von 4% auf 8% jährlich; Cic. ad Q. fr. 2, 14, 4 (= 2, 15^b, 4). 2, 15, 2 (= 2, 16, 2). 3) Cic. ad Att. 4, 17, 2 (= 4, 18, 2) ad Q. fr. 3, 1, 16. Lange, Röm. Alt. III², p. 345. 4) Cic. ad Att. 4, 15, 7: *cum eo (Memmio) Domitium consules iunxerunt, qua pactione, epistulae committere non audeo.* 5) Asc. 17, 8. 6) Cic. pro Scauro §. 30.

sed eius diem ante comitorum dilatorum diem esse indictum statuemus; id quod ne Triario quidem ingratum esse potuit.

Duas eius causae fuisse actiones ponamus necesse est cum propter legem Iuliam repetundarum a. 695/59 latam ¹⁾, tum propter uerba ipsius Ciceronis haec (pro Scauro §. 29): *tu uero comperendinasti uno teste producto* ²⁾, et paulo post §. 30: *sed omnis ista celeritas ac festinatio, quod inquisitionem, quod priorem actionem totam sustulisti, illud patefecit . . .* Constat igitur Triarium uno tantum teste producto priorem actionem quam celerrime absoluisse et effecisse, ut reus comperendinaretur; immoderatus enim quam uerius Cicero dicit: *totam sustulisti*. Sed nec quo die prior actio fuerit, nec quot posterior occupauerit dies erui potest. Quae uero A. W. Zumptius (Röm. Crim.-Proc. Leipz. 1871. p. 163) dicit . . . *damals* (im Monat Juli) *wurde die Candidatenliste aufgestellt. Dagegen die Anklage geschah nach dieser Zeit* ³⁾. *-Der entscheidende Termin . . . war . . . a. d. IIII. Non. Sept.: die Ankläger hatten mit ihren Beweisen nicht die gestattete Frist von 30 Tagen gewartet. Nehmen wir an, sie hätten nur die Hälfte derselben benutzt, so gewannen sie Zeit, um den Process in etwa vierzehn Tagen vor dem Eintritt der grossen römischen Spiele zu beenden. Hätten sie die volle Frist gewartet, so wäre es ihnen ergangen, wie Verres es in seinem Prozesse wünschte* — haec me non posse intellegere ingenue fateor.

Scaurus repetundarum postulatus in summo periculo uersabatur, cum huius eum criminis teneri manifestum esset. Quod neque Asconius neque Cicero nos celat. Ille enim (Asc. 16, 12): *Ex praetura inquit prouinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et ualde arroganter, pergitque excusandi, opinor, causa: quod genus*

1) C. T. Zumpt, de legibus iudiciisque repetundarum = Abh. d. Berl. Ak. d. Wiss. 1845. p. 60. 2) Cod.: TUOCOP • RENDINASTIUMTESTE-PRODUCTO, ubi probo lectionem Halmii = Sitzber. d. Münch. Ak. d. Wiss. 1862. II, p. 27. 3) Scimus Scaurum ineunte mense Quintili (6. Juli: cf. supra p. 254) accusatum esse, id quod Zumptium p. 163 fugere uidetur, sed confer eiusdem libri p. 542.

morum in eo paternum uidebatur. Haec postrema uerba in patrem Scauri¹⁾ spectant, quem potentiae, honoris, diuitiarum pariter cupidum fuisse pecuniasque a Iugurtha accepiisse et Sallustius²⁾ et alii rerum scriptores³⁾ narrant. — Atque Cicero quamquam reum prouinciales non spoliasse iudicibus oratione⁴⁾ persuadere studet, tamen et eo, quod de criminibus singulis pauca uniuerse, accurate multa de aliis rebus dicit⁵⁾, criminibus reum purgari uix posse docet, et in eius anni epistulis facere nequit quin Scaurum fecisse uideri concedat. Scribit enim, ut supra iam uidimus, ad Atticum (4, 15, 9): *in quibus* (sc. consulibus designatis) *si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio ualde laborabit*, idemque ad eundem (4, 16, 6 = 4, 17, 2): *Scaurum Triarius reum fecit; si quaeris, nulla est magno opere commota συμπαθεια, sed tamen habet aedilitas eius memoriam non ingrati et est pondus apud rusticos in patris memoria.* Quin etiam certis argumentis potest ostendi Scaurum maximas in prouincia pecunias per uim cepisse; hoc enim nisi putatur fecisse, quomodo eas opes, quibus ad emendum consulatum⁶⁾ utebatur, sibi pepererit, explicari uix potest. A patre quidem, qui erat pecuniae cupidissimus, diuitias eum hereditate accepiisse per se ueri simile est; idem cum Sullae esset priuignus quamuis ipse in eius proscriptionibus abstinentem se praebuisset⁷⁾, tamen Caecilia Metella matre, Sullae coniuge, mortua iterum

1) Cuius uitam descripserunt Drumannus, *Gesch. Roms.* I, p. 25. H. Peter, *ueterum hist. Rom. reliquiae.* Lips. 1870. p. CCLIII. 2) Sall. *bell. Iug.* 15. 29. 32. 40. 3) Val. Max. 3, 7, 8. Plin. N. H. 36, 15 (24), 116. cf. Lange, *Röm. Alt.* III², p. 57. 61. 4) Imprimis (Cic. pro Scauro) §. 18 et in parte deperdita, quam ex §. 22 conicimus post §. 45 fuisse. 5) Cf. propositionem §. 22. 6) Empturum eum fuisse consulatum docetur locis his: Cic. ad Q. fr. 2, 14, 4 (= 2, 15^b, 4): *ambitus redit immanis. Numquam fuit par.* Ibid. 2, 15, 2 (= 2, 16, 2): *de ambitu cum atrocissime ageretur in senatu multos dies, quod ita erant progressi candidati consulares, ut non esset ferendum, in senatu non fui.* Id. ad Att. 5, 15, 7: *ardet ambitus. . . ἐφοχῆ in nullo* (sc. candidato) *est, pecunia omnium dignitatem exaequat.* Ibid. 4, 17, 4 (= 4, 16, 7): *Scaurus . . absolutus . . populo tributum domi suae satisfecerat; sed tamen etsi uberior liberalitas huius, gratior uidebatur esse eorum, qui occupauerant.* Cf. ad Att. 4, 17, 5 (= 4, 16, 8) et 4, 18, 3 (= 4, 16, 11). 7) Asc. 16, 8 et 9.

heres factus magnas pecunias nactus est. Sed ipse cum a. 690/64 quaestor Pompei¹⁾ et ex anno 691/63 usque ad ineuntem annum 693/61²⁾ quaestor pro praetore in Syria uersaretur, rem suam familiarem omni ratione augere studuit, id quod Iosephus in uerbosa illarum rerum explanatione cum aliis locis tum hisce commemorat (Ant. 14, 2, 3): *ἐπισχουμένων δὲ Ἀριστοβούλου μὲν τετρακόσια*³⁾ *δύσειν τάλαντα, τοῦ*

1) Ioseph. ant. 14, 2, 3. bell. Iud. 1, 6, 2. 3. Lange, Röm. Alt. III², p. 262. Mommsen, Röm. Gesch. III², Berl. 1875. p. 144. Idem Münzw. p. 627. Hausrath, Neutestam. Zeitgesch. Heidelb. 1873. I, p. 180. Schürer, Neutestam. Zeitgesch. Leipz. 1874. p. 146. 2) Errat ualde Drumannus de reditus tempore, cum dicit (Gesch. Roms. I, p. 29): *Er blieb bis a. 59, wo ihm L. Marcius Philippus folgte*, et alio loco (III, p. 46. cf. II, p. 405): *a. 59 wurde Scaurus durch den Propraetor L. Marcius Philippus, a. 58 dieser durch den Propraetor Cn. Lentulus Marcellinus, den Vorgänger des Gabinus, des ersten Proconsuls von Syrien, ersetzt*. Vehementius errat Iosephus, bell. Iud. 1, 8, 2: *Γαβίνιος εἰς Συρίαν πεμφθεὶς Σκαῖρον διάδοχος*. Solus Appianus a ueritate non deflexit; dicit enim (Syriaca 51 = p. 420 ed. Mendelssohn): *Συρίας . . ὁ Πομπήιος Σκαῦρον . . ἐταξεν ἰγείσθαι καὶ ἡ βουλὴ Φίλιππον τὸν Μάρκιον καὶ Μαρκελλῖνον Λέντιλον ἐπὶ τῷ Φίλιππῳ ἄμφω στρατηγούς κατ' ἄξιωσιν. ἀλλὰ τῶνδε μὲν ἑκατέρῳ διετὴς ἐτρέφθη χρόνος, τοὺς γείτονας ἐνοχλοῦντας Ἀραβας ἀμνημονίῳ. καὶ τοῦδε χάριν εἰς τὸ ἔπειτα ἐγένοντο Συρίας στρατηγοὶ τῶν τὰ ἐπὶ τὸν ἀρξάντων ἐν ἄσσει, ἵνα ἔχοιεν ἐξουσίαν καταλόγου τε στρατιᾶς καὶ πολέμου οἷα ὕπατοι. καὶ πρῶτος ἐκ τῶνδε ἐπέμφθη Γαβίνιος μετὰ στρατιᾶς*. Gabinus autem, cum a. 696/59 consulatum gereret et duorum uel trium mensium iter in Syriam haberet — cf. O. E. Schmidt, de epistulis et a Cassio et ad Cassium datis. Lips. 1877. p. 9 —, uere demum anni 697/57 Syriam administrandam suscipere potuit. Quoniam uero, qui ante eum hac prouincia functi sunt, binos uterque annos in Syria mansit, inde sequitur Cn. Lentulum Marcellinum per annos 695/59 et 696/58, L. Marcium Philippum per annos 693/61 et 694/60 Syriae praefuisse. Ergo Scaurus a. 691/63 et 692/62 Syriam gubernauit, ita quidem, ut usque ad ineuntem uel medium annum 693/61 in prouincia maneret, quoad successor aduenit. Cf. Marquardt, Röm. Staatsverw. I, Leipz. 1873. p. 234 et 257. 3) Cf. Ios. ant. 14, 3, 2 et bell. Iud. 1, 6, 3, ubi ex his locis *τετρακόσια* mutandum est in *τετρακόσια*. — Aliud mendum inest in Iosephi ant. 14, 3, 1, ubi uerba: *εἰς Δαμασκὸν ἀφικόμενον καὶ* et propter 14, 3, 2 ac 3 et quod narratio non est conueniens rerum ordini pro glossemate, quod ex bell. Iud. 1, 6, 4 irrepsit, habenda esse iudico. Confuse enim Iosephus Pompeium bis Damascum aduenientem facit. Quod hic monuisse satis est.

δὲ Ὑγρανοῦ τούτων οὐκ ἐλάττονα παρέξειν, προσδέχεται (sc. Σκαῦρος) τὴν Ἀριστοβούλου ὑπόσχεσιν, et (bell. Iud. 1, 8, 1): ὄν (sc. Ἀντιπάτρον) καὶ καθήσῃ Σκαῦρος ὄντα συνήθη πρὸς Ἀρέταν, ὅπως ἐπὶ χρήμασι διαλύσαιτο τὸν πόλεμον. πειθεται δ' ὁ Ἄραψ τριακῶσια δοῦναι τάλαντα κατὰ τούτοις Σκαῦρος ἐξῆγε τῆς Ἀραβίας τὴν δύναμιν. Sed a. 696/58 aedilis curulis factus Scaurus tam splendidos magnificosque ludos edidit¹⁾ imprimisque theatri²⁾ sui in tempus exstructi et magnitudine et magnificentia³⁾ atque bestiarum⁴⁾, quas populo spectandas praebuit, raritate omnes, qui antea aedilitatem gesserant, adeo superavit, ut alii quidem scriptores eius diuitias non satis possint admirari, Asconius (16, 11) uero non solum opes suas eum absumpsisse, sed magnum aes alienum contraxisse memoriae tradat. Quid igitur? Unde Scaurus, cum post aedilitatem pecunias recentes colligendi facultatem nullam habuisset nisi in Sardinia administranda⁵⁾; cum domum illam magnificentissimam, quae erat in Palatio⁶⁾, a. 700/54 possideret — nam exeunte demum a. 701/53 Clodius eam emit⁷⁾ —:

1) Annus ex Cic. pro Sest. 54, 116 concluditur, ex quo loco Scaurus eodem anno aedilis fuit, quo Clodius tribunatum gessit. — De ludorum opulentia cf. schol. Bob. ad hunc locum (= p. 304 Or.); Asc. 16, 10. Cic. ad Att. 4, 16, 6 (= 4, 17, 2). 2) Theatrum Scauri describit Plinius N. H. 36, 15, 113 sqq. Cf. Marquardt, Röm. Staatsverw. III. Leipz. 1878. p. 512. Friedlaender, Sittengesch. Roms. III. Leipz. 1871. p. 60. 129. 3) *Ingenti enim numero columnarum et statuarum ornatum erat et cauea cepit octingenta milia hominum.* Plin. 1. l. 4) Plin. N. H. 8, 17, 64. 8, 26, 96. 9, 5, 11. Friedlaender, Sittengesch. Roms. II³, Leipz. 1874. p. 366—368. 529. Plura inuenies apud Drumannum, Gesch. Roms. I, p. 29. 5) Quam prouinciam obtinuit praetura a. 698/56 gesta: Asc. 16, 12. M. Hölzl, fasti praetorii. Lips. 1876. p. 22 et 61. 6) Cicero pro Scauro 45¹. Asc. 23, 23. Cic. de offic. 1, §. 138. Plin. N. H. 36, 2, 5. Quintil. 5, 13, 40. Friedlaender, Sittengesch. Roms. III. Leipz. 1871. p. 62, 4. Sed Mazois (*Der Palast des Scaurus*, deutsch von Wüstemann: Gotha 1820) iniuria Scauri nomen in titulo posuit; neque enim Scauri, sed cuiuslibet Romani diuitis domus describitur. Ad Scaurum pertinent tantum p. X. XII. 17. 53. 55. 7) Asc. 28, 23: *erat domus Clodi ante paucos menses emptā de M. Scauro in Palatio.* De ingenti pretio, quo Clodius eam emisse narratur (Plin. N. H. 36, 15, 103), iure dubitauerunt Drumannus, Gesch. Roms. II, p. 367, et Friedlaender, Sittengesch. Roms. III, p. 61, 6.

unde ingentem ambitus pecuniam sumpsit, nisi per uim cepit a Sardis atque abstulit?

Sed praeter pecunias uidetur etiam nimium frumentum Sardis imperasse. Quod crimen grauissimum fuisse saepius indicatur¹⁾. Quo factum est, ut ne ipse quidem reus integritate sua innocentiaque confideret, sed summam fiduciam in patris memoria²⁾ et in ludorum suorum beneficio³⁾ et in propinqua cum Sulla⁴⁾ et Pompeio⁵⁾ affinitate poneret sibi, id quod ad id tempus raro acciderat, sex patronos ascisceret⁶⁾. — Sed num re uera Scaurus, ut accusator probare studuit, Bostari uenenum dederit uxoremque Arinis coegerit, ut mortem sibi conscisceret, propterea diiudicari nequit, quod de eis rebus solius Ciceronis patroni uerba habemus; repetundarum uero crimine sine dubio tenebatur.

At quamuis hae res ita se haberent et M. Cato ipse praetor iudicium exerceret⁷⁾, tamen Scaurus absolutus est. Quod ut fieret multae res adiuuerunt. A grauissima ut incipiam, sex patroni et ei quidem eloquentia clarissimi eum defenderunt; Hortensius enim et Cicero⁸⁾ inter eos fuere. Tum ex more illius aetatis nouem consulares, partim quia aberant per tabulas eum laudauerunt. Quorum nomina apud Asconium (24, 24) inuenies⁹⁾; iure autem — ut hoc addam — D. Wilsdorfius in *fastis Hispaniarum prouinciarum* (= Leipziger Studien I, Leipz. 1878. p. 126) contra A. W. Zumptium (*Studia Romana*. Berol. 1859. p. 77) ostendit Q. Caecilium Metellum Nepotem (cos. a. 697/57) medio a. 700/54 uixisse et Scaurum laudasse. Laudauit praeterea unus¹⁰⁾ adolescens L. Cornelius Faustus Sulla, frater Scauri ex eadem matre natus. Is Asconio auc-

1) Cic. pro Scauro §. 18. 21. 22 et cf. supra p. 258, n. 4. 2) Asc. 17, 13. Val. Max. 8, 1, 10: *propter uetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est.* 3) Cic. ad Att. 4, 16, 4. 4) Asc. 16, 8. 5) Asc. 17, 14. 6) Asc. 18, 6. A. W. Zumpt. Röm. Crim.-Proc. p. 90. 7) Asc. 17, 17. 25, 23. Val. Max. 3, 6, 7. 8) Cicero quo loco dixerit infra paulo accuratius exponam. 9) Nonnulla ut de patronis ita de laudatoribus collegit Drumannus, Gesch. Roms. VI. p. 37. 10) Asc. 25, 3. Decem laudare mos erat; cf. Cic. in Verr. 5, 22, 57. A. W. Zumpt. Röm. Crim.-Proc. p. 299.

tore (25, 4) laudatione longa non minus audientium animos permouit, quam Scaurus ipse oratione sua permouerat. Denique ad genua iudicum cum sententiae ferrentur bifariam se diuiserunt qui pro reo rogabant¹⁾.

Sed etsi omnia haec gratiam iudicum reo conciliare potuisse non negemus, iure tamen miraremur Scaurum absolutum esse, nisi hoc iudicium artissime cum rei publicae statu cohaesisset constaret²⁾. Neque enim de Scauri culpa agebatur, sed utrum consul fieret necne certamen erat. Alii enim ardentissime cupiebant, ut in annum sequentem consules crearentur, idque ut impetrarent, omnia moliebantur ac tentabant, de honesto prorsus securi; aliis, quo in numero erat Pompeius ipse³⁾, interregnum optatum erat aut dictatura. Quas res diligentissime explanauit L. Langius in *Röm. Alt.* III², p. 343—366; quae si legeris intelleges, quo iure Cicero (§. 30) iudicibus persuadere studuerit Scauri *iudicium non iudicii, sed comitiorum consularium causa esse comparatum*.

Alia iam quaestio, quae ad iudicium pertinet, eaque a uiris doctis multum disceptata restat: quot cuiusque ordinis iudices sententias tulerint. Cum enim a. 700/54 lex Fufia A. Fufii Caleni⁴⁾ ualeret, ex qua tres ordines, lege Aurelia iudiciaria a. 684/70 instituti, senatores, equites, tribuni aerarii iudicabant ac, ne alius ordo alii iniusta iudicia crimini daret⁵⁾, tres urnae ad sententias ferendas collocandae erant: etiam numeri iudicum memoriae traditi sunt. Dicit enim Asconius (25, 14): *sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres et XX, tribuni aerarii XXV: ex quibus damnauerunt senatores IIII, equites II, tribuni II*. Septuaginta igitur iudices aderant, ex quibus reum absoluerunt sexaginta duo,

1) Asconius (25, 7) nomina eorum habet, Drumannus (*Gesch. Roms.* VI. p. 38) pauca de singulis affert. 2) Cic. pro Scauro §. 30. 3) Pompeius antea Scauro studebat, sed utrum fronte an mente, dubitabatur: deinde eum abiecit; cf. Cic. ad Att. 4, 15, 7. ad Q. fr. 3, 8, 3. Asc. 17, 22: *Sed ei in iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit . . .* 4) Lata a. 695/59; cf. Cass. Dion. 38, 8. 5) A. W. Zumpt, *Röm. Crim.-Recht.* II, 2. Berlin 1869, p. 293.

damnauerunt octo. Sed Manutius quia numerum senatorum minimum, maximum tribunorum fuisse noluit credere, tradita Asconii uerba in *senatores IV et XX et tribuni aerarii XXII* mutauit. Quam coniecturam Rinkes (Mnemosyne X, Amstelod. 1861. p. 213) defendere studuit, sed dupliciter errauit. Nam si in scholio Bob. (p. 339 Or.): *qua* (sc. lege Aurelia) *senatoribus abrogata est summa potestas iudicandi et communicata cum <equitibus>¹⁾ Romanis <et tribunis aerariis>, ita ut in iudiciis esset minor numerus senatorum . . . , si hoc loco ad uocem *minor* supplendum esse censet *quam aliorum ordinum coniunctorum*, iure opponi potest multo facilius suppleri (*minor*) *quam antea*. Et Manutii numeros (24 + 23 + 22) si numeris ²⁾ iudicii Miloniani (18 + 17 + 16) Rinkes probare studet, prorsus oblitus est Milonem condemnatum esse ex lege Pompeia a. 702/52 lata, qua lege et iudicum numerus mutatus et tota iudicii ratio alia est facta. Anno autem 700/54 lex Aurelia ³⁾ ualebat, ex qua reiectione facta totum consilium septuaginta quinque ⁴⁾ iudices praebebat, ex singulis ordinibus uicenos quinos. Neque tamen — id quod Manutium fugit — necesse erat omnes et adessent et tabulas darent, dummodo plus quinquageni adessent ⁵⁾.*

Cum igitur iudices ut sententias ferrent non cogerentur accideretque, ut alii in alia iudicii actione deessent, ut uel casu quodam in sententiis ferendis alii abessent, uel de consulto alii qui aderant sententias non ferrent ⁶⁾: facillime

1) Recte illatum in textum ex Asc. 70, 7: *Aurelia lege communicata esse iudicia inter senatores et equestrem ordinem et tribunos aerarios . . .*

2) Asc. 47, 18. 3) Asc. 15, 8. 59, 14. 69, 31. Schol. Bob. p. 229 Or. Lange, Röm. Alt. III², p. 197. A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Recht. II, 2, p. 186. 198. 207. 209. Cf. etiam C. T. Zumpt, *de legibus iudiciisque repet.* in Abh. d. Berl. Ak. d. W. 1845. p. 53. 4) C. T. Zumpt p. 56 et 60 errat, septuagenos fuisse dicens. Cf. Cic. in Pis. 40, 96: *an ego exspectem, dum de te quinque et septuaginta tabellae diribeantur . . .*; pro Flacco 2, 4. Schol. Bob. p. 229 Or. G. Ch. Lohse, de quaestionum perpetuarum origine praesidibus consiliis. Diss. Lips. Plau. 1876. p. 43. 5) A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Recht. II, 2, p. 210. 6) A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Proc. p. 33 et Lohse p. 43. 44.

fieri potuit ut is iudicum numerus eueniret, quem Asconius in Scauri causa tradit. Ubi casu quodam LXX sententias tulerunt; et tribuni quidem aerarii omnes XXV tulerunt, equitum uero II, senatorum III in difficili hac causa diiudicanda fortasse abesse maluerunt, quam cum III illis senatoribus et II equitibus condemnantibus Scaurum condemnare. — Ceterum quo modo idem uir doctus A. W. Zumptius, qui in *Crim.-Recht* II, 2, p. 210. 350 traditos iudicum numeros praebet, in altero libro *Crim.-Process*, p. 542 dicere potuerit: *nur 8 Geschworene verurtheilten ihn, 59 sprachen ihn frei*, omnino non intellego; VIII enim et LIX faciunt LXVII: sed faciunt neque LXX (Kiessl. et Schöll) neque LXIX (Manutius).

Cum autem reus sententiis fere omnibus absolutus esset, accusatores altero die ex lege Remmia¹⁾ de calumnia postulati, attamen liberati sunt²⁾. Scaurus autem populo tributim domi suae satisfacit³⁾.

Sed — ut hoc addam — consulatum, quem petiuit, adeptus non est. Nam repetundarum crimine liberatus paulo post ambitus postulatus est ab eodem Triario⁴⁾ et quamuis Cicero iterum eum defendisset⁵⁾, tamen ex lege Pompeia a. 702/52⁶⁾ condemnatus est⁷⁾.

Videtur in exsilium iisse⁸⁾.

1) *Qua, qui calumniabatur, damnabatur, si crimen approbare non poterat*; schol. Gronou. in Cic. pro Rosc. Am. or. 19 = p. 431 Or. 2) Asc. 25, 17. 3) Cic. ad Att. 4, 17, 4 (= 4, 16, 7). cf. supra p. 258, n. 6. 4) Cic. ad Att. 4, 17, 5 (= 4, 16, 8). 4, 18, 3 (= 4, 16, 11). ad Q. fr. 3, 2, 3. 3, 3, 2, quos locos supra p. 258 iam attuli. 5) Quintil. 4, 1, 69: *Cicero pro Scauro ambitus reo, quae causa est in commentariis (nam bis eundem defendit)...* 6) In id enim tempus propter tempestates publicas causam dilatam esse scimus ex Appiano, b. c. 2, 23. 24. De lege Pompeia cf. etiam Lange, Röm. Alt. III², p. 369. 7) Appian. l. l. Drumann, Gesch. Roms. I, p. 32. VI, p. 99. Lange, Röm. Alt. III², p. 374. Diligentissime hanc ambitus causam exposuit Rinkes in libro *de crimine ambitus et de sodaliciis*. L.-B. 1854, p. 182. 8) Cic. de off. 1, §. 138: *ille (Cn. Octavius) in suam domum consulatum primus attulit: hic (Scaurus), summi et clarissimi uiri filius, in domum multiplicatam non repulsam solum rettulit, sed ignominiam etiam et calamitatem.*

II.

DE CICERONIS PRO SCAURO ORATIONE.

Historia causae Scaurianae explanata ad alteram disputationis partem aggredienti primum uidetur esse quaerendum, quo defensionis loco Cicero dixerit. Quam quaestionem etsi ad iudicii historiam simul spectare non ignoro, tamen cum ex ipsa oratione magis et ex toto more Ciceroniano, quam ex iudicii ordine uideatur diiudicari posse, huc transtuli.

Asconius (18, 9) enim dicit: *fuere hi sex* (sc. patroni Scauri): *P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius*. Beier autem (in editione sua p. 197) et, qui eum secutus est, Drumannus (Gesch. Roms. VI, p. 37) Ciceronem, ut eius mos fuerit, perorationem habuisse censent. Contra A. W. Zumptius (Röm. Crim.-Proc. p. 227) habet haec: *Man nimmt jetzt an, die Schlussrede habe Cicero gehalten und es sei diejenige, aus der Bruchstücke übrig sind. Ich sehe zu dieser Vermuthung keinen Grund, glaube vielmehr, dass die Vertheidiger in derjenigen Reihenfolge sprachen, wie Asconius sie nennt. Dann war Cicero der vierte*¹⁾. Sed cur hoc putauerit non explicat: certe Asconii auctoritas eum mouit, cuius uerbis num iure tantam hac in re fidem tribuerit statim uideamus.

Constat Ciceronem post Clodium, *qui multa dixit* (§. 37), et in altera actione²⁾ orationem habuisse. Eum autem perorasse cum ex more eius conici possit, tum ex ipsa orationis forma et summa ueri simile fit. Nam fragmenta collecta si diligenter perlegeris, de patre (fr. I, 1^b—4), de maioribus

1) Sed idem uir doctus eiusdem libri alio loco (p. 543) prorsus contrarium dicit: *Cicero's Rede, die, weil sie zuletzt gehalten wurde, nur eine allgemeine Vertheidigung enthielt.* 2) §. 29: *quod priorem actionem totam sustulisti.*

(§. 46—50), de toto genere accusationis (§. 22—37), de Sardis (§. 38—45), de aedilitate¹⁾, de domo (Asc. 23, 20), de omni statu Scauri uberius eum dixisse inuenies, quam de singulis criminibus ipsis. — Formam esse perorationis propterea dico, quod in fine miserabilem qui dicitur epilogum²⁾ habet, cuiusmodi epilogi aliis in perorationibus inueniuntur, ut in oratione pro Balbo §. 64—65, pro Murena §. 87—90, pro Plancio §. 101—104, pro Sulla §. 88—93. Ipse denique in Oratore dicit (37, 130): *etiamsi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant*, et in Bruto (51, 190) Brutum dicentem facit: *qui* (sc. Hortensius), *cum partiretur tecum causas, . . . perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat*. Ac ne uidear nimiam fidem uerbis Ciceronianis habere, illud bene obserues uelim octo³⁾ causarum, in quibus Ciceronem perorasse ex orationibus quae exstant scimus, Hortensium in sex⁴⁾ una cum Cicerone patroni munere functum esse et in his sex omnibus Ciceroni perorationem reliquisse. At Asconius — inquit Zumptius — Ciceronem quarto loco nominat. Cuius auctoritas hac in re qualis sit exemplo ostendam. Dicit enim (Asc. 48, 20): *Defenderunt* (sc. M. Saufeium) *M. Cicero, M. Caelius*, et 49, 8: *Defenderunt* (sc. M. Saufeium in altera causa) *M. Cicero, <M.> Terentius Varro Gibba*. At sine dubio Cicero his in causis perorauit; nam quem honorem Hortensius, qua erat modestia, ei concedebat, eundem quomodo M. Terentius Varro, iuuenis eques, nomine obscurus⁵⁾, et M. Caelius Rufus, Ciceronis disciplina instructus⁶⁾, sibi uindicare potuerint non uideo. His

1) Schol. Bob. in Sest. c. 54 = p. 304 Or. 2) Cic. Or. 37, 130.

3) Sunt hae: pro Mur. §. 48, pro Rab. [perd. reo] §. 18, pro Sulla §. 12. 14, pro Flacco §. 41. 54, pro Sest. §. 3. 5. schol. Bob. p. 292 Or., pro Plancio §. 37 (A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Proc. p. 229 refutauit sententiam Drumanni, Gesch. Roms. III, p. 99), pro Balbo §. 2. 17, pro Caelio Rufo §. 18.

4) Balbo et Caelio Hortensius non aderat. 5) Drumann, Gesch. Roms. VI, p. 98, 31.

6) Cicero pro Caelio Rufo §. 39: *dicet aliquis, haec est igitur tua disciplina? sic tu instituis adulescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendauit et tradidit . . .?* cf. §. 9 et 37. Brut. §. 273. Quintil. 12, 11, 6.

igitur duobus locis Asconius patronos non eo quo locuti sunt ordine nominat; cur in Scauriana commentario (18, 9) putatur fecisse? Alia ut omittam, nominum ordinem ex Actis, quibus eum usum esse constat¹⁾, hausisse potest, ubi uel quo quisque loco nomen dederat, uel alio ordine fortuito scripta erant.

Cicero paulo post²⁾ quam pro Scauro dixerat, hanc orationem, quam saepius in epistulis suis commemorat³⁾, et Planicianam absoluit easque fratri efflagitatas in Britanniam misit⁴⁾. Et haec quidem pro Scauro repetundarum reo oratio, quae ornatissima fuit et aetate Martiani Capellae, qui 5, 469 de dispositione agit, incolumis exstabat, temporum iniquitate perditata erat, ut ineunte hoc saeculo perpauca tantum fragmenta, alia in Asconii commentariis, alia in grammaticorum libris seruata superessent. Tum uero a. 1814 Angelus Maius in codice Ambrosiano (A) et paulo post Amadeus Peyron in Taurinensi (T), qui codices ex genere rescriptorum sunt⁵⁾, magnas huius orationis partes reppererunt, quae ex illo tempore saepius editae sunt⁶⁾.

Sed quoniam Beier, id quod in tanta copia fragmentorum partim breuium partim longiorum aliter fieri uix potuit, fere omnia recte disposuit et collocauit: equidem, qui nouam rationem non tam ordinandorum fragmentorum, quam definiendi ambitus cum totius orationis tum partium singularum inuenisse mihi uideor, accuratam huius orationis dispositionem, quoad eius facere potero, proponam. Quod antequam faciam, pauca de uniuersa dispositione et de ambitu praemittenda

1) Asc. 17, 2, 27, 12, 39, 3. 2) Eodem mense Sept. Cic. ad Q. fr. 3, 1, 11. 3) Cic. ad Att. 4, 15, 9: *deinde me expedito ad Drusum, inde ad Scaurum: parantur indices gloriosi*; ad Att. 4, 17, 4 (= 4, 16, 7): *. . cum ego partem eius ornatissime defendissem . .*; ad Q. fr. 3, 1, 16. 4) Ad Q. fr. 3, 1, 11. Altera autem oratio, quam pro Scauro ambitus reo a. 702/52 habuit, non edita est, sed Quintiliani (4, 1, 69) aetate erat in commentariis, h. e. im Entwurf. 5) Codex Ambrosianus ab Angelo Maio in editione sua, Mediol. 1814, p. XI, Taurinensis a Peyrone in edit. sua, Stuttg. et Tub. 1824, p. 3 accuratissime describitur. 6) Praeter priorem A. Mai et Peyronis editionem inspiciendae sunt: A. Mai editio altera, Mediol. 1817, Beieri, Lips. 1825. Optimum textum praebet edit. Orell. IV, p. 953.

sunt. Cicero ipse haec habet §. 22: *dicam enim primum de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro: quibus rebus explicatis tum denique ad hoc horribile et formidulosum frumentarium crimen accedam.* Contra Martianus Capella 5, 469 (p. 155 Eyss.), cum de uaria natura causae disserit, in Miloniana dicit causam esse simplicem *Clodium Milone iure necauerit*; deinde duplicem fieri posse causam aut ex rebus, ut pro Caelio *de auro et de ueneno*, aut collatione, ut pro Roscio *filiusne patrem an inimici iugulauerint.* Iam pergit: *Multiplex uero ex pluribus quaestionibus causa consistit, ut repetundarum omnes Verrinae, et pro Scauro de Bostaris nece, de Arinīs uxore et de decimis tribus exquiritur*; quibus postremis uerbis sine dubio illud quod Cicero dicit frumentarium crimen significatur. Quod Martiani testimonium ut prorsus recedere a Ciceronis dispositione unusquisque statim uidet, ita Peyronem ostendit valde errasse, qui (apud Beierum p. 124) duplex tantum crimen fuisse statuat, nempe interemptionem Bostaris et depraedationem Sardiniae. Ut enim hoc ei largiar Bostaris necem cum illo de Arinīs uxore crimine adeo cohaesisse (§. 8. 9. 12), ut aliquo iure unum crimen dici possit: tamen quomodo depraedationi Sardiniae tres illi loci (§. 22) de genere accusationis, de Sardis, de Scauro subiuncti esse possint, is qui hanc orationis partem diligenter perlegerit, intellegere non poterit. — Sed grauiori offensionī est Ciceronis et Capellae dissensio, quae quidem difficultas eo quoque augeri uidetur, quod Cicero hanc suam propositionem non post prooemium ponit, sed magna iam orationis parte praemissa. At uidetur tantum augeri, immo uero soluitur. Namque hae difficultates omnes meo quidem iudicio facillime remouentur, si hanc statuimus fuisse dispositionem:

I. Refutatio extra causam:

- A. de Bostaris nece,
- B. de Arinīs uxore.

II. Refutatio de causa:

- A. de genere accusationis,
- B. de Sardis,

C. de Scauro,
D. de crimine frumentario.

Ex more enim forensi Cicero in hac repetundarum causa priores illos duos locos eo magis extra causam tractare potuit, quod perorationem habuit, i. e. quod crimina, quae ad ipsam repetundarum causam pertinebant, iam ab aliis patronis refutata erant. Optimeque in perorationis quasi structuram quadrat, quod in probatione siue refutatione de causa, antequam ad ipsum frumentarium crimen accedat, de tribus locis uerba facit, qui non ad ipsa crimina singula spectant. Quin etiam qui factum sit, ut Martianus Capella aliter iudicaret, explicatur: neque enim dispositionem huius orationis reddere habet in animo, sed de ipsa causae natura disserit, h. e. de crimine uel de criminibus. Et profecto inter sex illos locos tria tantum crimina inueniuntur: de Bostaris nece, de Arinis uxore, de crimine frumentario. Quae cum ita sint, etiam Beieri (p. 124) sententia uidetur refutata esse, qui Capellam secutus tripartitam dispositionem statuit.

Exstant in commentariis Asconii breuia enuntiata, uerbis Ciceronis quae enarrantur adscripta, qualia sunt haec: 9, 15: *cir. uer. a primo DCXL*, 15, 1: *cir. uer. a nouis. CC*, 21, 1: *circa tertiam partem a primo*, 10, 22. 11, 4. 22, 20. 62, 25: *circa medium*, 22, 1: *paulo post*. Quae enuntiata Ricardus Beckius (quaest. in Cic. pro C. Cornelio orationes. Lips. 1877. p. 35) ab Asconio esse profecta propterea negat, quod nulla ad orationem in toga candida exstent, dicitque *a librario esse addita ea aetate, qua oratio in toga candida exceptis fragmentis ab Asconio seruatis iam deperdita, duae incolumes Cornelianae totaque Scauriana et Pisoniana uirorum doctorum in manibus etiamtum erant*. Sed eum ualde errasse P. Koetschau, sodalis meus Lipsiensis, uidit monuitque (in exercitationibus antiquariis L. Langii) in ipso commentarii Asconiani textu legi (71, 9): *qui oblitus sit ante minus XX uersus . . . Ciceronem dixisse . . .*, et docuit in commentario orationis in toga candida habitae eiusmodi enuntiata, quae certis numeris exprimuntur, propterea non inueniri, quod perbreuis haec oratio erat, et alia

enuntiata in ipso textu posita, qualia sunt: *postea* (75, 2. 77, 20), *paulo ante* (75, 13. 78, 13. 79, 28), in hoc exiguo ambitu sufficiebant. Errauit igitur Beckius; ceterum iam Fr. Ritschellius perspexit et, qui recentissime praeter Francogallum Charles Graux de stichometria¹⁾ scripsit, C. Wachsmuth probauit ab ipso Asconio factas esse has adnotationes, quo facilius loci, quos

1) De stichometria adhuc sub iudice lis est. Ad Asconium spectant: Fr. Ritschl, opusc. I. Lips. 1866, p. 84. 90—91. 99. Charles Graux, *sur la stichométrie* (= Revue de philologie. Paris 1879, p. 97 sqq.) p. 138. Quem examinavit C. Wachsmuth, *Stichometrisches und Bibliothekarisches* (= Rh. Mus. XXXIV, Frankf. 1879, p. 38). — Ceterum haud scio an non casui tribuendum sit, quod etiam Asconianis numeris probatur id quod Graux (p. 100 sq. 123) ostendit. Probauit enim in singulis uersibus ueterum graecorum codicum, quorum *στίχοι* traduntur, 34—38 fere litteras fuisse. In Pisoniana oratione facultas computandi datur. Leguntur enim in editionis Bait.-Kays. singulis uersibus 45 fere litterae. Exempli gratia orationis Pis. §. 95 (Asc. 15, 15) in codice Ciceronis, quo Asconius usus est, legebatur *cir. uer. a nou. LXXX*, in editione laudata a §. 95 ad finem sunt 72 uersus. Iam habes:

$$90 : 72 = 45 : x$$

$$x = 36,$$

h. e. singuli Asconii codicis uersus habebant **36** fere litteras. Eadem est ratio in his locis (numerus primus est codicis Asconii, secundus editionis Bait.-Kays. uersuum, qui numerantur usque ad finem, cf. Beck, p. 36):

$$\text{Pis. §. 52 (Asc. 11, 18): } 800 : 658 = 45 : \mathbf{37}^{1/80};$$

$$\text{Pis. §. 62 (Asc. 13, 5): } 660 : 515 = 45 : \mathbf{35}^{5/41};$$

$$\text{Pis. §. 68 (Asc. 14, 16): } 560 : 442 = 45 : \mathbf{35}^{29/56};$$

$$\text{Pis. §. 82 (Asc. 14, 25): } 320 : 256 = 45 : \mathbf{36};$$

$$\text{Pis. §. 89 (Asc. 15, 1): } 200 : 161 = 45 : \mathbf{36}^{9/40};$$

$$\text{Pis. §. 94 (Asc. 15, 5): } 120 : 92 = 45 : \mathbf{34}^{1/2}.$$

Ergo idem fere numerus litterarum (34—37) in Asconii codicis singulis uersibus fuit, quem in illis graecis codicibus fuisse Graux ostendit. — Neque hinc alienus est codex palimpsestus Vaticanus Reg. 2077, qui priore scriptura tertii fere p. Chr. saeculi partem Verrinarum continet. Cuius codicis fol. 89^v exemplum in C. Zangemeisteri et G. Wattenbachii *Exemplis codicum Lat. litteris maiusculis scriptorum* (Heidelb. 1876, fol.) inuenies tab. 4 (= Cic. in Verrem II, 1, 50, 129—130). Sunt autem duae columnae, quarum singuli uersus (17—20 =) 18 fere litteras habent, ita ut huius quoque libri Ciceroniani singuli paginae uersus (18 + 18 =) **36** fere litteras contineant. Quam cum Asconio consensionem fortuitam esse non putauerim; uidetur enim iam apud ueteres libris certus quidam uersuum ambitus certusque litterarum in singulis uersibus scriptarum numerus fuisse.

enarravit, inuenirentur; neque usitatum fuisse hunc morem afferendi, sed praeter Asconii exemplum inueniri nullum nisi Diogenis Laertii (7, 187. 188), cuius *στιχοι* ab Isidoro Pergamense profecti esse uiderentur (Wachsm. p. 42); nam Graecorum *στιχομετρων* uel potius *στιχισμόν* (p. 51) solum ad describendos et uendendos libros pertinere.

Sed haec enuntiata breuia, quae etiam in Scauriana orationis commentario inueniuntur, a quocumque profecta sunt, facultatem nobis praebent ambitus definiendi et totius orationis et nonnullarum eius partium. Quod autem firmis possum numeris uti, propterea liceat R. Beckium laudare, qui in dissertatione, quam supra commemorauimus, accurata inquisitione ostendit circiter quinos uersus eius orationum codicis, quo Asconius usus est et cuius ratione habita illos numeros breuiatque enuntiata adnotauit, quaternis fere uersibus eius editionis respondere, quam Baiter et Kayser curauerunt.

Quoniam igitur ad fr. I, 1^b or. pro Scauro apud Asconium (18, 15) additum est: *circa uer. <a> prim. XXXX*, ex Beckii ratione mihi probata 32 uersus editionis Bait.-Kays., si incolumis esset oratio, efficerentur. De quo numero si 3 quos fr. I, 1^a continet uersus dempseris, inuenies circiter 29 uersus eiusdem editionis deperditos esse.

Multo autem maioris momenti sunt quattuor enuntiata haec: Asc. 21, 1: *circa tertiam partem a primo*, 22, 20: *cir. medium*, 23, 4: *post duas partes orationis*, 23, 17: *post tres partes a primo*. Ubi enim Asconius (21, 1 ad fr. II, 1) *circa tertiam partem a primo* adscriptum praebet, tertia orationis pars praeterierat; ac quoniam ab initio usque ad fr. II, 1 circiter 34 uersus fragmentorum in editione numerantur, si uersus qui desunt m et totam orationem r litteris significaueris, haec efficietur aequatio arithmetica:

$$\langle 1. \rangle \quad 34 + m = \frac{1}{3} r.$$

Tum ad §. 33 adscriptum inuenitur (Asc. 22, 20): *cir. medium*, i. e. haec uerba in media fere ¹⁾ oratione legebantur. Sed inde

1) Nam et *circa* uoce Asconius utitur, et bis adscriptum est: *cir. medium* ad Pison. §. 38 (Asc. 10, 22) et ad §. 44 (Asc. 11, 4).

a fr. II, 1 usque ad §. 33 in editione Bait. - Kays. uersus circiter 214 exstant: quodsi deperditos in hac parte uersus n littera significauerimus, habebimus:

$$214 + n = \frac{1}{2} r - \frac{1}{3} r,$$

$$\langle 2. \rangle 214 + n = \frac{1}{6} r.$$

At neque illa, neque haec aequatio, neque quam praeter has ex Asconio poterimus ponere, cum solui nequeant, nos iuuarent, nisi coniectura possemus angurari, quot editionis uersus inter fr. II, 1 et §. 33 deperditi esse uiderentur. Paene integra enim haec orationis pars exstat, et perpauci tantum uersus desunt.

(I.) Nam fr. II, 2 Asconio (21, 10) auctore statim ¹⁾ post fr. II, 1 legebatur; id quod sententia quoque probatur, cum in utroque fragmento Crassi mentio fiat.

(II.) Progreidentibus nobis lacuna statuenda est inter fr. II, 2^a et illud quod sequitur fr. II, 2^b: . . *tis suae rerumque* sqq., a quibus uerbis codex T incipit. Quae quidem lacuna breuissima est his de causis: arte enim fr. II, 2^b cum fragmentis quae antecedunt cohaeret propter (alterius) Crassi mentionem; tum Asconius (22, 1) ipse *paulo post* ²⁾ additum praebet, quod enuntiatum spatium paucorum uersuum significat, quorum h. l. 4 exstant; denique illi *neque* fragmenti II, 2^a. (Asc. 21, 11), quod scholiasta (cf. supra I), quoniam alterum *neque* non sequitur, explicare non potuit (Asc. 21, 20): illi *neque* bene respondet uocula *num*, in fr. II, 2^b posita. Itaque non dubito quin

1) Quae uocula utrum Asconii sit necne, hic nihil refert: commenticia certe non est. Sed iure Rauius (uariae lectt. p. 103) et Maduigijs hanc totam adnotationem grammaticam (Asc. 21, 14—29) ab Asconio abiudicauerunt.

2) De Asconiano huius *paulo post* usu cum P. Koetschau, quem supra laudauimus p. 269, diligentissime disseruisset ostendissetque *paulo post* habere ambitum Asc. 7, 11 = 1¹/₄ uersuum, 8, 10 = 16 uers., 10, 4 = 9 uers., 37, 21 = 15 uers., 38, 11 = 10¹/₂ uers., 44, 1 = 7¹/₂ uersuum: equidem facile ei persuasi ante Asc. 43, 13, quo loco *paulo post* 75 uersuum (= 7 paragraphorum) ambitum habet, aut lacunam in commentario esse statuendam, aut ipsum illud enuntiatum glossema esse. — Num iure Kiesslingius et Schoellius Asc. 14, 10 de coniectura *paulo post* inseruerint, quia ibi 28 uersus intersunt, dubitauerim.

perpauca tantum uocabula interciderint, proximeque a uero Beierum puto abesse, qui suppleuit: . . . *M.' Aquilius potuit imitari, (sed memoriam¹⁾ iuuentu)tis suae* sqq.

(III.) Sequuntur continuo in codice T §. 2—7; post §. 7 autem lacuna est. Tum §. 8—28 item continuo traditae sunt; nam §. 8—18 in solo codice A, §. 19—25 in A et T, §. 25—28 in solo codice T leguntur. Deinde post §. 28 altera lacuna est; sed quae sequuntur inde a §. 29—31 in codice A, a §. 31—36 in A et T codicibus, a §. 36—45 in solo codice A exstant. Et hae duae (post §. 7 et post §. 28) lacunae quot fere editionis uersuum sint, iam ostendam. Et quo magis perspicua sit argumentatio mea, quem ambitum singula utriusque codicis folia habeant, exscribam²⁾:

Cod. T.

[^{a)} §. 2—7 = |*tis suae — quo etiam facilius* |] =
 fol. I.

}	p. 1. col. 1. desinit §. 3: <i>quos multauit?</i> ; continet 8 ³ / ₄	}	= 34 ¹ / ₄ uersus edit. Bait. - Kays.
	" 1. " 2. " §. 4: <i>eam cum idem</i> ; " 9		
	" 2. " 1. " §. 5: <i>sed refugit statim</i> ; " 8 ¹ / ₄		
	" 2. " 2. " §. 7: <i>quo etiam facilius</i> ; " 8 ¹ / ₄		

Cetera codicis T folia eundem in modum instituta sunt; et continent quidem ex accurata numeratione:

[^{b)} §. 18—28 = |*quoniam habet — odium populi* |] =
 fol. II. §. 18: |*quoniam habet* — §. 23: *genus primum* | = 34 uers.
 fol. III. §. 23: |*ut inquisitum* — §. 28: *odium populi* | = 35¹/₄ uers.

[^{c)} §. 31—36] =
 fol. IV.³⁾ §. 31: |*aut eius, qui* — §. 36: *detraixerint* | = 34 uersus.

Itaque non in errore uersamur, si singulis T codicis foliis circiter 34 ¹/₄ uersus editionis allatae respondere dicimus.

1) Hoc uocabulum cur Baiter et Kayser rectis typis, ut traditum, excudendum curauerint, indagare non potui. 2) Paginarum columnarumque distributio qualis sit in codice T accuratissime summaque liberalitate docuit me V. D. Gasp. Gorresio, bibliothecarius Taurinensis, cui ego gratias ago quam maximas. — Codicis A foliorum ambitum ex Peyronis editione (p. 15) hausi, qui utriusque codicis singula folia diligenter excudenda curauit. 3) Folium V codicis T, cum mutilatum sit (desunt enim septeni uersus codicis), iam mittemus.

Cod. A.

[^a] §. 8—25: |*te dixi — iniurias*| =

fol. I.	}	p. 1. col. 1. desinit §. 8: <i>ibi se ali</i> ; continet 6 ¹ / ₄	} = 37 ³ / ₄ uersus ed. Bait.-Kays.
		" 1. " 2. " §. 9: <i>tum etiam nup</i> ; " 6 ¹ / ₆	
		" 1. " 3. " §. 10: <i>digitulis duobus</i> ; " 6 ² / ₃	
		" 2. " 1. " §. 12: <i>fuit confirma</i> ; " 6 ¹ / ₂	
		" 2. " 2. " §. 13: <i>commoti de</i> ; " 6 ¹ / ₆	
		" 2. " 3. " §. 13: <i>flagitio defor</i> ; " 6	

Cetera codicis A folia eundem in modum constituta sunt et continent haec:

fol. II. §. 13: |*matos habetis* — §. 19: |*disputem? quid?*| = 36⁵/₆ uers.

fol. III. §. 19: |*non habuisti* — §. 25: |*atque iniurias*| = 37¹²/₁₅ u.

[^b] §. 29—45) =

fol. IV. §. 29: |*litu Aetnae* — §. 34: |*quamobrē*| = 37¹²/₂₄ u.

fol. V. §. 34: |*se consule* — §. 40: |*hoc perfugi*| = 37⁹/₆ u.

fol. VI. §. 40: |*um dolori* — §. 45: |*Scipionum int*| = 38¹²/₁₅ u.

Singulis igitur codicis A foliis respondent 38 fere uersus editionis Bait.-Kays.

Iam licet mihi ad id quod propositum est redire istarumque lacunarum, quae sunt post §. 7 et post §. 28, ambitum definire.

(1.) Folium I codicis T exit §. 7; fol. II eiusdem codicis incipit §. 18. Inter quas paragraphos ex codice altero (A) 66 fere editionis uersus exstant. Fac duo folia in codice T deesse; ergo $34\frac{1}{4} \cdot 2 = 68\frac{1}{2}$ uersus editionis deessent; et horum quidem $68\frac{1}{2}$ uersuum cum 66 in altero codice traditae exstant: 2 uel 3 soli uersus in hac (post §. 7) lacuna intercidisse putandi sunt. Duo autem sola folia cod. T excidisse propterea facio quod, si tria deesse putarem, — quoniam tum $(34\frac{1}{4} \cdot 3 =) 102\frac{3}{4}$ uersuum 66 tantum exstant — nimia lacuna $36\frac{3}{4}$ uersuum (post §. 7) statuenda esset; id autem arto sententiarum §§. 7 et 8 conexu uetatur. Nam id quod Cicero §. 7 promittit duas opiniones, quae in Sardinia de Arinis uxoris morte fuerint, se esse explicaturum, facit inde a §. 9, paucis de Bostaris cum ista muliere consuetudine praemissis. Itaque deest tantum finis enuntiationis eius, quae incipit *quo etiam facilius* . . et perpauca uerba ante: . . *te dixi libidino-*

sam sqq.; ita quidem ut ad hanc lacunam supplendam 2 uel 3 uersuum spatium satis esse uideatur. Et recte e sensu quidem — ut hoc statim addam — Beier (p. 154) supplet: *<hi et Scauri innocentiam et testium tuorum audaciam cognoscere possint et eorum, quae facta sunt, indignitatem. Sed si ad ea quae sequuntur addit: Sardae istius maritus Aris matrem Bostaris>, te dixi, libidinosam sqq., nescio an erret. Subiectum Aris recte coniecit; sed apostrophes quae dicitur uix locus est, et displicet repetitum illud matrem. Ego putare maluerim . . te esse aduerbii alicuius reliquum; exempli causa propono: Aris enim Bostaris, ut an>te dixi, libidinosam matrem sqq. — Ac ne opponas: ubi Cicero dixit? reminiscere, quaeso, permagnam ($\frac{1}{3}$ r, cf. supra p. 271) orationis partem ab initio deesse, in qua de his rebus sine dubio sermo fuerat.*

(2.) Codicis A folium III desinit §. 25; fol. IV eiusdem codicis incipit §. 29. Cuius spatii ex altero codice T seruati sunt uersus editionis $21\frac{1}{4}$. Fac unum folium codicis A post §. 25 excidisse: quoniam id folium 38 fere editionis uersus expleuisset, $38 - 21\frac{1}{4} = 16\frac{3}{4}$ fere uersus post §. 28 desiderantur. Ac ne ex libidine me putes contendere unum folium codicis A deesse, aliam tibi rationem proponam, qua idem demonstratur. Exit enim codicis T folium III §. 28; eiusdem codicis folium IV incipit §. 31; spatii autem inter has paragraphos interpositi ex altero codice A leguntur in editione $17\frac{1}{2}$ uersus. Fac unum folium codicis T post §. 28 excidisse; quod folium $34\frac{1}{4}$ editionis uersus impleret. Quorum $34\frac{1}{4}$ uersuum cum $17\frac{1}{2}$ exstent, facile tibi persuadebis $16\frac{3}{4}$ uersus post §. 28 deesse.

Ergo ex regulis logicis et arithmetiis constat post §. 28 lacunam $16\frac{3}{4}$ uersuum esse. Ex hac autem ratiocinatione apparet multo plura deesse, quam Beier suspicatus est. De sententiis quae desunt et de sententiarum forma hoc tantum moneo. Et ex §. 23: *Quod est igitur hoc accusationis, Triari, genus? primum, ut inquisitum non ieris . .*, et ex argumentorum repetitione quae est §. 30: *quod inquisitionem, quod priorem actionem totam sustulisti . . uidetur sequi ut Cicero*

alterum argumentum his fere uerbis protulerit: *Deinde priorem actionem totam sustulisti*. Tum consequebantur, quae de Verris accusatione ex §. 29 addidisse putandus est. Diligentissime autem omnia in hac oratione disposita esse et ordinata intelleges ex §§. 38. 41.

Ut breui omnia quae adhuc de sexta illa orationis parte (cf. p. 272) disputata sunt comprehendam, cum fr. II, 2^a statim (p. 272) post fr. II, 1 legatur; cum post fr. II, 2^a paucissima tantum uocabula desiderentur (p. 273); cum post §. 7 lacuna 2 uel 3 uersuum (p. 274) et post §. 28 altera lacuna 16^{3/4} uersuum (p. 275) statuenda sit, cetera autem continuo in codicibus tradantur: in hac sexta orationis parte, quae a fr. II, 1 ad §. 33 pertinet, 20 fere uersus desunt. Itaque pro:

$$\begin{aligned} \langle 2. \rangle \quad 214 + n &= \frac{1}{6} r \text{ (cf. p. 272) ponendum est} \\ 214 + 20 &= \frac{1}{6} r; \\ 1404 &= r. \end{aligned}$$

Hoc est: tota Scauriana si incolumis exstaret 1404 fere¹⁾ uersus, siue 35²⁾ fere paginas editionis Bait.-Kays. impleret.

Ambitu totius orationis inuento ($r = 1404$ uers.) ceterae aequationes arithmeticae solui possunt. Ab initio usque ad fr. II, 1, ubi Asconio (21, 1) teste tertia pars praeterierat, 34 fere uersus exstant, m uersus desunt. Ergo cum $r = 1404$ uers. et

$$\begin{aligned} \langle 1. \rangle \quad 34 + m &= \frac{1}{3} r \text{ sit (cf. p. 271),} \\ \text{est } 34 + m &= 468; \\ m &= 434; \end{aligned}$$

h. e. ab initio ad fr. II, 1 434 fere editionis uersus desunt.

Eodem teste (Asc. 23, 4) fr. 45^b *post duas partes orationis* legebatur; et quoniam inter §. 33, quae in media fere oratione erat, et fr. 45^b circiter 91 uersus exstant, y uersus desiderantur: est

1) Noli obliuisci quae p. 271 n. 1) dixi. 2) Implet or. pro Caec. 31, pro Mil. 32, pro Mur. et in Pison. 33, pro Flacco 34 paginas editionis saepius iam commemoratae.

$$\begin{aligned} \langle 3. \rangle \quad & 91 + y = \frac{1}{6} r; \\ & 91 + y = 234; \\ & y = 143; \end{aligned}$$

h. e. inter §. 33 et fr. 45^h circa 143 uersus exciderunt.

Tum fr. 45ⁱ, quod statim sequitur, *post tres partes a primo* (Asc. 23, 17) erat; inter fr. 45^h autem et 45ⁱ circiter 4 uersus in editione exstant, z uersus desunt; ergo

$$\begin{aligned} \langle 4. \rangle \quad & 4 + z = \frac{3}{4} r - (\frac{1}{3} r + \frac{1}{6} r + \frac{1}{6} r); \\ & 4 + z = \frac{1}{12} r; \\ & 4 + z = 117; \\ & z = 113; \end{aligned}$$

h. e. inter fr. 45^h et fr. 45ⁱ 113 fere uersus desunt.

Denique si fr. 45ⁱ post tres partes a primo fuit, inde consentaneum est a fr. 45ⁱ ad finem quartam orationis partem fuisse. Cuius partis exstant a fr. 45ⁱ ad §. 46 uersus 13, x uersus amissi sunt. Praeterea a §. 46 ad finem exstant 30 uersus; quot uersus inter §. 46 et finem amissi sint, facile sic inuenitur. Asconio enim teste (24, 14) haec §. 46 *cir. a nouis. CLX* erat; et cum hi CLX codicis, quo Asconius usus est, uersus ex Beckii ratione (cf. supra p. 271) respondeant 128 fere uersibus editionis Bait-Kays., horumque 128 uersuum 30, ut dixi, seruati sint: uides a §. 46 ad finem 98 editionis uersus desesse. Totam igitur hanc quartam orationis partem his possumus numeris describere:

$$(13 + x) + 30 + *98 = \frac{1}{4} r.$$

Ex quo sequitur

$$\begin{aligned} \langle 5. \rangle \quad & *141 + x = \frac{1}{4} r; \\ & *141 + x = 351; \\ & x = 210; \end{aligned}$$

h. e. inter fr. 45ⁱ et §. 46 circiter 210 uersus desunt.

Ex tabula adiecta facile inuenies totius orationis 484 fere uersus (= c. 12 pagg.) editionis Bait-

§§. I, 1	}	fin.	
		45 ^h	45 ⁱ
		1/12 r	1/4 r
		1/6 r	1/3 r
		II, 1	
		33	33
		1/6 r	1/6 r
		1/3 r	1/3 r
r {	=	34 + 484	*141 + 210 = 1404
		3 + 29 + (31 + 405)	+ (30 + *98) = 1404 uers.

Kays. exstare, circiter 920 (= c. 23 pagg.) esse amissos. Exstat igitur plus tertia pars; e tribus duae partes desunt, quarum partium deperditarum prior (434 uers. = 11 pagg.) inter fr. I, 1 et II, 1 desideratur. Illud bene obserues uelim inter singula unius cuiusque partis ($\frac{1}{3}$ r, $\frac{1}{6}$ r) fragmenta, prout sensus et conexus postulat, uersus deperditos esse distribuendos.

Iam liceat mihi dispositionem totius orationis proponere, eaque quae ad nonnullos locos adnotanda uidebantur esse, ne perspicuitas minuatur, adnotationibus infra additis ita explicare, ut simul, quoad eius fieri poterit, de aliquot lacunarum et ambitu et argumento disputetur. Nam alia quidem bene Beier suppleuit; alia autem uidetur iniuria intulisse. Sed etsi facere non possum quin legem illam probem, quam Halmius (Münch. Sitzgsber. 1862. II. p. 9) his uerbis statuit: *Zur Reinigung der Fragmente gehört in einer kritischen Ausgabe auch die Beseitigung der Beierschen Ergänzungen in den Reden pro Tullio, in Clodium und pro Scauro, deren Lectüre neben dem echten Cicero einen widerwärtigen Eindruck macht und das Verständniss des erhaltenen eher stört, als fördert* . . : tamen nimis uehementer idem uir doctus in Beierum inuehitur, cum ei quod petierit unquam contigisse negat (Halmius p. 7: *die erfolglosen Restitutionsversuche*). Immo uero singulari diligentia iudicique subtilitate Beier in fragmentorum sensum inquisiuit disiectaque orationis membra sententiarum uinculis coniungere studuit. Ac ne ipsum quidem haec sua supplementa in editione critica excudenda curaturum fuisse putauerim. In eo autem Beierum peccasse censeo, quod saepe sententias, quae ei desiderari uidebantur, eisdem uerbis intulit quibus uerbis aliquo loco aut Ciceronis aut alius scriptoris expressas inuenerat.

Dispositio est haec:

	fragm. siue §.	uers. edit. exstant	desunt
I. PROEMIUM.			
1. In exordio Scauri dignitas laudatur, sors deploratur ¹⁾	I, 1 ^a	3	} 29
2. Accusationes patris enumerantur:			
a) deest unius uel duarum accusationum mentio ²⁾	I, 1 ^b	} 11	
b) accusatio Cn. Domitii, trib. pl.	I, 2		
c) accusatio Q. Seruillii Caepionis	I, 3		
d) eiusdem altera et Q. Varii, trib. pl., accusatio	I, 4 ^a		
3. Laudes Scauri patris	I, 4 ^a		
Transit Cicero ad refutationem extra causam	I, 4 ^b		
II. REFUTATIO EXTRA CAUSAM.			
A. De Bostaris nece:			
Accusat Triarius Scaurum Bostari hospiti uenum dedisse	I, 4 ^c		
1. Scaurus eius necandi causam habuit nullam ³⁾ ; nam			
a) neque heres fuit et uiuo Bostare eius in bona inuadere potuisset	I, 4 ^f		
b) neque iratus fuit.			
Argumentorum repetitio	I, 5		
2. Sed aliter res se habet;			
a) aut morte repentina, quae uariis ex causis saepe obuenit, Bostar interiit	I, 4 ^d	} 20	405
b) aut, id quod probabilius uidetur, a matre necatus est, quae et eius heres fuit et ei irata (propterea quod turpem cum Arine consuetudinem filius reprobabat. Cf. §. 8)	I, 4 ^e		
B. De Arinis uxore:			
Dicit Triarius uxorem Arinis a Scauro coactam esse ut sibi ipsa, ne uim pateretur, mortem conscisceret ⁴⁾	I, 6. 7		
a) Raro accidit, ut aliquis probri et turpitudinis euitandae causa se ipse interimat, cum homini a natura seruandi sui appetitus datus sit, id quod			
I. et philosophorum ratione ⁵⁾	II, 1 ^a		
II. et raritate exemplorum docetur.			
Perpauci sunt uiri,			
1. ut Romani			
a) priscorum temporum ⁶⁾	II, 1 ^b		} (1/3 r.)
β) Ciceronis aetatis (cf. p. 272 sqq.)	II, 2		
2. ita Graeci;			
a) praeter exempla ex fabulis sumpta	§. 3		
β) duo Themistocles et Cleombrotus; Cleombrotum autem haec mulier imitari non potuit	4. 5	} 42	c. 1/2 uers.

1) Numeri sunt adnotationum infra additarum.

	fragm. sive §.	uers. edit. exstant desunt
b) Quod dixit Triarius uita illam mulierem maluisse spoliari quam pudicitia propterea quodque incredibile est, quod illa cum deformitate summa fuit tum etiam senectute, ut nulla libidinis suspicio esse possit	5. 6	.
c) Contra duae fuerunt in Sardinia de mulieris morte opiniones (cf. p. 274)	7	2 ¹ / ₂
I. altera Arinis uxorem pelicatus dolore se ipsam interemisse	8. 9	
II. altera, quae est magis credita, Arinem eam per libertinum necandam curasse	10—12	
Paucis de Bostaris et Arinis turpibus familiis ita additis	13	
ut simul ad crimina refutata respiciatur repetaturque illa uera iudicandi lex, ex qua argumentis, non testibus est credendum	14—16	
transit ad probationem	17	142
III. PROBATIO (17—46).		
Nonnulla de testium multitudine indignitateque quae fidem tollat praemittuntur	18—20	
propositio ponitur ⁷⁾	21—22	
A. de genere accusationis (§. 23—37):		
Generi totius accusationis iudices resistere debent, nam		
I. ab accusatore nihil more susceptum est,		
a) inquisitum enim non iit	23—28	
b) priorem actionem totam sustulit (cf. p. 275) uno tantum teste producto	29—30	16 ³ / ₄
II. Scauri iudicium non iudicii, sed comitorum consularium causa comparatum est	30	
id quod cum Triarii festinatione tum App. Claudii (cos. 700/54) in Scaurum inimicitia probatur	31	30
Quae inimicitia reo turpitudini esse non potest; nam	32	
1. quasi ex natura fit, ut prouinciae decessor (App. Claudius) successor (Scauro) inuideat	33	(¹ / ₂ :
2. App. Claudius, ut C. Claudium fratrem Scauri competitorem adiuuaret, eundem a consulatu remouere non potuit non studere. Etsi iam non petit C. Claudius, tamen Appius suam in Scaurum similitatem statim deponere non potest	33—34	
Et Sardi spe praemiorum adducti consuli se gratissimum esse facturos putant, si in Scaurum testimonium dixerint	35	
	36. 37	

	fragm. siue §.	uers. edit.		
		exstant	desunt	
B. de Sardis testibus (38—45):				
Sardis tribus de causis nulla fides habenda est, nam	38	91		
I. ipsa consensio tollit fidem	39. 40			
II. cupiditate testandi ostendunt se spe praemiorum esse adductos	41			
III. natio ipsa est fallax a) sunt enim Sardi mixtum genus, Poenis corruptius, singulis uiris exceptis b) Sardinia est una prouincia, quae nullam habeat amicam populo Romano ac liberam ciuitatem ⁹⁾	42—44 44. 45 ^a 45 ^α 45 ^b			
Huius loci peroratio			143	
C. de Scauro⁹⁾:				
1. de Scauri familiae nobilitate, de patre et de eius cum Dolabella inimicitia, filio relicta	45 ^r et 45 ^b	4	(³ / ₂ r.)	
2. de abstinentia, qua Scaurus filius et in proscriptionibus Sullanis et in Syria se praestitit ¹⁰⁾	45 ^d		113	
3. de aedilitate et de ludorum opulentia (plenisime)	45 ^β 45 ^f	4	(³ / ₄ r.)	
4. de domo magnifica ¹¹⁾	45 ^l . 45 ⁿ			
Huius loci peroratio	45 ^o			
D. de crimine frumentario¹²⁾				
* * * * *		13	210	
IV. PERORATIO ¹³⁾ .				
I. Merita maiorum				
a) L. Metelli Dalmatici (cos. 119), aui	46 47	11 ³ / ₄		
b) L. Caecilii Metelli (cos. 247)	48		6	2 ¹ / ₂
c) Scauri patris	49		6	2 ¹ / ₂
	et 50	6	2 ¹ / ₂	
II. Conclusio¹⁴⁾				
* * *			90 ¹ / ₂	

Incerti loci fragmenta:

1. Discretio illa de Sardis et Sardiniensibus (Pompeii commentum. Keil. V, p. 144).
2. *Uniuerse* (Charisius p. 224 Keil).
3. *Quae, malum, est ista ratio?* (Eugraph. ad Terent. Heautont. 4, 3, 18), quod fragmentum fortasse cum Klotzio ante fr. 45^d ponendum est.

Adnotationes.

1) Fr. I, 1^a: *Maxime fuit optandum* sqq. sine dubio in exordio ponendum est; nam patronus et iudices alloquitur et reum nominat (cf. exordia or. pro Sulla, Mil., Plancio, Rab. Post., Rosc. Am., Cluentio, Archia) et expressis uerbis Augustinus (Halm, rhett. min. p. 150), cum hoc fragmentum affert, se esse propositurum dicit exemplum generis principandi. Etsi sententia ea, quam Beier (p. 129) supplet, in fragmenta quae sequuntur bene quadrare uidetur: tamen, ut propter ambitum lacunae — desunt enim 29 uersus, cf. supra p. 271 — res incerta est, ita haec ipsa conectens sententia: *utatur filius eadem fortuna, qua pater* propterea haud apta est, quod hoc modo Cicero Scaurum in culpa esse quasi concessurus fuit. Immo uero omni eum culpa uacare iudicibus persuadere debuit, ne iustus Triarii ille metus uideretur (Asc. 17, 8), de quo supra p. 254 dixi. — Exempli causa potuit in lacuna sententia haec esse expressa: *Optimus quisque uexatur et in odio inuidiaque est. Quam inuidiam hic quoque Scaurus nullo crimine admissio subiit; eandemque pater eius expertus est, qui saepenumero est accusatus.*

2) Quoniam ante fr. II, 1^b propter uerba *subiit etiam* . . statuendum est unius uel duarum patris accusationum mentionem esse praemissam: iam quaeritur, quae accusatio uel quae accusationes antea enumeratae sint. Praeter iudicia, quae statim (fr. I, 1^b. 2. 3) a Cicerone afferuntur, Scaurus pater (cf. p. 258, n. 1), quantum scimus, ter accusatus est. Primum a. 638/116 (Asc. 17, 8); hanc causam ambitus fuisse A. W. Zumptius (Röm. Crim.-Proc. p. 471) putat, Asconius 17, 10 non dicit; immo uero uidetur repetundarum causa fuisse propter Asconiana haec uerba: *(ne) rursus ante alias prouincias spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet.* Qua in causa eo tantum damnationem fugit, quod consulatum iniit, antequam iudicium exerceri posset. Atque huius accusationis mentionem Cicero, qua erat prudentia, uix potuit facere. Tum eodem a. 638/116 post comitia consularia a P. Rutilio competitore de ambitu postulatus, sed absolutus est, statimque Rutilium eiusdem criminis accusauit (Cic. Brut. 30, 113. de orat. 2, 69, 280. L. Lange, Röm. Alt. III², p. 54). Sunt qui Scaurum

a. 647/107 iterum consulem fuisse et in hoc altero consulatu petendo a competitore Rutilio ambitus accusatum esse dicant (Drumann, Gesch. Roms I, p. 27. A. W. Zumpt, Röm. Crim.-Proc. p. 473, n. 2); sed eos errasse L. Langius (Röm. Alt. III², p. 66; cf. I², p. 712. II², p. 316) ostendit. Erat enim lex, ne quis iterum consul crearetur, neque praeter Scipionem et Marium quisquam commemoratur, qui hac lege solutus sit. Quod Zumptius dicit Rutilium, quem a. 645/109 una cum C. Mario legatum Q. Metelli fuisse scimus (Sall. b. Jug. 50), paulo ante hunc annum 645/199 praetorem fuisse: id traditum non est; immo uero cum Rutilius Marii quadragesimum septimum uitae annum tum agentis collega esset, uidetur et eius fere aequalis et a. 638/116 ea iam aetate fuisse, qua consulatum peteret. Repetundarum denique Scaurum a. 663/91, ut uidetur, accusauit M. Brutus, cui cognomen *accusatori* (Cic. de off. 2, §. 50) erat. Iniuria Peter (uet. hist. Rom. rell. p. CCLVIII) Brutum subscripsisse censet Caepioni in illa repetundarum causa, ad quam Cic. pro Scauro fr. I, 2 spectat. Separatam fuisse Bruti accusationem iure A. W. Zumptius (Röm. Crim.-Proc. p. 481) contendit, eiusque argumentis hoc addo: in reliquiis eius orationis, qua Scaurus pater se ipsum defendit, nomen Bruti bis legi (Peter p. 186): *M. Scaurus contra Brutum de pecuniis repetundis: Praefecti fabrum; et M. Scaurus de pecuniis repetundis contra M. Brutum: Ita officiose et obseruanter milites triumphauere*. Ergo Brutus in hac causa non subscriptor fuit, sed accusator. — Sed utram Cicero causam, an utramque commemorauerit, quis dicat? Utrumque enim iudicium notissimum fuit, ita ut Asconius cur explicaret non haberet; nam alterius causae memoria uigebat, alterius orationes exstabant. Sin solum Bruti iudicium attulit, certe aliis uerbis atque in oratione pro Fonteio 17, 38 narrauit. Itaque uerba Beieriani supplementi impugno, non sententiam.

3) Alium fragmentorum ordinem Beier statuit: 4^c, 4^d, 4^e, 4^f, 5; quem ego ordinem ob eam potissimum causam probare nequeo, quod mihi fere contra naturam fieri uidetur, ut accusatione Triarii relata Cicero quasi declinans pergat: *Quae ueneni dati suspicio primum quam leuis sit statim apparebit, si considerare uolueritis, ex quibus causis mors saepe obueniat repentina* (sic codd. cf. Mart. Cap. 5, 441; edit. Eyssenh. p. 143). Sed crimen ipsum Cicero primum diluere debuit ipsamque accusationem argumentis demonstrare, quam leuis sit omnique probabili causa carens. Itaque eam rationem praetulerim, ex qua Cicero primum crimen prolatum refutat, deinde excursu de causis mortis repentinae interposito ad ἀντικατηγορίαν matris quam dicit Quintilianus 7, 2, 10 progreditur. — Sed quia permuta in hac parte desunt, quomodo singula pertractata sint, erui non potest. Quintiliano auctore in tali ἀντικατηγορίᾳ personae, causae, cetera comparari solebant. Ex bis sex codicis A lineolis eisue ualde mutilatis (Beier, p. 137), quae propter uerba: *agedū, ego defendi Seau(ru)m, Triari, de(fend)e tu matrē* huc pertinent, cognosci licet in hac omissa parte

etiam de bonis — Bostaris, opinor — accurate esse dictum. Neque tamen ullius ingenii acumen Ciceroniana uerba restituere poterit.

4) Fr. I, 6: . . cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere conatus: sic hoc fragmentum a Prisciano (Keil p. 219) propter uocem *Aris* affertur; antea (Beier p. 138) legebatur *coactus*. Utraque harum lectionum prorsus aliam sententiam efficit. *Coactus* si cum Beiero accipimus, efficitur criminatio quasi a Triario relata, quales sunt criminationes fr. I, 4^c: *Bostarem igitur quendam Norensem fugientem e Sardinia Scauri aduentum . . . et §. 18: poposcit, imperauit, eripuit, coegit*; tum uerbi *dare* aliud obiectum uix esse potest quam *coniugem suam*; nec male illudens Cicero ex Beieri iudicio statim adiungere potuit illam castorum comparationem: (*scilicet relicta illuc uxore ipse fuga sibi consuluit, quemadmodum castores, ut aiunt, redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur*. — Contra *conatus* si legimus, *coniugem* non potest esse obiectum uerbi *dare*; nam *cum coniugem illi dare nollet Aris, clam . . . est fugere conatus* propterea ineptum est, quod relicta coniuge eum fugisse scimus. Tum aliud obiectum quaerendum est, uerbaque non accusatoris sed defensoris sunt qui, qua de causa Aris Romam fugae specie se contulerit, ita exponere studet, ut a Scauro eum non esse coactum simul ostendat. Dicit enim Cicero §. 8: *is cum hanc suam uxorem, anum et locupletem et molestam, timeret, neque eam habere in matrimonio propter foeditatem neque dimittere propter dotem uolebat. Itaque compecto cum matre Bostaris consilium cepit, ut uterque Romam ueniret: ibi se aliquam rationem inuenturum, quemadmodum illam uxorem duceret, confirmauit*; et §. 10: *cum audisset (sc. uxor Arinis) Arinem cum illa sua metus et fugae simulatione Romam se contulisse . . .* Ex his paragraphis medela sumenda esset; et proposuerit quispiam: (*dotem coniugi suae*) *cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere conatus*. — Difficile est hanc rem diiudicare. Sed fateor Beieri sententiam magis mihi arridere, praesertim cum criminatio quasi ab accusatore prolata efficiatur, quae est aptissima; et cum in talibus grammaticorum exemplis memoria codicum non sit summa lex habenda, quod alia memoriter uel ex aliis grammaticis indiligenter, alia ex ipsis quidem ueterum scriptis, sed in eo tantum accurate laudantur, propter quod asseruntur: repudiata Prisciani codicum lectione scribere maluerim: *coactus*.

5) Fr. II, 1^a: *Sic, inquam, res se habet. Neque hoc a me nouum disputatur, sed est quaesitum ab aliis* (Ps. Asc. 21, 25). Cum exemplis et argumentis eis quae (fr. II, 1^b. 5. 6) sequuntur, tum ipsis uerbis *disputandi* et *quaerendi*, quae de philosophorum disputationibus usurpari constat (Cic. de legg. 3, 5, 13: *ut a doctissimis Graeciae quaesitum et disputatum est*, cf. ad famil. 9, 26, 3. 11, 27, S. Tusc. 3, 9, 18. 5, 10, 28), facile adducimur, ut credamus ante hoc fragmentum de morte uoluntaria ex philosophorum more esse disputatum.

6) Post fr. II, 1^a Cicero *utilitur exemplis* (Quintil. 4, 1, 69); quae exempla ex maiorum memoria sumpta esse fr. II, 2 indicat: *illa audiuius; hoc uero meminimus* sqq.

His maiorum exemplis allatis tertia fere orationis pars finita erat (Asc. 21, 1; cf. supra p. 276 et tab.). Cuius partis inde a fr. I, 4^b, quo fragmento refutatio extra causam incipit, 20 uersus supersunt, circiter 405 (nempe 434 minus 29, qui inter fr. I, 1^a et I, 1^b desunt) esse deperditos supra demonstratum est (p. 271. 276). Et horum qui desunt uersuum maior pars ad Bostaris necem spectauit: ad alterum de Arinis uxore locum minor propterea, quod huius loci a fr. II, 1^b ad §. 13 circiter 80 uersus exstant. Quodsi statuimus utrumque locum pari fere ambitu fuisse, istorum 405 uersuum siue 10 paginarum editionis tres partes (circa 6 pp.) ad priorem, duae partes (circa 4 pp.) ad posteriorem locum pertinuerunt. — De singulis autem lacunis nihil erui potest, nisi hoc: inter fr. I, 4^b et I, 4^c pauca tantum transitionis uerba uideri esse deperdita; itemque haud multos uersus puto deesse inter fr. II, 1^a et II, 1^b, nam nonnulla tantum exempla mortis uoluntariae desiderantur.

7) §. 21: *Est enim unum maximum totius Sardiniae frumentarium crimen, de quo Triarius omnes Sardos interrogauit, quod genus uno testimonii foedere et consensu omnium est confirmatum. Quod ego crimen antequam attingo . . .* In his uerbis uidetur mihi glossema inesse; nam *genus* si scribitur, non intellegitur nisi Sardorum genus. At non Sardi, sed crimen frumentarium confirmatum est foedere et consensu omnium sc. Sardorum. Itaque *genus* ex falsa quadam pronomini *quod* explicatione ortum esse puto ac delendum.

8) Ultimis codicis A uerbis (§. 45^a): *Hispania ulterior, Scipionum int . . .* Beier (p. 207) ad sensum recte ea adiecit, quae sumi possunt ex scholii Ambrosiani uerbis his: *deficientibus tunc omnibus Hispaniae ciuitatibus ab amicitia populi Romani Gaditana sola ciuitas in fide mansit.* Sed uerba ipsa ex Val. Max. 6, 6, ext. 1 (p. 307 Halm) et ex Cic. pro Balbo 18, 41 sumpta non probo.

Huc pertinet breue illud fragmentum ab Halmio (p. 27) inuentum, quod scholiasta Lucani ad Phars. 1, 427 (Weber II, p. 69) laudat: *Aluerni a quodam Troiano nominantur, qui post Aeneam Gallias intrauit.* — *De his Cicero in Scauriana* (fr. 45^a): *Inuenti sunt, qui etiam fratres populi Romani uocarentur.*

Paulo post uidetur Cicero hunc de testibus locum absoluisse, et fr. 45^b: *copiis inops, gente fallax* (Arusian. Mess. p. 236 Lind.) huius perorationis fortasse est reliquum. Sed concedendum erit Ciceronem alius quoque ciuitatis exemplo allato, ut Aeduorum (Caesar, b. G. 1, 33) perfacile huius loci finem longe alium facere potuisse. Certe plura aliterque dicta, ac Beier censet, et ante fr. 45^b et post 45^b amissa sunt. A fine enim codicis A (§. 45^a) usque ad fr. 45^b (Asc. 23, 6) permulti editionis (circa 143, cf. p. 277)

uersus desunt; pauci tantum (5) exstant. Verba deperdita partim ad Sardos testes pertinebant, partim ad Scaurum, de quo praeterea plus quam duodecima orationis pars erat (cf. Asc. 23, 4. 23, 17 et supra p. 277 et tab.). Fragmentorum autem quae exstant solum fr. 45^b meo quidem iudicio ad Sardos testes spectat, cetera ad tertium (§. 22) illum qui sequebatur *de Scauro* locum. Nam fragmenti 45^d: *quem purpura regalis non commouit, cum Sardorum mastruca mutauit?* obiectum est Scaurus, qui mutari non potuisse dicitur. Et quod sequitur fr. 45^f: *hoc nomine audito, quod per omnes gentes peruagatum est, de familia nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentiatis* . . non tam ad Sardos testes pertinet, quam ad Scauri familiae nobilitatem, a qua talia crimina prorsus aliena sunt. — Illorum autem 143 uersuum, quos hic deesse ratiocinatus sum, maiorem partem ad tertium *de Scauro* locum spectasse inde suspicor, quod ad quaestionem de testibus multa addere uix potuit. Nam quae §. 38 promisit tres causas, de quibus Sardis nulla fides habenda sit, se esse expositurum, iam absoluit; et tertium argumentum Sardorum nationem esse fallacem uidetur satis tractatum esse ita quidem, ut patronus, si ea addas, quae de prouinciis amicis dicturus est, fragmento 45^b illius *de testibus* quaestionis finem fecisse uideatur.

9) Difficillimum est huius *de Scauro* loci fragmenta digerere et ordinare. Ex fragmentis habemus argumenta haec: de abstinentia Scauri, fr. 45^d; de familiae nobilitate, fr. 45^f; de inimicitia Dolabellae a patre filio relicta, fr. 45^b; de domo magnifica, fr. 45ⁱ, 45^l, 45ⁿ (de fr. 45^m segregando suo loco dicam). Praeterea Cicero in hac oratione *de aedilitate et de opulentia ludorum dixit plenissime* (= 45^β, schol. Bob. ad Sest. c. 54, p. 304 Or.), quod testimonium primus inuestigauit; eodemque spectant Asconii (24, 1) uerba haec: *usus erat eis* (sc. columnis) *aedilis, ut ipse quoque significat, in ornatu theatri*. Accedit quod ex more Asconii (cf. Cic. pr. Mil. 16, 44 cum Asc. 47, 27) suspicari possumus ea, quae Asconius 16, 8 de abstinentia, qua Scaurus in proscriptionibus Sullanis fuerit, et postea (17, 8) de Triarii timore et festinatione dicit, ex ipsa oratione esse sumpta. Hoc recte Beier (p. 208) uidit; sed rationem, qua ipsis Asconii uerbis huius loci initium posuit, probare non poteris, cum initia aliorum locorum, de genere accusationis §. 23 et de testibus §. 38 comparaueris.

De ordine nihil constat nisi haec: primum fr. 45^b post duas partes orationis fuit; deinde ante hoc fragmentum Cicero de patre Scauri uerba fecerat; id enim ex Asconio concludatur necesse est, qui 23, 5 ad fr. 45^b discernendi causa adnotat: *dicit dein de Scauro quem defendit*. Ea autem, quae ante fr. 45^b de patre dicta amissa sunt, bene adiunguntur fragmento 45^f, quod est de Scauri nominis nobilitate, ita ut fr. 45^f ante 45^b ponendum sit. Denique fr. 45ⁱ quod sequitur de domo magnifica *post tres partes a primo* fuit; ex quo inter fr. 45^b et 45ⁱ lacunam 113 fere uersuum esse statuendam supra p. 277 ostendi. Certi nihil praeterea ostendi potest.

Locus autem ille de aedilitate et de ludorum opulentia etsi et ante fr. 45^l et postea fuisse potest, tamen eum ante hoc fragmentum ponere malo quod, hoc nisi fiat, non habeo quibus rebus lacunas illas amplas mihi fingam esse expletas, quarum altera ante fr. 45^b maiorem partem 143 uersuum facit (cf. p. 286), altera inter fr. 45^b et fr. 45^l interposita 113 fere uersuum est. Neque absurdum esse putauerim, si quis Ciceronem temporum ratione habita de his deinceps rebus dixisse existimet:

1. de Scauri familiae nobilitate, de patre (Asc. 23, 5) et de eius cum Dolabella inimicitia filio relicta (fr. 45^f. Quintil. 6, 1, 21. fr. 45^b);
2. de abstinentia, qua Scaurus filius et in proscriptionibus Sullanis (Asc. 16, 8) et in quaestura Syriaca se praestitit (fr. 45^d);
3. de aedilitate et de ludorum opulentia (fr. 45^β. Schol. Bob. p. 304. Or.);
4. de domo magnifica (fr. 45^l, 45^l, 45^o).

10) Fr. 45^d: *Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit?* (Isidor. Etym. 19, 23, 5. p. 603 Lindem.). Haec uerba Beier (p. 209) etsi de abstinentia dici intellexit, tamen quo spectet illa *purpura regalis* non recte explicauit. Neque enim quicquam haec purpura cum proscriptionibus Sullanis commune habet. Contra mihi de quaestura Scauri agi uidetur. Scimus enim eum, cum quaestor in Syria uersaretur (p. 259), et cum aliis eius regionis principibus et cum Areta, rege Arabiae, egisse atque bellum gessisse (Ioseph. bell. Iud. 1, 6, 2—4. 1, 8, 1 sqq. Ant. 14, 2, 3. 14, 5, 1). Cuius contra Aretam expeditionis testes sinceri exstant nummi denarii, quos Scaurus aedilis curulis, cum collega suo P. Hypsaero a. 696/58 cudendos curauit. Qui denarii sic inscripti sunt: EX · S · C · M · SCAUR AED · CVR P · HVPSAE(VS) · AED · CVR et signati imagine regis, genibus nixi, dextera manu uirgulam oliuae, sinistra camelum tenentis, litteris additis his: REX · ARETAS (Mommsen, Röm. Münzw. Berl. 1860. p. 626. C. I. Lat. I. No. 466). Qua in prouincia etsi Scaurus haud ita abstinens fuit (p. 259), ut Cicero iudicibus persuadere studuit: tamen, cum Romae id ignoraretur, illud patronus in rei honorem dicere potuit eum quasi purpuram regalem repudiasse Aretamque, quamuis pecunia corumpere cupientem, bello uicisse.

11) Iure Halmius (Münch. Sitzber. 1862. II, p. 7) fr. 45^m: *hoc miror enim querorque quemquam hominem ita pessumdare alterum [uerbis glossema, del.] uelle, ut etiam nauem perforet, in qua ipse nauiget segregandum esse censet* (cf. Cic. ed. Or. IV, p. 1056, 17). Nam Quintilianus, qui 8, 6, 47 haec Ciceronis uerba laudat, cui eius libro uel orationi sint attribuenda non dicit. Sed idem uir egregius quod fr. 45^o alienum ab hac oratione esse iudicat, haud scio an errauerit. Fons autem ipse, ex quo hoc fragmentum hauritur, inquirendus est. Ipse Cicero in Oratore 67, 223: *Sed quae inquit incisim aut membratim efferuntur, ea uel aptissime cadere debent, ut est apud me: 'domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas.'* Haec incise dicta sunt quattuor, at membratim,

quae sequuntur, duo: 'incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti.' Deinde omnia tamquam crepidine quadam comprehensione longiore sustententur: 'depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestumasti.' Dichoreo finitur, at spondeis proximum illud (sc. insanisti). Optimo iure Beier has partes in unum fragmentum coniunxit, nam Cicero et uocibus sequuntur . . deinde . . proximum illud utitur et omnia eadem de re dicit, id quod ex his uerbis concluditur: omnia . . comprehensione longiore sustententur. Scauriana autem esse fragmentum cum ex columnarum commemoratione tum ex descriptione domus patet. Nam illae columnae Lucullei marmoris duodequadraginta pedes altae, quae notissimae erant (cf. p. 260 n. 3), etiam ab Asconio fragmenti 45¹ explicandi gratia commemorantur, quem locum, cum etiam situs domus Scauri accurate describatur, totum exscribam (23, 22): *Demonstrasse uobis memini me hanc domum in ea parte Palatii esse, quae cum ab sacra uia descenderis et per proximum uicum qui est a sinistra parte prodieris, posita est. Possidet eam nunc Largus Caecina, qui consul fuit cum Claudio. In huius domus atrio fuerunt quattuor columnae marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur. Usus erat iis aedilis (ut ipse quoque significat) in ornatu theatri, quod ad tempus perquam amplae magnitudinis fecerat.* Optime haec descriptio domus quadrat in Ciceronis uerba: *depressam, caecam, iacentem domum* (= das tief-, versteckt-, ebenliegende Haus).

Sed mendum inesse puto in uerbis: *incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti.* Accuratius enim si haec inspexeris, singula singulis uerba per *χασμὸν* quem dicunt respondere inuenies; quae responsio uoce *alienos* turbatur. Non possunt alieni (sc. homines) opponi columnis; neque, quos alienos hic dicat, intellegitur. Sed neque quae Schützius (p. 214 Beier) coniecit: *in antis aeneis insanis insanisti*, neque quae Beier tentauit: *in alienis* (sc. *bonis prodigendis*) probare possum; illud enim propter uim uerbis traditis allatam repudio; hoc et quod sententia minus apta efficitur et quod ex hac responsione nullo modo *insanisti* dictum esse potest pro *nimis magnos sumptus fecisti*. Ex tota loci compositione necesse est illi *in columnas* aliud opponi quod simile sit; sed unum esse substantiuum, casu accusatiuo positum, pendens ex praepositione *in*. Emendatio incerta est; ac nisi mauis: *in antas insanus insanisti*, fortasse scribi potest: *in alas insanus insanisti*. (Alae = Säulengänge, die rechts und links im Atrium hinlaufenden Seitenräume, cf. Becker-Marquardt, Handb. d. röm. Alt. V, p. 244. Vitruv. 6, 4, 4. 7, 2. Friedländer, Sittengesch. Roms III, p. 60. 62.) Atrium enim Scauri ut columnas illas quattuor ita permagnas magnificasque alas habuit, quas Triarius propter luxuriam uituperauerat.

12) Quartus (cf. §. 22) locus *de frumentario crimine* totus excidit. Quo de crimine haud ita multa uidetur dixisse. Nam etsi inter fr. 45¹ et

§. 46 circiter 210 editionis uersus desiderantur (cf. p. 277): tamen eorum una pars ad tertium *de Scauro* locum, altera ad totius orationis perorationem (§. 46) spectabat, et quae praeterea amissa sunt, ea tantum ad crimen frumentarium pertinebant.

13) Perorationis exiguae tantum partes supersunt. Sunt enim inde a §. 46: . . *fuisse in templo* sqq. uno codicis T folio mutilato quater quaterni deni uersus seruati, quater septeni desunt. Accedit autem fr. 46 ab Asconio laudatum, quod fragmentum et prima illa codicis T uerba et pauca plura, quae antecedunt, continet. Et huic quidem fragmento in Asconii commentario adscriptum est: *uer. a nouis. CLX* (cf. p. 277). Qui codicis CLX uersus circiter 128 uersibus editionis Bait.-Kays. respondent; quorum uersuum 30 supersunt, 98 desunt. Quae cum ita sint, erui licet, quot editionis uersus post singulas paragraphos 47. 48. 49. 50 desiderentur. Cum enim, quae uno incolumi codicis T folio continentur, circiter $34\frac{1}{4}$ uersus editionis efficiant (cf. supra p. 273): una unius paginae columna circa $8\frac{1}{2}$ editionis uersus implet. Quorum uersuum inde a uerbis (§. 46): . . *fuisse in templo* sqq. quater 6 uersus in editione exstant — prima tantum columna (= §. 46. 47) propter compendia codicis non 6, sed $7\frac{1}{4}$ uersus implet —; ergo quattuor lacunae (post §. 47. 48. 49. 50) statuendae sunt, quarum unaquaeque ambitum $2\frac{1}{2}$ fere editionis uersuum habeat.

Sed cum non ($2\frac{1}{2} \cdot 4 =$) 10 uersus, sed 98 desint, necesse est post §. 50 praeter illos $2\frac{1}{2}$ alii 88 uersus exciderint. Quo fit ut perorationis partes cum seruatas, tum deperditas his possimus numeris describere:

$$\underbrace{(4\frac{1}{2} + 7\frac{1}{4})}_{\substack{\text{§. 46. 47.} \\ | \\ 48}} + 2\frac{1}{2} + 6 + \underbrace{2\frac{1}{2} + 6}_{\substack{| \\ 49}} + 2\frac{1}{2} + 6 + \underbrace{(2\frac{1}{2} + 88)}_{\substack{| \\ 50}} \text{ uersus.}$$

Fragmentis 46—50 merita maiorum laudantur. Huc Quintiliani 6, 1, 21 uerba spectant: *Periclitantem uero commendat dignitas et studia fortia et susceptae bello cicatrices et nobilitas et merita maiorum. Hoc quod proxime dixi Cicero atque Asinius certatim sunt usi, pro Scauro patre hic, ille pro filio.* Haud male a Beiero lacuna post §. 47 expleta est. De sequenti autem (post §. 48) explenda certi omnino nihil conici potest; hic Beierum laudare noluerim. Sed bene, quae post §. 49 deesse uidentur, adiecit.

14) In fine igitur orationis ex nostra ratione $90\frac{1}{2}$ editionis uersus desunt. In quibus quae fuerint, nescimus. Certe plura addidit Cicero, quam Beier (p. 222) putat. Ex Quintiliano (l. l.) suspicari possumus aliorum quoque maiorum Scauri et affinium merita laudibus esse celebrata. Ac nisi omnia me fallunt, quia Scaurus et Sullae dictatori et Pompeio Magno propinquus erat (Asc. 16, 8. 17, 14), de his quoque sermo erat. — Quae uero praeterea Cicero in peroratione tractauerit, ignoramus. Varios enim in modos sunt eius orationum epilogi comparati.

Ein unbekannter alter Druck von Sallustii orationes et epistolae.

Auf der Leipziger Universitäts-Bibliothek befindet sich als Philos. lat. 74 bezeichnet ein alter Band in Kleinquart, welcher enthält:

1. die Ausgabe des Vegetius von 1487, auf deren letzter Seite nach dem Worte FINIS zu lesen ist:
Impressum Romę per Venerabilem uirum Magistrū Eucharium Silber / alias Franck. Anno domini millefi moquadringentesimo octogefimoseptimo. Die uero quarto Kal'. Februarii.
2. die Ausgabe der Strategemata des Sex. Iulius Frontinus von 1487 mit der entsprechenden Schlussnotiz:
Impressum Rome p Venerabilem uirum Magistrū Eucharium Silber: alias Franck Anno M. cccc. lxxxvii die vero prima Iunii.
3. eine allem Anschein nach noch ältere Ausgabe der Reden und Briefe des Sallustius ohne Jahr und Ort wie auch ohne Bezeichnung des Buchdruckers, die ganz unbekannt zu sein scheint, und die ich bereits in meinem Preisvertheilungsprogramm de L. Marcii Philippi orationis apud Sallustum loco (Lips. 1879) p. 4, not. 3 erwähnt habe.

Dieselbe besteht aus 32 nicht signirten und nicht paginirten Quartblättern, von denen das erste und letzte weiss ist. Blatt 2 beginnt mit:

EX LIBRIS HISTORIA
RVM. C. CRISPI SALVSTI
RATIO Lepidi cof. ad P. R.
Clementia & pbitas uestri. Qui

Auf Blatt 4^b Z. 4 v. unten folgt:

ORATIO PHILIP
PI IN SEN.

Maxime uellem P. C. rō. p. quietā esse
aut in periculis promptissimo quoque

Blatt 8^a Z. 4 folgt:

ORATIO. C. COTTE.
COS. AD. P. R.

Virites multa mihi Picula domi
militiēque multa aduersa fuere:

Blatt 9^b Z. 4 folgt:

ORATIO MACRI. TR.
PL. AD PRAEL.¹⁾

Si Quir̄ parum existimaret is quid
interius a maioribus relictum uobis &

Blatt 12^b oben steht:

EPISTOLA. CN. POMP.
AD SENATVM.

Si aduerfus uos patriāq; deos penatis
tot laboref & picula fufcepiffē quotiēs

Blatt 13^b Z. 14 von oben steht:

EPISTOLA MITRIDATIS.
Rex Mitridates regi Arfaci. Sal. oēs
qui fecundis rebus suis ad belli focie /

Blatt 16^b beginnt mit:

AD CAESAREM. SENEM
DE RE. P.

Populus Ro. uero antea obtinebat
Regna atq; iperia fortuna dono dare

1) So offenbar aus Missverständniss von PL, indem P als prae verstanden wurde.

Blatt 22 Z. 5 steht:

AD. C.
CAESAREM
ORATIO
DE RE
PVB
LI
CA.

Scio ego q̃m difficile atque asperum
factu fit confilium dare Regi aut

Blatt 31^b steht unter der letzten (14.) Zeile:

FINIS.

Die einzelnen Seiten enthalten je 24 Zeilen; davon machen jedoch Ausnahmen:

- Blatt 12^b in Folge der Ueberschrift, mit 23 Zeilen;
 — 13^b desgl. in Folge der Ueberschrift, mit 21 Zeilen;
 — 14^a, auf welchem keine Ueberschrift, mit 23 Zeilen. Ebenso
 — 19^a, 19^b, 20^a, 20^b, 21^a, 21^b mit 23 Zeilen;
 — 22^a in Folge der Ueberschrift, mit 21 Zeilen;
 — 23^b und 24^a haben nur 22 Zeilen, ohne dass eine Ueberschrift dabei im Spiele ist;
 — 29^b hat dagegen 25 Zeilen;
 — 31^b hat mit Finis 15 Zeilen.

Dieser Druck ist nicht identisch mit der Ausgabe, welche in Hains Repertorium bibliographicum n. 14242 bezeichnet ist als: *Orationes ex Sallustio et aliis s. l. a. et typ. n. 4*; denn Reden von andern sind darin nicht enthalten. Ebenso wenig ist sie identisch mit der Ausgabe s. l. a. et typogr., welche 1475 oder 1476 in Mantua von J. Schall gedruckt sein soll; denn dieselbe besteht nach den Beschreibungen der Bibliographen (Hain n. 14243. Ebert n. 20061. Schweiger p. 891) aus 33 Blättern, von denen 1 weiss, hat auf den Seiten 24 Zeilen, ohne dass eine Abweichung davon erwähnt würde, und hat ausserdem am Schlusse folgende 4 Verse, die in unserem Drucke fehlen:

Christe Deus vere sancte genetricis amore
 Corporis ac anime sit tibi cura mee.
 Hostis ab insidiis cunctis hac nocte tuere;
 Peccavi fateor, tu miserere mei.

Natürlich ist sie ebenso wenig identisch mit der Ausgabe (Hain n. 14244. Ebert 20060. Schweiger p. 891), welche unter dem Titel: *Ex libris Historiarum C. Crispi Salusti Excerpta* zu Rom am 25. Sept. 1475 per M. Arnoldum pannartz alamannum gedruckt ist und allerdings auch aus 32 Blättern bestehen soll.

Wenn die Angabe Jordans (die Ueberlieferung der Reden und Briefe aus Sallust's Historien, Rhein. Mus. Bd. 18. S. 587) bezüglich der Lesart der „ersten Herausgeber“ an der Stelle am Schlusse des zweiten ad Caesarem senem gerichteten Schriftstücks wörtlich zu nehmen ist, d. h. wenn schon in der Ausgabe von Pannartz *agnita* statt *agita* steht, so würde damit der Beweis geliefert sein, dass unser Druck kein Nachdruck der Ausgabe von Pannartz ist; denn er hat *agita*. Auf jeden Fall folgt hieraus allein schon, dass unser Druck unabhängig ist von der Ausgabe des Pomponius Laetus 1490, in welcher sich *agnita* findet, und dass er vor 1490 gesetzt werden muss. Wahrscheinlich ist er jedoch erheblich älter und wohl schon vor oder um 1475 gedruckt.

Dass er direct aus einer Handschrift abgedruckt ist, wird auch schon durch die oft ganz sinnlose Interpunction, die oft an ganz unpassender Stelle angewendeten grossen Buchstaben, die Art der Abkürzungen ¹⁾ und die mancherlei Fehler, die nicht bloss Druckfehler sein können, wahrscheinlich gemacht. In diesem Falle aber verdient der Druck um so mehr Beachtung, als seine Lesarten weder mit dem Cod. Vaticanus A n. 3864 (saec. X), noch mit den beiden bekannten Abschriften

1) Regelmässig ist & für et; es finden sich p für pro, p für prae, p für per; doch ist gelegentlich auch pro, prę, per geschrieben. Es findet sich in derselben Zeile aemilioꝝ & Lutatioꝝ; ferner ũ für quam, q̄ für quae, qd für quid; doch auch quā, quę, quid; ferner ?fulū, ?filū, eē für esse, fcelꝝ, oibꝝ, aufꝝ; endlich Scꝝ, aber auch geschrieben scilicet. Das mag zur Charakteristik genügen.

desselben *B* (= Urbinas 411 = Vatic. 2 Gerl.) und *C* (= Vat. 3415) vollständig übereinstimmen. Zwar an der schon erwähnten Stelle am Schlusse der 2. ep. ad Caes. liest unser Druck mit *BC* *gloriā agita*, welche Lesart sich, wie Jordan a. a. O. nachgewiesen hat, daraus erklärt, dass im Vat. *A* *gloriam agitabis* stand, das bis aber durch einen übergeklebten Papierstreifen verdeckt war. Ebenso stimmt in der Or. Macri 19, wo *A* *et ignam quisque tenuissimas perfrustratur* hat, unser Druck mit *B* und *C*: *et ignavi quisq; (B qsq;) tenuissimas perfrustratur (BC pfrustratur)*. Desgleichen stimmt Ep. Mithr. 7 *occidere eū*. En mit *ABC* *occidere eum eN* (d. i. Eumenem). Ebenso hat Or. Lep. 11 statt *agitandi A* unser Druck mit *BC* *cogitandi*. Auch daselbst 21 stimmt unser Druck mit *ABC* in der corrupten Lesart *quam raptum iri licet et quam audeas tam videri felicem* (nur dass *B* *audias*, unser Druck *foelicem* hat). Endlich fängt die erste Epistel ad Caesarem in unserem Drucke mit *Populus Ro. vero an* ganz wie *BC*, während *A* *PRo vero* hat.

Aber wie es sich genauer mit den Uebereinstimmungen und Differenzen unseres Druckes und der Handschriften *BC* verhält, geht aus der folgenden Tabelle hervor, der bezüglich der Codd. *A B* und *C* die *varia lectio* bei Jordan (Rhein. Mus. 18, S. 590 ff.) zu Grunde liegt¹⁾, und in der ich unseren Druck mit *l* bezeichne.

- S. 590 Z. 1 *vestra: vestri Cl*
 2 *plurimum: plurimum BCl*
 3 *adversum: adversus BCl*
 4 *existumatis: estimatis BCl*

1) Jordan hat im Texte fast überall -*umus* statt -*imus* geschrieben, ohne in der *varia lectio* anzugeben, dass der Cod. *A* immer *i* hat, eine Thatsache, die Jordan selbst (Hermes Bd. 1. S. 232) berichtet, die Lesart *optumis* in der Or. Lepidi § 2 (S. 590, Z. 10) als die einzige Ausnahme bezeichnend. Jordans *var. lect.* ist also in dieser und in ähnlichen Beziehungen ungenau. Ich habe es deshalb gleichfalls unterlassen, alle orthographischen Differenzen anzuführen. Unser Druck hat stets -*imus*, und ebenso nach *v* stets *u* (nicht *o*).

- 7 captis: capitis *B* aptis *l*
 9 maximi nominis: maximi nominis nō nimis *C* maximi nomis non minis *l*
 10 qui: om. *C*
 14 peperere: pererunt *B* pepereŕ *Cl*
 S. 591 Z. 1 Philippoque: a Philippoque *B*
 3 cuncta: cunta *l*
 scaevus: saevus *B* scevus *l*
 6 sed: set *AB*
 7 quin: qui *l*
 8 humani (generis): humani *ABCl*
 quis: qui *Cl*
 9 certa esset: certa esse *l*
 pravissimeque: parvissimeque *Al* parvissime *C*
 12 eundum: eumdum *A*
 14 speratis: paratis *C*
 17 aestimet: extimet *B* estimet *l*
 19 capessebant: capescebant *BCl*
 20 imperitandum: inperitandum *AC*
 22 populus Romanus: populus *R. l*
 23 agitandi inops: cogitandi inops *BCl*
 30 viris: iuris *l*
 S. 592 Z. 3 muliebri: mulibri *B*
 6 salvi: saluti *B*
 6. 7 in imperio: imperio *Bl*
 7 Vettius: Vectius *Bl*
 scriba: Sriba *l*
 8 parata: parta *C*
 adprobaritis: approbaretis *B*
 proscriptionem: p̄scriptōz *l* (d. i. praescriptionem)
 9 inlustrium: illustriu *l*
 13 maximum: maximū *l*
 14 atqui: atque *ABCl*
 15 quae tum: q̄tū *l* (d. i. quantum)
 18 toleravimus: tolleravimus *Bl*
 19 externis: extremis *B*

- 20 paenitet: ponitet *B* penitet *l*
 22 audeatis: audiatis *Cl*
 24 vestra: ūra *A*
 socordia: secordia *l*
 25 audeas: audias *B*
 27 victorem: victoriam *ABCl*
 28 Scirtoque: Scyrthoq. *C* Scyrtoq; *l*
 pessumis: pessimis *BCl*
- S. 593 Z. 3 volnera: vulnera *BCl*
 5 iura: iniura *C*
 6 extorquerent: extorquerā *l*
 relegati: religati *C*
 7 et silvas: & suas *B* & siluas *l*
 invidiam: infidiam *l*
 8 intellexerint: intellegerent *A* intelligerent *BCl*
 atque: om. *l*
 9 optentui: optenttui *A* obtentui *B*
 11 specie concordiae: spem concordie *C* spē cōcordie *l*
 paricidio: parricidio *BCl*
 12 ait: aut *B*
 14 populi Romani: populi *R* *A* publica res *B* po. Ro. *l*
 15 intelleguntur: intelliguntur *BCl*
 16 maxuma: maxima *Bl*
 19 circumveniundam: circumveniendam *BCl*
 21 praesidio: p̄dio *l* (d. i. praedio)
 23 divis: diis *BCl*
 25 recipiendam *ABCl*.

Aus dieser Zusammenstellung ergiebt sich, dass unser Druck schwerlich direct aus *B* oder *C* abgedruckt ist, sondern vermuthlich aus einem verloren gegangenen Apographum von *A*, deren es im 15. Jahrhunderte viele gegeben zu haben scheint. Der von Carrio benutzte Vaticanus kann es indess nicht gewesen sein, da in vier von den sechs Stellen, in denen derselbe von *A* abwich (Jordan S. 588), unser Druck vielmehr mit *A* stimmt; mit dem Vaticanus des Carrio stimmt er nur in der Lesart iuris für viris, und in der Epist. Mithr. 14 hat er

weder *parum* wie *A*, noch *Patrum* wie jener *Vaticanus*, sondern *patrium*. Ebenso wenig kann es, soweit ich aus Jordans Angaben schliessen kann, der *Vaticanus Bongarsii* oder eines der *duo exemplaria* des *Ciacconius* gewesen sein; auch nicht die Handschrift des *Ursinus*.

Im höchsten Grade auffallend ist aber folgender Umstand. Nach Jordans Angabe fehlen im *Cod. B* die Worte der *ep. Pompei* 4—8 (*hostisque — privatim*), die in *C* stehen: Diese Worte nun nehmen genau die Seite 13^a unseres Druckes ein. Man könnte also auf den Gedanken kommen, dass *Cod. B* aus unserem Drucke abgeschrieben ist, was an sich ja nicht unmöglich wäre, wogegen aber freilich Differenzen wie die oben angeführten:

- S. 590 Z. 7 *captis: capitis B aptis* /
 S. 591 Z. 3 *scaevus: saevus B scevus* /
 9 *pravissimeque: parvissimeque* /
 17 *aestimet: extimet B estimet* /
 30 *viris: iuris* /
 S. 592 Z. 6 *salvi: saluti B*
 19 *externis: extremis B*
 25 *audeas: audias B*
 S. 593 Z. 6 *extorquerent: extorquerā* /
 7 *et silvas: & suas B & silvas* /
 12 *ait: aut B*
 14 *populi Romani: publica res B po. Ro.* /

mit Entschiedenheit protestiren.

Demnach wird wohl Nichts übrig bleiben als anzunehmen, dass *B* ebenso wenig wie unser Druck direct aus *A* abgeschrieben ist, sondern aus einem *Apographum* desselben, und dass aus demselben *Apographum* unser Druck und zwar so abgedruckt ist, dass Seite für Seite sich genau entsprechen: eine Vermuthung, für die auch die oben hervorgehobene auffallende Unregelmässigkeit der Zeilenzahlen, sowie die eigenthümliche Anordnung des Titels der zweiten *ep. ad Caes.* zu sprechen scheint. Oder sollte etwa *Vat. A* selbst so geschrieben sein, dass der *Passus hostisque — privatim* eine Seite füllt? Dann